Dubl. zu Cod 668

Oe.

Ba. 295.

Bernhardy 1822

M 20

THEOCRITI, BIONIS ET MOSCHI CARMINA

GRAECE

CUM

COMMENTARIIS INTEGRIS

L. C. VALCKENARII,

R. F. P. BRUNCKII, I. TOUPII.



VOL. I.

BEROLINI

E LIBRARIA SCHOLAE REALIS.

MDCCCX.

PA
4442
A2
1810

1084679

Etſi editio haec Bucolicorum Graecorum novae dotis nihil oſtentat, non tamen meum editoris nomen profiteri dubito; quippe qui rem a multis expetitam litterarumque in patria ſtudiis utiliſſimam tanta mihi videar cura religioneque executus, quantam pauci hucusque adhibuere huiusmodi operum curatores. Nimirum ſi, quod primo deſtinaverat librarius, cuius rogatu hanc operam ſuscepimus, nonniſi *Valckenariana* illa *decem Theocriti Idylliorum* editio, cum commentario in Adoniazuſas *Lugd. Bat.* 1773. in publicum emiſſa, noſtris nunc curis repetita prodiret: gratiam aliquam initurus mihi viderer a iuvenibus certe noſtris, qui quidem ſevera lege in hoc ſtudiorum genere proficere volunt; nam et rarior eſt liber et idoneus imprimis ad viam eam, quae una ad veram in his litteris laudem perducit, commonſtrandam. Nunc ita rem inſtituimus,

ut modico ſatis pretio in unum iuncta proſtent, quaecunque in has poeſeos Graecae reliquias immortalis ille vir protulit, omnium, quotquot et ſunt et fuere, in Graecis litteris haud dubie princeps. *Theocriti* enim, *Bionis*, et *Moſchi* carminibus Graecis, uti ea edidit *Lugd. Bat.* 1779. *Valckenarius*, ex eadem editione integram subiunxi annotationem, niſi quod ad decem Idyllia illa, quum plane eadem ac ne verbo quidem mutata bis apponere lectori pigeret, praemiſſis e priore editione copiis ex poſteriore ea tantum vel adieci vel uncis incluſa ſuo inſerui loco, quae nova aut utcunque a prioribus diverſa acceſſiſſent, hanc ubique legem obſervans religioſe, ut utriusque editionis discrepantiam quamque, quae quidem alicuius eſſet momenti, indicarem nec quidquam omnino requirendum relinquerem praeter verſionem illam Latinis numeris adſtrictam Wetſtenii aliorumque, qua popularium ſuorum in gratiam utrumque librum inſtruxit Valckenarius, equidem huius operis emptores facile carituros exiſtimavi. Valckenarianis ea quae ad haec carmina

in *Analectorum vett. poet. Graecorum* volumine tertio annotavit *Brunckius*, ideo potiſſimum interieci, quod Brunckii et textum, qualem Analectorum primum exhibet volumen, et animadverſiones hasce diligenter in altera editione ſua reſpexit Valckenarius. Et inſunt ſane in his multa ſi minus ex reconditis deprompta litteris, excogitata tamen ingenioſe et ad interiorem carminum intelligentiam fructuoſiſſima. Ita duumvirorum curis ornatum textum reliqua Valckenarii altero ſequuntur volumine, *Commentarius in Adoniazuſas*, et iuvenile illud, ſed iuvenis Valckenarii, opus, *ad M. Röverum Epiſtola, Fulvii Urſini Virgilio illuſtrato* praefixa, cuius maior pars ad Theocriteorum emendationem pertinet; tum eidem Urſini libro inſertus in *Moſchi Epitaphium Bionis Commentariolus*. Opus denique claudunt quae Valckenario niſi par, proximus tamen ingenii et eruditionis laude criticus in Theocritum elaboravit, *I. Toupius*, adiuncta illa pleraque *Wartonianae Theocriti editioni Oxonii* 1770 publicatae; nam una *Appendicula Notarum*

atque Emendationum in Theocritum biennio post *Londini* seorsim prodiit. Quae, ut reliqua viri sagacissimi eruditissimique, eximiis inventis et insigni altissimae doctrinae apparatu referta, miror admodum neminem adhuc in tanta opus quaerentium multitudine inventum qui illinc accurate erroribusque operarum, quibus scatent, purgata singulari repeteret libello, quum splendidae pretiosaeque Wartoni editionis ea sit apud nostrates raritas, ut eorum etiam qui in his litteris habitant, pauci admodum illius habeant copiam, nedum studiosi adolescentes, mature huiusmodi potius germanae eruditionis exemplis quam perpetuis istis popularium commentariis ad meliorem elegantium litterarum cognitionem instituendi. Haec igitur ut praecipuam continent dotem editionis Wartonianae, quae, si a Toupianis hisce, Scholiisque, quae auctiora ibi leguntur, et critico e libris MSS. apparatu discesseris, nihil fere habet quo magnopere commendetur: ita non dubito quin eadem nostrae quoque operae apud elegantiarum harum amatores gratiae sint ali-

quantum conciliatura; neque hi factum reprehendent, quod, quamvis Scholiis ab hac editione exclusis, *Toupii* tamen *in ea Animadversiones* recepimus. Scholia omnino itemque reliquorum Criticorum, Scaligeri, Casauboni, Heinsii atque ex parte saltem Reiskii nostri commentarios tertio quodam adiungere volumine tum librarii vetuere rationes, tum ipse, quod temporis proprio operi iucundius longe et ad laudem meam fructuosius impendere possem, id non sustinui diutius in molestissimo hoc taediique plenissimo aliena repetendi negotio conterere. In quo nisi me eius cui plus omnino quam amicorum cuiquam debeo, Buttmanni mei vigor diligentiaque adiuvisset, non intra anni fere spatium ingratum hunc ego laborem ita exanclassem, ut multo nunc emendatius repetita haec asseverare possim, quam ab ipsis edita sint auctoribus suis. Scripsi Berolini d. VII. April. 1810.

L. F. Heindorfius.

DEDICATIO

THEOCRITI, BIONIS ET MOSCHI CARMINUM

EDITORUM LUGD. BAT. MDCCLXXIX.

ILLUSTRISSIMO

PRINCIPI

DE

YOUSSOUPOFF

S. P. D.

L. C. VALCKENAER.

Non inexſpectatum accipis, Humaniſſime Princeps, cum Bionis et Moſchi reliquiis, Theocritum, qualem deſideraſti, nullis oneratum adnotationibus, ante publicato meliorem tamen; quo quidem, ex itinere per nobiliſſimas Europae regiones, ad varii generis homines ſpectandos utiliter ſuſcepto, in patriam reduci nullum gratius donum a me poterat offerri.

Accepto novo libello laetus, opinor, redibis in iſtius temporis memoriam, quod ego Tecum Leidae Theocritea legens, Homeri, Sophoclis, Euripidis, ſimiliumque carmina, iucundiſſimum me fateor exegiſſe, cuiusque tempo-

ris ſaepe ſcribis magna Te cum delectatione recordari. Atque ego, Nobiliſſime Princeps, hunc libellum parandum cenſui, quo quidquid a me commiſſum eſſet culpae expiarem: nam probe memini, cum nobiſcum eſſes, et paulo ante ferias aeſtivas Tuum mihi deſiderium indicares exemplaria Graeca mecum iſthac mox aeſtate verſandi, qua liber ab omnibus aliis eſſes curis, quam multa dixerim in iſto primo congreſſu, cur proximis ſaltem menſibus excuſatus abirem: rure mihi Muſisque vivere, atque otio per aliquot ſaltem dierum hebdomadas frui quotannis cupientem qua es comitate facilis mox excuſaſti; utque mihi morem gereres, multo diutius hic haeſiſti, quam facturus ante videbaris. Huius vero inſtituti primique adeo colloquii me poſtea puduit, cum mihi innotuiſſes tanquam Princeps communis et civilis, et velut ſpecimen humanitatis ac modeſtiae. Has ego literas per annos ſeptem et triginta profeſſus in duabus harum regionum Academiis iuvenilia variorum ingenia, quorundam etiam expertus nobiliſſima, Tui tamen ſimile pertinax ſtudium in nullo deprehenderam; neque etiam credideram, inter Tui ordinis homines reperiri, qui his adeo caperetur veterum literarum elegantiis. Quum huc veniſſes, et praepoſtero more graviora primum ac ſeveriora tractaſſes, ubi Romanae maieſtatis Graiarumque Venerum amor pectus percuſſerat, nullis aequalium iocis, quos Muſcovica nive iudicabas frigidiores, neque aliorum conſiliis a propoſito Te paſſus es abſtrahi: ſed qua es modeſtia rem ſucceſſuram primum diffidebas; tentaſti tamen; et, blandiente profectu, literis, quarum cognoſcendarum flagranti commovebaris cupiditate, atque huic uni curae tanto ſtudio tamque ſevera lege totus iuvigilaſti, ut egregios brevi tempore feceris progreſſus,

multis pudorem incuſſeris, operaeque iam tuleris pretium; qui Pariſiis, per Italiam, atque alibi terrarum, dum verus laudator Graecae luſtrares antiquitatis monumenta, Codicesque ſcriptos perita manu verſares in Bibliothecis, harum cuſtodibus, qui quidem iudices eſſent idonei, Graece et Latine eruditus hac aetate Princeps fueris admirationi. Academici Pariſini, ad praecedentis ſeculi eruditorum popularium gloriam properantis, et multos exemplo moventis, Villoiſoni literis, laudum Tuarum plenis, vehementer me delectatum, qui homines resque noſti humanas, non valde miraberis. Sed me, qui laudibus iſtis mirifice faveo, Tuumque in has literas incredibile ſtudium facio ſane permagni, me tamen longe magis commoverunt recta in Te indoles; mores ab omni arrogantia alieni; nudae, quam exſeris animi candore, veritatis amor; quodque perpaucis ineſt

incoctum generoſo pectus honeſto.

Tuque adeo mihi viſus es Theocriti

Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος.

Hoc etiam magnum ego duxi, quod per plures menſes vix diem intermiſiſti, quin horas aliquot mecum familiariter exegeris, meaque unius colloquia aequalium circulis antepoſueris. Non itaque mirum videbitur, ſi dixero, cum hinc in Angliam primum proficiſcereris, mihi quoque diſceſſiſſe Te deſideratiſſimum.

Collegeram iam ante, quae Theocriteis expoliendis, Bionis et Moſchi carminibus praeterea illuſtrandis poſſent inſervire. Sed, quod has literas tractantibus evenire ſolet, alio traductus, atque in hiſtoria Graeciae Xenophontea illuſtranda occupatior, hos Poëtas ſpectan-

tia tanquam leviora, inter chartas perituras reiecta, nunquam fortasse contexuissem. His tum retractatis parare coepi libellum, qui Illustri nomini inscriptus quanti Te facerem declararet, quique, ob Theocriti meritum duraturus etiam in veniens aevum, Russi Principis nomen atque in has literas studium ad posteritatem propagaret. Quaeque adeo nunc accipis expolita Theocriti ceterorumque carmina, ad Rhenum in Batavis mecum lecta, domi releges, Princeps, sat scio, iucundissime; qui has scriptis veterum impressas elegantias longe anteponis Gallicis, cum suis plerisque Scriptoribus pereuntibus, aut Lingua certe mutata perituris, chartis, quarum plerarumque exiguus Tibi valor videbatur interiores scrutari literas volenti, quarumque iam ante Te ceperat satietas, quam ad nos venires. Terris nunc Tuis Penatibusque redditus, ad artes etiam liberales tractandas aptissimis Popularibus novum praebebis exemplum, Praestantissime Princeps, quo iuvenes e Russia primarii, Tua relegentes vestigia, concitabuntur ad idem stadium, sive apud nos, seu alibi terrarum, animose decurrendum: atque hoc Tui quoque causa efficere conaberis antiquitatis amator, ut maior sit delectatio, si habueris, cui admirationem sentienti possis significare. Praeterea, si quid mea vota valebunt, potente suasu perficies, ut, praeter Geometras, Mechanicos, Physicos, etiam ex quibusvis Europae regionibus evocentur Petropolin sermonès utriusque Linguae docti *viri; qui scholas aperiant, in quibus scriptores antiqui de meliori luto factis iuvenibus explanentur; aut hi saltem ab enarratoribus istis, si quis ita vocare velit, concitentur ad honestum antiquitatis amorem; ut huius etiam generis excolantur ingenia; atque hae artes liberales et Musicae in imperio latissime patente*

magis quam ante foveantur. Serae quidem ex Graecia, ubi erant educatae cultaeque, tandem tamen Musae Romam quoque venerunt:

Punico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Romanis accidisse fateor, quod ex elegantiarum Graecarum cultu Cato Maior praeviderat eventurum, quodque pro morum ille severitate indignabatur; sed in hac qua versamur scena ea de re secundum veterum Persarum legem fateberis esse iudicandum: bona et mala, illinc orta civitatibus, librae lancibus hinc atque inde si imponas, longe gravior lanx commodorum propendere nostro utriusque iudicio videbitur. Ex renatis in Italia Latinis Graecisque literis id unum si tantum ortum esset boni, ut homines per tot secula caligine pressi tum demum coeperint ad istam rationis lucem oculos erigere, nos quidem illud ambo permagnum existimaremus. Hoc vero amabili telo quae vestratem plebem occupavit domari poterit superstitio; artibus ingenuis si quid his inest feritatis emollietur; et gerendae reipublicae vera ratio Sapientibus inter vos magis magisque patefiet. Tu vero, quando rebus eris tractandis, Princeps, admotus, mares animos habenti Imperatrici Augustissimae sententiam facile adprobabis Theocriti, cuius partem Academiae Batavae foribus inscriptam laudabas,

Μουσάων γε μάλιστα τίειν ἱεροὺς ὑποφήτας·
Ἐκ Μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι.

Veteres autem Russicae gentis Heroas ex obscuris Annalibus laudaturo versus occines Horatii,

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi; ſed omnes illacrymabiles
Urgentur ignotique longa
Nocte, carent quia vate ſacro.

Quidquid etiam horum evenerit, Tu certe, Princeps, quotiescunque illud abs Te commode ſieri poterit et ſine oſtentatione, quam odiſti, Tu

Faſtidioſam deſere copiam,

veteresque amicos, quorum cum inter nos verſareris notitiam, hic atque alibi ingentem Tibi numerum comparaſti, longeque maiorem brevi videris paraturus, eo ſtudio frequenter reviſe, ut illinc reipublicae colligas gerendae profutura, atque omnibus Tu quoque ſis documento, quanti ſit hiſtoricos veteres, oratores, et poëtas ſua Lingua audiviſſe loquentes, et illinc uſui futura ſibi ſepoſuiſſe. Tuis tandem ex Sorore Nepotibus, ad Batavos venturis, veram viam praemonſtrabis qua poſſint ad ingenii culturam pervenire:

dent primos verſibus annos,
Maeoniumque bibant felici pectore fontem.

Tibi det Deus propria *ut habeas* quaecunque exoptes bona. *Ita vale, Princeps optime, meque Tuum, quod facis, ama. Scribebam Lugduni in Batavis pridie Kal. Maj.* CIƆIƆCCLXXIX.

L. C. VALCKENARII

PRAEFATIO

AD

THEOCRITI DECEM EIDYLLIA

EDITA LUGD. BAT. MDCCLXXIII.

Dorica Theocriti quaedam carmina quum Auditorum meorum nonnulli ſibi cuperent explanari, neque exemplaria Editionis, quae huic eſſet uſui ſatis accommodata, facile comparari poſſent, de Theocriteis elegantiora ceterisque minus vitiata decem ſelegi, quae typis Batavis deſcriberentur; Eidyllia nempe, prout in Editionibus vulgatis leguntur,

I, II, III, IV, VI, VII, IX, XI, XVIII, et XX. De his decem octo carmina Latinis numeris elegantiſſimis a ſe reddita nuper hic ediderat Poëta Clariſſimus, C. A. Wetſtenius, cuius Latina Graecis a me ſunt adiecta. Ad Eidyllium VII. acceſſerunt D. Heinſii Latina; ad XVIII, H. Grotii; quorum nomina ſuis locis adſcripta leguntur. Carmina vero Theocriti, vel prout a D. Heinſio publicata proſtant, repraeſentari poterant; vel vulgatis paulo dari emendatiora, quibusdam etiam adnotatis inſtructa: et haec quidem ratio alteri fuit a me praelata. Decem iſtis Theocriti Eidylliis Bionis et Moſchi carmina, eadem ratione tractata, carminumque reliquias ſubiicere conſtitueram: ſed cum iam Eidyllium XVIII. praelum exerceret, Ioannes

noſter Luzacius me potiſſimum permovit, ut carmen, Theocriteorum ipſius etiam iudicio omnium elegantiſſimum, XV, ſive Adoniazuſas, ceteris adiicerem: et, ne haec Graeca Latinis numeris carerent, Latinam addidi Paraphraſin Helii Eobani Heſſi. In Adoniazuſas cum ſcribere coepiſſem a contextu ſeparatas adnotationes, hae, quibusdam aliis interiectis, adeo excreverunt, ut hic certe libellus, privatarum lectionum uſui deſtinatus, ne ſua eſſet mole oneroſus, facile carere poſſe videretur Bionis et Moſchi carminibus. In Theocriteis Editio potiſſimum fuit expreſſa Cantabrigienſis Radulphi Wintertoni. In Editione nupera Oxonienſi, quam curavit Thomas Wartonus, praeter cetera, lectiones publicatae ſunt a vulgatis diverſae, initio huius ſeculi a Iacobo Sanctamando pleraeque ex Italicis Anglicisque Codicibus enotatae. Quidquid ferme in iſtis eſſet lectionibus bonae frugis, quod quidem ad haec carmina ſpectaret, huc a me fuit relatum; atque hinc et alia et formae quaedam ſincerae ſuum poſtliminio locum recuperarunt.

Non diffitebitur humaniſſimus Wartonus, praeter lectiones Codicum, praecipuum ſuae Editioni ornamentum conciliaſſe Ioannis Toupii in Theocritum et Scholiaſtas obſervata; quibus alia Eiusdem eximii Critici poſtea etiam acceſſerunt. Praeter ea quae Wartonus vulgavit, Editionem Clariſſ. Reiskii Lipſienſem, aliasque ſatis notas, tres inprimis adhibui vetuſtas Editiones, Mediolanenſem, Aldi Venetam, et Florentinam Iuntae: hanc, paucis viſam, ditiſſima mihi ſubminiſtravit Nobiliſſimi Matthiae Röveri Delfenſis Bibliotheca; illas, talibus libris locuples, publica Leidenſis. Omnium Editionum prima procul dubio Mediolanenſis eſt anni MCCCCXCIII, biennio minimum antiquior Aldina. Haec iſta eſt Editio, de qua multa ſcri-

pſit Sanctamandus, a Wartono poſt Praefationem vulgata. Oſtendit Sanctamandus, iſtam ἔκδοσιν carminum Theocriti XVIII, cuius ſe nactum exemplar laetabatur, antiquiorem eſſe Aldina; ubi prodiiſſet, et quo anno, definire non potuit. Quod vero ſuſpicabatur Wartonus, eamdem eſſe quae indicaretur in Catalogo Lugdunenſis Bibliothecae (p. 251.) et in Maittairii Annalibus Typographicis, veriſſimum eſt. Continet illud exemplar Leidenſis Bibliothecae Orationes Iſocratis, XVIII Eidyllia Theocriti, et Heſiodi Opera et Dies; omnia eodem prorſus literarum charactere, atque eodem chartae genere expreſſa. Iſocratis Orationibus iſta leguntur ſubiecta: Ἐτελειώθη σὺν θεῷ τὸ παρὸν βιβλίον Ἰσοκράτες ἐν Μεδιολάνῳ, διορθωθὲν μὲν ὑπὸ Δημητρίε τȣ̃ Χαλκονδύλε, τυπωθὲν δὲ κ. τ. λ. — ἔτει ἀπὸ τῆς Χριστȣ̃ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ τρίτῳ, μηνὸς Ἰανȣαρίε εἰκοστῇ τετάρτῃ. His contigua in eodem ſequuntur exemplari Theocriti octo et decem Eidyllia; tum Heſiodi Opera et Dies. Illud quidem cadere vix poteſt in dubitationem, quin haec XVIII Theocriti carminum Editio prima ſit Mediolanenſis anni MCCCCXCIII, cui corrigendae is ipſe probabiliter, qui curavit Iſocratea, praefuit Demetrius Chalcondylas. Egregias inprimis lectiones, tales etiam, quae nusquam alibi reperiantur, praebuit Editio Florentina. Exiguus iſte libellus XXX. continet Eidyllia velut Theocriti, (inter quae nonnulla Bionis ſunt et Moſchi:) epigrammata quaedam, Fiſtulam, Alas, et Securim. In fronte libellus exhibere dicitur „Theocriti caſtigatiſſima opera omnia, Florentiae „impreſſa in aedibus Philippi Iuntae; quae finem nacta di„cuntur die X. Ian. MDXV, Leonis X, Pontificis Max. an„no III." His duabus Editionibus multo notior Aldi Veneta, anni MCCCCXCV, utiliter etiam a me fuit adhibi-

ta.

ta. Praeterea Codicum, olim Palatinorum, lectiones, excerptas a Salmaſio, ſuas etiam quasdam coniecturas in margine Editionis Heinſianae poſuerat Iſ. Voſſius: hoc exemplar ex Bibl. Leidenſi utendum ſumſi: alio uſus ſum ex Bibliotheca viri Ampliſſimi Franciſci Hemſterhuſii, in quo Pater Tiberius, vir Summus, ſuas coniecturas atque alia quaedam adnotaverat. Pariſini Codicis lectiones, emendationes quasdam, et ex ineditis Grammaticis permulta mecum communicavit amicus Clariſſimus D. Ruhnkenius. In notis ad decem Eidyllia, meminerit velim Lector Eruditus, multa reperiri, in gratiam iuvenum ſcripta, qui harum rerum ſenſu quodam erant imbuendi; quorum in claſſem referri poterunt Virgilii loca, ſaepius ab aliis cum Theocriteis collata. Maiori cum cura ſcriptae Adnotationes in Adoniazuſas nonnulla certe praebebunt hoc in genere literarum exercitatis exigenda. Ex his autem Theocriti carminibus nonnihil expolitis facile aeſtimari poterit, quantum in reliquis, quae pleraque peius vitiata ſunt, ſuperſit peragendum. Forſan aliquando omnia Theocriti carmina cum Codicum lectionibus, quae quidem dignae ſint memoratu, et cum virorum Doctorum coniecturis, verbo tantum indicatis, exiguo libello publicabuntur. Scribebam Lugduni Batavorum pridie Kal. Decemb. CIƆIƆCCLXXIII.

L. C. VALCKENARII

PRAEFATIO

AD

THEOCRITI, BIONIS ET MOSCHI CARMINA

EDITA LUGD. BAT. MDCCLXXIX.

Haec quidem Editio carminum Theocriti, Bionis, et Moſchi, quamvis facile carere poſſet praefatione, perpaucis tamen videtur ſignificandum, quid in illa fuerit praeſtitum. Poſt tot Editiones Theocriti, his proximis annis repetitas, amicis quibusdam meis tandem talis videbatur requiri, qualem ante hoc ſexennium ſcribebam forſan aliquando prodituram; in qua Codicum lectiones atque Editionum veterum memoratu dignae, virorumque Doctorum exhiberentur coniecturae. Haec itaque fuit ex Cantabrigienſi Wintertoni expreſſa. Quidquid a Codicibus oblatum ſine controverſia videretur Theocriteum, in contextum fuit a me receptum: aliae etiam Codicum ſive probabiles ſeu ſpecioſae lectiones ex iſtis ſunt enotatae, quas, a Wartono vulgatas, collegerat Iacobus Sanctamandus. Nonnullae ex Palatinis olim Codicibus a Salmaſio excerptae in libro proſtant Voſſiano Biblioth. Leid. Pariſini Codicis optimi lectiones adnotaverat Clariſſ. Noſter Ruhnkenius, cui debentur etiam argumenta vetera carminum Theocriti, idcirco huic libello praefixa, ne prorſus illa ne-

glecta interirent, quae nonnulla ſaltem continent cognitu non indigna. Ex primis etiam Edd. Mediolanenſi, Aldina, Iuntina, praeter lectiones in contextum receptas adnotantur etiam aliae. Virorum Doctorum coniecturae, quae quidem ex libris Editis innotuerunt, pleraeque omnes memorantur; multae etiam Hemſterhuſii, Pierſoni, Eldikii, atque aliorum ineditae. Breves autem Adnotationes iam ante erant paratae, quam prodirent Ampliſſ. Brunckii Analecta veterum Poëtarum Graecorum, qui in Theocriteis etiam plura primus novavit, quam fecerant priores omnes ſimul. Huius etiam lectiones, ſola coniectura nixae, Dialectum pleraeque Doricam ſpectantes, fuerunt indicatae; multae in verſus Theocriti receptae. Idem dictum ſit de reliquiis carminum Bionis et Moſchi, quae Theocriteis ſubiectae partem etiam efficiunt Analectorum Brunckii. In his eadem ratione tractatis Editio fuit expreſſa Bonav. Vulcanii. Lectiones Codicum Paris. debentur exquiſitae humanitati Clariſſ. Villoiſoni. In Bionis et Moſchi fragmentis lectiones quasdam ex Arſenii violeto, Mosquenſis Bibl. ſcripto Cod. mecum communicavit vir Humaniſſimus Chriſt. Fridericus Matthaei. In Edit. Ald. tertium Moſchi carmen bis legitur ex diverſis codd. expreſſum: hinc lectiones prodierunt egregiae. Quas in haec carmina dudum paraveram, uberiores adnotationes omittendas iudicavi. Si mei res ſolius fuiſſet arbitrii, omiſiſſem etiam in hac Edit. Latinas converſiones. Quum vero librarii Latina quaedam Graecis cuperent ſubiecta, acceſſerunt quae de Graecis Theocriti Latino carmine ſatis eleganter olim reddiderat Helius Eobanus Heſſus. Epigrammata Theocriti ſubiecta Latîne converterunt Dan. Heinſius, et Hugo Grotius. Inter Theocritea ex antiquis Editionibus dederat etiam Heſſus Bionis Epitaphium Ado-

nidis, et quatuor Moſchi carmina, quae illinc diſtracta ſeparatim collocavi. Pleraque Bionis, et Moſchi Epitaphium Bionis carmine trochaico expreſſerat Poëta Graece et Latine perdoctus, Erneſtus Gulielmus Higtius, Friſius, qui, Scholae Alcmarienſis Rector, vir media aetate nobis omnibus flebilis occidit: iſta carmina, ex autographis Higtii mecum communicatis nunc demum publicata, hanc Editionem Noſtratibus, qui Higtium ſuo merito magni fecerunt, etiam ſola ſatis commendarent. Scribebam Lugduni Batav. CIƆIƆCCLXXIX.

ARGU-

ARGUMENTA VETERA
CARMINUM
THEOCRITI.

Quibus praemittuntur nonnulla

DE GENERE THEOCRITI
ET
DE BUCOLICIS CARMINIBUS.

Prout illa leguntur partim in Cod. Regio Paris. partim in Ed. Rom. Zach. Calliergi.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΓΕΝΟΣ.

Θεόκριτος, ὁ τῶν Βουκολικῶν ποιητής, Συρακούσιος ἦν τὸ γένος, πατρὸς Σιμιχίδου, ὡς αὐτός φησι,

Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὺ μεσαμέριον πόδας ἕλκεις;

Ἔνιοι δὲ τὸ Σιμιχίδα ἐπώνυμον εἶναι λέγουσι· δοκεῖ γὰρ σιμός τις τὴν πρόσοψιν εἶναι, πατέρα δὲ ἐσχηκέναι Πραξαγόραν, καὶ μητέρα Φιλίναν. ἀκουστὴς δὲ γέγονε Φιλητᾶ, καὶ Ἀσκληπιάδου, ὧν μνημονεύει· ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Πτολεμαίου τοῦ ἐπικληθέντος Λαγωοῦ. περὶ δὲ τὴν τῶν Βουκολικῶν ποίησιν εὐφυὴς γενόμενος πολλῆς δόξης ἐκ τούτων ἐπέτυχε· κατὰ γοῦν τινὰς Μόσχος καλούμενος Θεόκριτος ἐπεκλήθη.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΥ ΚΑΙ ΠΩΣ ΕΥΡΕΘΗ ΤΑ ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.

Τὰ Βουκολικά φασιν ἐν Λακεδαίμονι εὑρεθῆναι καὶ περισσῶς προκοπῆς τυχεῖν· τῶν γὰρ Περσικῶν ἐνεστώτων ἔτι,

καὶ φόβῳ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ταρασσόντων, ἐνέστη ἑορτὴ Ἀρτέμιδος Καρυάτιδος· τῶν δὲ παρθένων ἀποκεκρυμμένων διὰ τὴν ἐκ τοῦ πολέμου ταραχὴν, ἀγροῖκοί τινες εἰσελθόντες, εἰς τὸ ἱερὸν ἰδίαις ᾠδαῖς τὴν Ἄρτεμιν ὕμνησαν· τῆς δὲ τούτων ξένης μούσης ἀρίστης γενομένης παρέμεινε τὸ ἔθος καὶ ἐφυλάχθη. Ἄλλοι δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἐν Τυνδαριδι τῆς Σικελίας πρῶτον ἀχθῆναι λέγουσι τὰ Βουκολικά· Ὀρέστη γὰρ ἐκκομίζοντι τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ξόανον ἐκ Ταύρων τῆς Σκυθίας χρησμὸς ἐξέπεσεν, ἐν ἑπτὰ ποταμοῖς ἐκ μιᾶς πηγῆς ῥέουσιν ἀπολούσασθαι· ὁ δὲ, πορευθεὶς εἰς Ῥήγιον τῆς Ἰταλίας, τὸ ἄγος ἀπενίψατο ἐν τοῖς λεγομένοις διαχώροις ποταμοῖς· ἔπειτα εἰς Τυνδαρίδα τῆς Σικελίας ἦλθεν· οἱ δὲ ἐπιχώριοι τὴν θεὸν ἰδίοις ἄσμασιν ἀνυμνήσαντες ἔθει τὴν πρώτην παρέδωκαν εὕρεσιν. Ὁ δὲ ἀληθὴς λόγος τοιοῦτος. Στάσεως ποτὲ γενομένης ἐν Συρακούσαις, καὶ πολλῶν πολιτῶν φθαρέντων, εἰς ὁμόνοιαν τοῦ πλήθους λοιπόν ποτε ἐλθόντος ἔδοξεν Ἄρτεμις αἰτία γεγονέναι τῆς διαλλαγῆς· οἱ δὲ ἀγροῖκοι, τούτου χάριν δῶρα κομίσαντες, γεγηθότες ὕμνησαν τὴν θεὰν διὰ τῶν συνήθων αὐτοῖς ἀγροικικῶν ᾠδῶν· καὶ οὕτως ἔλαθεν ἔθος γενέσθαι καὶ τοῖς ἐφεξῆς.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΑΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ.

Τὰ Βουκολικὰ ἔχει διαφορὰν τὴν τῶν ποιημάτων ἐπιγραφήν· καὶ γὰρ Αἰπολικά ἐστι, καὶ Ποιμενικὰ, καὶ Μικτά. τὴν μέν τρι ἀπὸ τῶν βοῶν εἴληφεν ἐπιγραφὴν, ὡς ἀριστευόντος τοῦ ζώου· διὸ καὶ Βουκολικὰ εἴρηται πάντα. Λέγεται δὲ Βουκόλος παρὰ τὸ τὰς βόας ἐλαύνειν, ἢ ἀπὸ τοῦ τὰς βόας κωλύειν ἀτιμαγελώσας, ἢ τῶν βοῶν κορεῖν καὶ ἐπιμελεῖσθαι, τροπῇ τοῦ ἀμεταβόλου εἰς ἀμετάβολον· ᾄδειν δέ φασιν αὐτοὺς ἄρτον ἐξηρτημένους, θηρίων ἐν ἑαυτῷ τύπους ἔχοντα, καὶ πηραν πανσπερμίας ἀνάπλεων, καὶ οἶνον ἐν αἰγείῳ ἀσκῷ, σπονδὴν νέμοντας τοῖς ὑπαντῶσι, στεφανόν τε περικεῖσθαι, καὶ κέρατα ἐλάφων προσκεῖσθαι, καὶ μετὰ χεῖρας ἔχειν λαγωβόλον· τὸν δὲ νικήσαντα λαμβανειν τὸν τοῦ νενικημένου ἄρτον· κἀκεῖνον μὲν ἐπὶ τῆς τῶν Συρακουσίων μένειν πόλεως, τοὺς δὲ νενικημένους εἰς τὰς περιοίκιδας χωρεῖν, ἀγείραντας ἑαυτοῖς τὰς τροφὰς· διδόναι δὲ καὶ ἄλλα τινὰ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἕχόμενα, καὶ εὐφημοῦντας ἐπιλέγειν,

Δέξαι τὰν ἀγαθὰν τύχαν, δέξαι δ' ὑγίειαν,
Ἃν φέρομεν παρὰ τῆς θεοῦ, ἂν ἐκαλέσσατο τήνα.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΕΠΙ ΤΗ ΑΘΡΟΙΣΕΙ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ.

Βουκολικαὶ Μοῖσαι σποράδες πόκα, νῦν δ' ἅμα πᾶσαι
Ἐντὶ μιᾶς μάνδρας, ἐντὶ μιᾶς ἀγέλας.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΒΙΒΛΟΝ.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρηκοσίων·
Υἱὸς Πραξαγόρεω, περικλυτῆς τε Φιλίνης,
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφειλκυσάμην.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΒΟΥΚΟΛΙΚΩΝ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ.

Θεοκρίτου εἰδύλλια Βουκολικά. Ἰστέον ὅτι Εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα, ἀπὸ τοῦ Εἶδος, ἡ θεωρία· οὐκ Εἰδύλλιον παρὰ τὸ Εἴδω, τὸ εὐφραίνω. Ἄλλως. Εἰδύλλιον λέγεται ὅτι εἶδός ἐστιν ὁποῖόν ἐστι λόγος. ὑποκοριστικῶς λέγεται Εἰδύλλιον.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΗΣ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΧΑΡΑΚΤΗΡΩΝ.

Πᾶσα ποίησις τρεῖς ἔχει χαρακτῆρας, διηγηματικὸν, δραματικὸν καὶ μικτόν. τὸ δὲ Βουκολικὸν ποίημα μίγμα ἐστὶ παντὸς εἴδους, καθάπερ συγκεκραμένον· διὸ καὶ χαριέστατον τῇ ποικιλίᾳ τῆς φράσεως, μᾶλλον δὲ τῆς κράσεως, ποτὲ μὲν συγκείμενον ἐκ διηγηματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ δραματικοῦ, ποτὲ δὲ ἐκ μικτοῦ, ἤγουν διηγηματικοῦ καὶ δραματικοῦ, ὁτὲ δὲ ὡς ἂν τύχῃ. εἰς ὅσον δ' εἷόν τέ ἐστιν αὕτη ἡ ποίησις τὰ τῶν ἀγροίκων ἤθη ἐκμάσσεται, τερπνῶς πάνυ τοὺς τῇ ἀγροικίᾳ σκυθρωποὺς τὸν βίον χαρακτηρίζουσα. ἐκπέφευγε δὲ καὶ τὸ ἄγαν ἁδρὸν καὶ ὑπέρογκον τῆς ποιήσεως.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ πρώτου εἰδυλλίου.

Αὕτη ἡ ὑπόθεσις εἰς Δάφνιν γράφεται, ὃς διὰ μὲν τούτου τοῦ εἰδυλλίου τέθνηκε, διὰ δὲ τοῦ ἑξῆς ὡς ζῶντος αὐτοῦ μνημονεύει· ὅμως τοῦτο προτέτακται, διὰ τὸ χαριέστερον καὶ τεχνικώτερον τῶν ἄλλων μᾶλλον συντετάχθαι· καὶ Πίνδαρος, Ἀρχομένου δ' ἔργου, φησί, πρόσωπον χρὴ θέμεναι τηλαυγές. ἔστι δὲ ἀμοιβαῖον καὶ δραματικώτερον, μὴ ὑποκειμένου τοῦ ποιητικοῦ προσώπου Τὰ μὲν πράγματα διάκεινται ἐν Σικελίᾳ· ποιμὴν δέ τις εἰσάγεται πρὸς αἰπολὸν διαλεγόμενος, οὗ τὸ ὄνομα οὐκ ἔστι γνωστόν. Ἄλλως. Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ διαλέγονται πρὸς ἀλλήλους Θύρσις ποιμὴν, καὶ Αἰπόλος, ἤτοι Μενάλκας, ἢ καὶ Κομάτας. ἀγνοεῖται δὲ τὸ τοῦ Αἰπόλου ὄνομα.

Δωρίδι καὶ Ἰάδι διαλέκτῳ χρῆται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωριδι παρὰ τοῦ [*forte leg.* τὴν τοῦ] Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος· οὐ μὴν ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος. Ἄλλως. Ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ, καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τίς ἐστι· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρᾶται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα.

Ἀπορία. Πῶς Βουκολικὰ ὑπεγράφησαν, μὴ ὄντων ὅλων Βουκολικῶν, ἀλλὰ καὶ ποιμενικῶν καὶ αἰπολικῶν; Λύσις. Ἐκ τοῦ κρείττονος μέρους ταῦτα τῶν τετραπόδων ὑπέγραψαν.

Πῶς οὐχ ὑπογράφονται ταῦτα τὰ ποιήματα Διάλογοι· (διαλέγεται γὰρ ἐν τισι πρόσωπα·) ὡς καὶ τὰ τοῦ Λουκιανοῦ; Οὐκ ἤθελεν ὁ ποιητὴς θεῖναι ἀλλοίας καὶ ἀλλοίας ἐπιγραφὰς, ἀλλὰ μίαν ἁρμόζουσαν πᾶσι τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ. Εἶδος γὰρ λόγου ἐστὶ καὶ τὸ διηγηματικὸν, καὶ τὸ δραματικὸν, καὶ τὸ μικτόν· καὶ διὰ τοῦτο ὑπεγράφησαν εἰδύλλια.

Πῶς οὐχ ὑπεγράφη ἐν τῷ εἰδυλλίῳ τούτῳ τὸ τοῦ αἰπόλου ὄνομα, ἀλλὰ τοῦ ποιμένος; Διὰ τὸ μέλλειν παρεισαχθῆναι τὸν ποιμένα κρειττόνως τῇ καλάμῃ φθεγγόμενον.

Ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος ἐγένετο ἰσόχρονος τοῦ τε Ἀράτου, καὶ τοῦ Καλλιμάχου, καὶ τοῦ Νικάνδρου· ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου.

Περὶ τῆς ἐπιγραφῆς τοῦ παρόντος εἰδυλλίου Θεοκρίτου, Θύρσις, ἢ Ὠιδή· τουτέστιν, ὁ βουλόμενος Θυρσιν ὑπογραφέ-

τω, ἢ Ὠιδήν. Θύρσις μὲν γάρ ἐστιν ὁ ποιμὴν ὁ αὐλῶν, Ὠιδὴ δὲ τὸ μέλισμα τὸ φθεγγόμενον.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ δευτέρου εἰδυλλίου.

Ὑπόκειται Σιμαίθα Δέλφιδος Μυνδίου τινὸς ἐρῶσα, ὃν παιδικοῖς προσταλαιπωροῦντα ἐν παλαίστρᾳ ἡ Σιμαίθα φίλτροις τε καὶ φαρμάκοις διά τινος θεραπαίνης Θεστύλιδος ὑποδιακονουμένης ἐφ' ἑαυτὴν πειρᾶται μετάγειν, ἐπικαλουμένη τὴν Σελήνην καὶ τὴν Ἑκάτην, ὡς ἐπὶ τῷ ἔρωτι συμβαλλομένας νυκτερινὰς θεάς. τὴν δὲ Θεστύλιδα ὁ Θεόκριτος ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε Μίμων.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ τρίτου εἰδυλλίου.

Ἐπιγράφεται τὸ μὲν εἰδύλλιον τοῦτο Αἰπόλος ἀπὸ τοῦ ἐρῶντος, ἢ Ἀμαρυλλὶς, ἀπὸ τῆς κόρης τῆς ἐρωμένης, ἢ Κωμαστὴς, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος. ἐπικωμάζει γάρ τις τῇ Ἀμαρυλλίδι, τοῦ ὀνόματος μὴ δηλουμένου. εἰκάσειε δ' ἄν τις τὸν ἐπικωμάζοντα Βάττον εἶναι· τοῦτον γὰρ αἰπόλον ὄντα δι' ἑτέρου ποιεῖ ὁ Θεόκριτος προσδιαλεγόμενον Κορύδωνι, καὶ τὸν ἔρωτα, ὃν εἶχε πρὸς τὴν Ἀμαρυλλίδα, ἐμφαίνοντα. Τὰ δὲ πράγματα εἴη ἂν ἐπὶ Ἰταλίας περὶ Κρότωνα, ὅθεν καὶ τὴν Ἀμαρυλλίδα ὑποτίθεται. Τὸ δὲ τοῦ ποιητοῦ πρόσωπον οὐκ ἂν εἴη, ὡς ὁ Μούνατός φησιν, ἐκ τοῦ λέγειν τὸν ἐπικωμάζοντα,

Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι.

πλανᾶται δὲ καὶ περὶ τοὺς χρόνους. Φέρει δὲ ὁ ἐπικωμάζων μῆλα καὶ στεφάνους τῇ Ἀμαρυλλίδι χάριν τοῦ προσδεχθῆναι· ἡ δὲ οὐδὲ λόγου αὐτὸν ἀξιοῖ· διὸ καὶ δυσθυμίᾳ τὸν βίον καταλῦσαι προῄρηται. τὸ δὲ εἶδος ἐπικωμαστικόν. Τὸν Τίτυρον οἱ μὲν κύριον, οἱ δὲ Σάτυρον εἶναί φασι. τινὲς δὲ διὰ τοῦ σιμοῦ τὸν Θεόκριτον οἴονται κωμάζειν, Σιμιχίδην καλοῦντες. ἡ ἱστορία παρὰ Ἀπολλωνίῳ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ τετάρτου εἰδυλλίου.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον Βουκολικόν ἐστι. Βάττος μὲν οὖν αἰπόλος, Κορύδων δὲ βουκόλος πρὸς ἀλλήλους διαλέγονται ἀμοιβαίως. Ὑποτίθεται δὲ ὁ Θεόκριτος τὸν Κορύδωνα βοῦς νέμοντα βουκόλου τινὸς Αἴγωνος, ὃν φησιν εἰς Ὀλυμπίαν ὑπὸ Μίλωνος παλαιστοῦ ἀχθῆναι, ἰσχυρὸν ὄντα, ὡς ἀγωνίσηται· τὸν δὲ Βάττον, ταῦτα πυνθανόμενον, καὶ λέγοντα, ὅτι κακοῦ αἱ βόες ἔτυχον βουκόλου, καί εἰσι λεπταί. Τὰ μὲν πράγματα διάκεινται ἐν Κρότωνι τῆς Ἰταλίας. Οὐ πάντως δὲ ὁ Θεόκριτος κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γεγονὼς Μίλωνι μέμνηται αὐτοῦ, ἀλλὰ πολὺ νεώτερος· εἴγε Μίλων τῇ ἑβδόμῃ [f. leg. τῇ ἑβδ. καὶ ἑξακοστῇ] Ὀλυμπιάδι πάλην νικᾷ. Θεόκριτος δὲ, ὥσπερ ἐδείξαμεν, κατὰ τὴν κδ. [Sic MS. Ed. R. ἑκατοστήν. f. ſcrib. ρκδ'.] Ὀλυμπιάδα ἤκμαζεν.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ πέμπτου εἰδυλλίου.

Ἐπιγράφεται μὲν τοῦτο τὸ εἰδύλλιον αἰπολικὸν καὶ ποιμενικόν· προσδιαλέγονται δὲ ἀλλήλοις ἐπὶ Ἰταλίας δι' ἀμοιβαίων ποιμὴν καὶ αἰπόλος. δραματικώτερον δέ ἐστι τοῦτο τὸ εἰδύλλιον τοῦ προσώπου τοῦ ποιητοῦ μὴ ἐμφαινομένου. ἔστι δὲ τοῦ αἰπόλου τὸ ὄνομα Κομάτας, ὃς καὶ Εὐμάρα τοῦ Συβαρίτου νέμει τὰς αἶγας· τοῦ δὲ ποιμένος Λάκων, ὃς Θουρίου τοῦ Συβάρτου νέμει τὰ θρέμματα. ἔχει δὲ ὁ μὲν Κομάτας κόρην ἐρωμένην Ἀλκίππην· ὁ δὲ Λάκων ἐρώμενον Εὐμήδην. ἀλλήλους οὖν προσκαλοῦνται περὶ εὐμουσίας ἐρίζοντες καὶ ἔπαθλον τῆς νίκης τίθενται, ὁ μὲν αἰπόλος τράγον, ὁ δὲ ποιμὴν ἀμνόν· Μόρσωνα δὲ τῶν ᾠδῶν κριτὴν αἱροῦνται· τελεσάντων δὲ τὴν ἅμιλλαν ὁ κριτὴς Μόρσων τῷ αἰπόλῳ τὴν νίκην ἀπονέμει. ὁ τοίνυν αἰπόλος, μετὰ τὴν νίκην γαῦρος γενόμενος καὶ γεγηθὼς, προσδιαλέγεται ταῖς αἰξί, καὶ τὴν τοῦ τράγου ἐπὶ ταῖς αἰξὶν ὄρεξιν πειρᾶται καταστέλλειν, ἐπινίκιον θυσίαν ταῖς Νύμφαις εὐτρεπίζων.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τȣ̃ ἕκτȣ εἰδυλλίȣ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Βουκολιασταί. Δαμοίτας δὲ καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος θέρους ὄντος μεσημβρίας εἰς ἓν τὰ θρέμματα συνελαύνουσι, καὶ ἀμοιβαίως τὸν Πολυφήμου τοῦ Κύκλωπος πρὸς Γαλάτειαν ἔρωτα ἀμφότεροι ᾄδουσι. καὶ ὁ μὲν Δάφνις προσδιαλέγεται τῷ Κύκλωπι περὶ τῆς Γαλατείας· ὁ δὲ Δαμοίτας, ὑποκρίνων τὸν Κύκλωπα, ἀποκρινόμενος δῆθεν ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Πολυφήμου. Τὰ πράγματα δέ εἰσιν ἐν Σικελίᾳ. ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς τὸν Ἄρατον, οὗ μέμνηται καὶ ἐν Θαλυσίοις, καὶ ἀλλαχοῦ· δύναται δὲ οὗτος εἶναι ὁ τῶν Φαινομένων ποιητής. Οὔρις (sic MS. Leg. Δοῦρις) φησίν, διὰ τὴν τῶν θρεμμάτων πολυπληθίαν καὶ τοῦ γάλακτος ἱδρύσασθαι ἱερὸν ἐν Αἴτνῃ τῇ Γαλατείᾳ· Φιλόξενον δὲ τὸν Κυθήριον ἐπιδημήσαντα, καὶ μὴ δυνάμενον ἐπινοῆσαι τὴν αἰτίαν, ἀναπλάσαι, ὅτι Πολύφημος ἤρα Γαλατείας.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τȣ̃ ἑβδόμȣ εἰδυλλίȣ.

Ἐπιγράφεται τὸ μὲν εἰδύλλιον τοῦτο Θαλύσια· τὰ δὲ πράγματα ἐν Κῷ· ἐπιδημήσας γὰρ τῇ νήσῳ ὁ Θεόκριτος, ὅτε πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀπῄει, φίλος κατέστη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει Λυκωπέως υἱοῖς, καὶ, κληθεὶς ὑπ' αὐτῶν εἰς ἀγρὸν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος, ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου· ὅθεν καὶ διηγεῖται ὡς καθ' ὁδὸν ἐντυγχάνει Λυκίδᾳ τῷ Κυδωνιάτῃ ἐκ Κρήτης, καὶ ὅπως ἀλλήλοις ὁμιλοῦντες διεξήρχοντο τοὺς ἑαυτῶν ἔρωτας. ἦρα δὲ ὁ μὲν Λυκίδας παιδὸς Ἀγεάνακτος Μιτυληναίου· ὁ δὲ Θεόκριτος Μυρτοῦς. λαμβάνει δὲ ὁ Θεόκριτος λαγωβόλον παρὰ Λυκίδου, καὶ οὕτω χωρίζονται.

Α Λ Λ Ω Σ.

Ἐπιδημήσας ὁ Θεόκριτος ἐν Κῷ ἐφιλιώθη Φρασιδάμῳ καὶ Ἀντιγένει τοῖς Λυκωπέως υἱοῖς· κληθεὶς δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ Θαλύσια Δήμητρος, ἄπεισι μετὰ Εὐκρίτου καὶ Ἀμύντου, οὐχ, ὡς Μούνατός φησι, μετὰ Φρασιδάμου καὶ Ἀντιγένους τῶν καλεσάντων αὐτόν.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τȣ̃ ὀγδόȣ εἰδυλλίȣ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐπὶ Σικελίας· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. εἰσὶ δὲ ἐρίζοντες ἀλλήλοις Δάφνις βουκόλος καὶ Μενάλκας ποιμήν, εἱληφότες κριτὴν αἰπόλον· ἔπαθλον δὲ τεθείκασι τὰς σύριγγας.

Α Λ Λ Ω Σ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου. Μενάλκας καὶ Δάφνις, εἰς ἔριν βουκολικῶν ᾀσμάτων καταστάντες, εἵλοντο κριτήν τινα, οὗ τὸ ὄνομα σεσιώπηται· ἔπαθλον δὲ ἐτίθεσαν τὰς ἰδίας σύριγγας. Προσέτι δὲ † κριτὴς ὁ Δάφνις εὖ μάλα ᾄσας προσηγάγετο μαθητεῦσαι ἑαυτόν. Σωσίθεος δὲ Δάφνιν † γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν † κρίναντος γαμηθῆναι αὐτῷ Θάλειαν. Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Αἰτωλὸς, ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν λυρικήν. Δάφνις βουκόλος, Μενάλκας ποιμήν. μικτόν διηγηματικόν. [absunt a MS.]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τȣ̃ ἐννάτȣ εἰδυλλίȣ.

Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ ὑφίστανται. νομεὺς δέ ἐστιν, ὃς δεῖται Δάφνιδος καὶ Μενάλκου, ὅπως ἀλλήλοις ἀντᾴσωσιν. οὐδὲν δὲ ἔχει πρὸς τὸν Μενάλκαν τοῦτον ὄντα Σικελὸν ὑπὲρ Μενάλκου Χαλκιδέως, ὃν φησιν Ἑρμησιάναξ ἐρασθῆναι τῆς Κυρηνικίας Εὐίππης, καὶ διὰ τὸ μὴ ἐπιτυγχάνειν αὐτῆς κατακρημνισθῆναι.

Προλογίζει ὁ ποιμήν. Ἰστέον δέ, ὅτι ἢ τὸν αὐτὸν ὃν προεῖπε Μενάλκαν πάλιν φησὶ, τότε γὰρ ἴσως ἔνεμε μῆλα, νῦν δὲ βόας· ἢ ἕτερον Μενάλκαν βουκόλον.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τȣ̃ δεκάτȣ εἰδυλλίȣ.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Ἐργατίναι ἢ Θερισταί· Ἄδηλον δὲ ἐν ᾧ χωρίῳ διάκεινται τὰ πράγματα. Μίλων δέ

ἐστι καὶ Βάττος ἐν τῷ θερίζειν προσδιαλεγόμενοι ἀλλήλοις· ἐρᾷ δὲ ὁ Βαττος Βομβύκας αὐλητρίδος, Πολυβώτου τινὸς εἴτε θεραπαινίδος, εἴτε θυγατρός· καὶ ἐπὶ τούτῳ ὁ Μίλων θερίζων αὐτὸν ὡς βραδέως θερίζοντα ἔσκωπτε. τοῦ δὲ Βάττου τὴν αὐτοῦ δυσθυμίαν εἰπόντος, ὅτι Βομβύκας ἐρῶ, καὶ διὰ τοῦτο κάμνω τὴν ψυχὴν, ὁ Μίλων προσπαίζων αὐτῷ τὴν φίλην αὐτοῦ μάντιν Καλαμαίαν φησὶν, ἐπεὶ καὶ μέλαινα καὶ ἀνάκωλος· Βάττος δὲ ἐπὶ τούτοις μὴ μεγαλορρήμονῶν ἔφη αὐτῷ, τυφλὸν οὐ μόνον τὸν Πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἔρωτα. ἔπειτα δὲ παρακληθεὶς ὑπὸ Μίλωνος εἰς τὴν ἐρωμένην αὐτοῦ ᾖσεν ᾠδὴν, ἣν ὁ Μίλων διαπαίξας ἑτέραν αὐτὸς ἀναβάλλεται, περιέχουσαν τὰ περὶ τοῦ Λιτυέρσου τοῦ θείου, ὃν Ἡρακλῆς ἀνεῖλε πολλοὺς ἀναιροῦντα ἐν τῷ θερίζειν. ἐπὶ τέλει δὲ παραινεῖ αὐτῷ τοιαῦτα δεῖν ᾄδειν τοὺς ἐργάτας, τὸν δ' αὐτοῦ ἔρωτα διηγεῖσθαι τῇ μητρὶ κατὰ τὸν ὄρθρον. Προλογίζει Μίλων.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆ ἑνδεκάτῃ εἰδυλλίῃ.

Ὑπόκειται ὁ Κύκλωψ, παρηγορῶν ἑαυτοῦ τὸν ἐπὶ Γαλατείᾳ ἔρωτα δι' ᾠδῆς· προσδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, ἃς συμφοιτητὴς γέγονεν Ἐρασιστράτου ἰατροῦ ὄντος καὶ αὐτοῦ. μέμνηται δὲ τοῦ Νικίου καὶ ἀλλαχοῦ ὁ Θεόκριτος.

ΑΛΛΩΣ.

Ὑπόθεσις τοῦ πράγματος. Ὑπόκειται Πολύφημος ὁ Κύκλωψ ἐρῶν τῆς Γαλατείας, καὶ ποιῶν τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ ἔρωτα δι' ᾠδῆς· προσδιαλέγεται δὲ ὁ Θεόκριτος ἰατρῷ Νικίᾳ, Μιλησίῳ τὸ γένος, οὗ καὶ ποιημάτιον φέρεται ἀντιγεγραμμένον ὑπὸ Θεοκρίτου Κύκλωπος, οὗ ἡ ἀρχὴ,

Ἦν ἄρ' ἀληθὲς τοῦτο, Θεόκριτε· οἱ γὰρ Ἔρωτες
Πολλοὺς ποιητὰς ἐδίδαξαν τοὺς πρὶν ἀμούσους.

Ἐπιγέγραπται δὲ Κύκλωψ ἢ Γαλάτεια. Γέγονε δὲ συμφοιτητὴς Ἐρασιστράτου Μιλησίου, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Ἐφέσιος ἐν τῇ Ἰατρῶν ἀναγραφῇ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ δωδεκάτου εἰδυλλίου.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Ἀΐτας, γεγράπται δὲ Ἰάδι διαλέκτῳ· ὁ δὲ λόγος ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου πρὸς ἐρώμενον, ἐπιγέγραπται δὲ οὕτως, ἐπεὶ καὶ τοὺς ἐρωμένους Ἀΐτας ἔνιοι καλοῦσιν, ὡς Θεσσαλοί· καὶ Ἀλκμὰν τὰς ἐπεράστους κόρας Ἀΐτας λέγει· οἱ δέ φασιν Ἀΐτας τοὺς φίλους μεταθέσει τοῦ ἀντιστοίχου· ἢ Ἀΐτας, οἱονεὶ μὴ ἰταμούς· ἢ Ἀΐτας ὁ σύμπνους καὶ συναΐτης καὶ συμπολίτης. εἰ δὲ ἐπὶ ἐρωμένου τάττοιτο, Ἀΐτης ἂν λέγοιτο ἀπὸ τοῦ Ἄειν, καὶ εἰσπνεῖν τὸν ἔρωτα τῷ ἀγαπῶντι· ἐκπίθεται δὲ ὅπως ὁ ἐρῶν † καὶ οὐ φείδεται θεασάμενος τοὺς τοῦ ἐρωμένου χαρακτῆρας· εὔχεται δὲ, τῶν δύο ψυχῶν ἁρμογὴν αὐτοῖς γενέσθαι, καὶ φιλίας ἀσφάλειαν μεχρι τέλους ἐμμένουσαν, ἵνα καὶ μετὰ θάνατον οἱ μετ' αὐτοὺς φημίσωσιν αὐτῶν τὴν ὁμόνοιαν, λέγοντες ἐκ τοῦ χρυσοῦ γένους γεγενῆσθαι αὐτοὺς, οἵτινες ἀμοιβὴν φιλίας ἔπνευσαν πρὸς ἀλλήλους. ἐπαινεῖ δὲ καὶ τοὺς Μεγαρεῖς, ἐπὶ τῷ τετιμηκέναι Διοκλέα, ὑπερασπίσαντα τοῦ ἰδίου ἐρωμένου, ἢ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου τελευτῆς ἐμπεσόντα εἰς πόλεμον· ὅθεν καὶ τοὺς Μεγαρεῖς θάψαι αὐτὸν δημοσίᾳ, καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα, ἀγῶνά τε ἐπ' αὐτῷ ποιεῖν, ἐν ᾧ τοὺς καλοὺς περὶ φιλημάτων ἀγωνίζεσθαι· τὸν δὲ καταφιλήσαντά τινα ἥδιστον τοῦτον ὑπὸ τῶν ἄλλων στεφανοῦσθαι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ τρίτου καὶ δεκάτου εἰδυλλίου.

Ἐπιγράφεται τὸ παρὸν εἰδύλλιον Ὕλας. Πάλιν δὲ τῷ Νικίᾳ προσδιαλέγεται ὡς καὶ ἐν τῷ Κύκλωπι· ἐκτίθεται δὲ τὰ περὶ τὸν Ὕλαν καὶ Ἡρακλέα· τοῦ μὲν Ὕλα τὴν ὑπὸ τῶν Νυμφῶν ἁρπαγὴν, τοῦ δὲ Ἡρακλέος τὴν πλάνην καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ Ὕλα βάσανον. Ἰστέον ὅτι ὁ Ὕλας παῖς ὑπῆρχε Θεοδάμαντος τοῦ δρυτόμου, οὗ ἦρα Ἡρακλῆς· πεπαιδεῦσθαι δὲ αὐτόν φασιν οἱ μὲν ὑπὸ Ῥαδαμάνθυος· οἱ δὲ ὑπὸ βουκόλων Ἀμφιτρύωνος καὶ Θεστιάδου. Ἀμφιβάλλουσί † τινος υἱὸν τὸν Ἔρωτα· Ἡσίοδος μὲν γὰρ Χάους καὶ Γῆς· Σιμωνίδης Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης· Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος· Ἀλκαῖος Ἔριδος καὶ Ζεφύ-

ρου· Σαπφὼ Ἀφροδίτης καὶ Οὐρανοῦ, καὶ ἄλλοι ἄλλων. [absunt et haec a MS.]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ τετάρτου καὶ δεκάτου εἰδυλλίου.

Ἐν τούτῳ τῷ εἰδυλλίῳ ὑπόθεσίς ἐστι κατασκάσεως ἐρωτικῆς καὶ κοινῆς τοῦ Κυνίσκας ἔρωτος· ἡ γὰρ γυνὴ τοῦ Αἰσχίνου μᾶλλον προσέκειτο Λύκῳ τινὶ, καταφρονοῦσα τοῦ Αἰσχίνου. Θυωνύχου δέ τινος ἑταίρου προσιόντος αὐτῷ διὰ χρόνου, † δικαίως εἰσάγεται, καὶ προλέγει. τὰ δὲ πράγματα ἐν Σικελίᾳ. [Sic legitur arg. in Ed. Rom. abest a MS.]

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ πέμπτου καὶ δεκάτου εἰδυλλίου.

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Συρακούσιαι ἢ Ἀδωνιάζουσαι. (τὰ δὲ πράγματά εἰσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ·) ὑποτίθεται γάρ τινας, Συρακουσίας τὸ γένος, παρεπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ κατὰ τάξιν ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς πομπῆς τοῦ κοσμηθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης τῆς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις καλουμένοις (ἑορτὴ δὲ ἦν ὑπὲρ τοῦ Ἀδώνιδος τελουμένη,) κοσμεῖν εἴδωλα τοῦ Ἀδώνιδος, καὶ μετὰ τῶν ὑπερεχουσῶν ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν. Παραγίνεται ἡ Γοργὼ πρὸς Πραξινόην, καὶ παραλαβοῦσα αὐτὴν ἐξέρχονται ἐπὶ τὴν θέαν. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θεμένων (forte leg. θεωμένων) τὰ Ἴσθμια. Ἔστι δὲ κεχωρισμένον τοῦ ποιητικοῦ προσώπου· καὶ γὰρ πρόσωπα εἰσάγονται, ἥ τε Γοργὼ, καὶ ἡ Πραξινόη, καὶ ἡ τῆς Πραξινόης θεράπαινα. ἄρχεται δὲ Γοργώ· προϊόντος δὲ τοῦ εἰδυλλίου καὶ ἕτερα πρόσωπα παρεισάγονται, Γραῦς τις, Ἀνὴρ, καὶ γυνὴ Ἀοιδός.

Ultimorum loco haec prostant in Ed. Rom. Αἱ δὲ Συρακούσιαι, ἐξελθοῦσαι τῶν οἴκων, θαυμάζουσι τὸν ὄχλον, καὶ ὅσα ἐν τῷ ὄχλῳ. Διαγράφει δὲ ὁ Θεόκριτος ἐπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ χαριζόμενος τῇ Βασιλίδι, τόν τε σκυλμὸν καὶ βιασμὸν τῶν ἀνδρῶν, καὶ ᾠδούσάν τινα, καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς Ἀρσινόης δι' ᾠδῆς ἀπαγγέλλουσαν.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ ἕκτου καὶ δεκάτου εἰδυλλίου.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον γέγραπται εἰς Ἱέρωνα τὸν Ἱεροκλέους, τὸν ἔσχατον Σικελίας τύραννον· κατέσχε δὲ τὴν ἀρχὴν στρατηγὸς ὑποδειχθεὶς ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ φθείρας τὰς δυνάμεις, ὥστε τύραννον αὐτὸν ἀγορευθῆναι· μετὰ δὲ τοῦτον ἦρξεν Ἱέρων ὁ Γέλωνος. μηδὲν οὖν εἰληφὼς παρὰ τοῦ Ἱέρωνος ὁ Θεόκριτος τὸ εἰδύλλιον τοῦτο πεποίηκε, καὶ Χάριτας αὐτὸ ἐπέγραψεν· ἐν ᾧ καὶ τὰ τοῦ Σιμωνίδου ἐμφαίνει κιβώτια. Λέγουσι γὰρ αὐτὸν ἔχειν δύο κιβώτια, τὸ μὲν Χαρίτων, τὸ δὲ Διδόντων· ὅτε οὖν τις παρ' αὐτὸν παρεγένετο χάριν αἰτούμενος, ἐκέλευε φέρειν τὰ κιβώτια· εὑρίσκετο οὖν τὸ μὲν τῶν χαρίτων κενὸν, τὸ δὲ τῶν Διδόντων πλῆρες, καὶ οὕτως ὁ τὴν δωρεὰν αἰτούμενος ἀνεκόπτετο.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τοῦ ἑβδόμου καὶ δεκάτου εἰδυλλίου.

Τοῦτο τὸ εἰδύλλιον εἰς Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον γέγραπται. Ἀρατείᾳ δὲ κέχρηται εἰσβολῇ. Ὁ δὲ Φιλάδελφος Πτολεμαῖος Πτολεμαίου τοῦ Λάγου καὶ Βερονίκης ἦν παῖς. διὰ καὶ ἁμαρτάνει ὁ Μούνατος, τοὺς χρόνους τοῦ Θεοκρίτου ἀναβιβάζων εἰς τὸν Φιλοπάτορα, τοσούτου χρόνου μαχόμενος διαστήματι.

ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ

ΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΟΥ

ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ.

ΘΥΡΣΙΣ ἢ ΩΙΔΗ.

Εἰδύλλιον α.

ΘΥΡΣΙΣ ποιμὴν, καὶ ΑΙΠΟΛΟΣ.

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,
Ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται· ἁδὺ δὲ καὶ τὺ
Συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ,
Αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ,

vſ. 1. Ἁδύ τι] Verſum 1 et 2, de verſibus agens Bucolicis, ſic expreſſit *Terentianus Maurus: Dulce tibi pinus ſubmurmurat: en tibi, paſtor, Proxima fonticulis; et tu quoque dulcia pangis.* — Qui paene nihil praeterea excerpſit ex Theocriteis, primum verſum *Suidas* dedit quater repetitum, in Ἁδύ. Ἁ πίτυς· Τήνα. et in v. Ψιθυρίζει· deſcriptum a ſe ex Scholiis in *Ariſtoph.* Nub. v. 1003. Hinc petitum videtur, quod legitur apud *Etymolog.* p. 819, 1. Ἡδύ τι τὸ ψιθύρισμα τῶν δένδρων ἠκέετο. *Longus* Paſt. I, p. 18. τὰς ἀνέμας dixit συρίττειν ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας. conf. *Clemens Alex.* Strom. I, p. 766, 13. *Demetrio*, qui dicitur *Phalereus*, diſplicuit dictum, ὅτι ταῖς αὔραις ὑπισύριζε πίτυς· περὶ Ἑρμ. §. 192. — Verſum ſecundum *D. Heinſius*, primum fruſtra *Reiskius* ſollicitabat. — In vſ. 2. non eſt ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖς, ſc. ᾠδά· ut putabat *H. Steph.*, ſed ἁ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται. *Jucundum quid lenis ſuſurrus* eſſe *pinus* videbatur, *quae ad fontes cantabat.*

vſ. 3. Συρίσδες] Hic in duobus Codd. Τυρίσδες. vſ. 14. Τυρίσδεν, non alibi, repertum, recepit *Brunckius* qui nuper etiam Theocritea vulgavit in Analectis veterum Poët. Valck. 2.

Αἴκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταῤῥεῖ 5
Ἁ χίμαρος. χιμάῤῥῳ δὲ καλὸν κρέας, ἔστε κ' ἀμέλξῃς.

ΑΙΠΟ-

vſ. 5. Ἐς τὲ] Quum *Apollonius Dyſcolus* Doricum τὲ, pro τὶ poſitum, hoc ipſo exemplo confirmet, hic quidem illud arbitror retinendum: qui ante cenſuerat ex more *Theocriti* τὺ ſcribendum, *Toupius* in Praefat. ad Curas Poſter. rem aliis relinquit diiudicandam. VALCK. 1. — ἐς τὺ, uſitatius *Theocrito*, praetulit *Brunck*. VALCK. 2.

vſ. 6. Χιμάῤῥῳ δὲ καλὸν κρῆς] *D. Heinſio*, quem ne intellexerunt quidem, mos geri debuerat. Scribendum, χιμάῤῥῳ (vel χιμάῤῳ) δὲ καλὸν κρέας· non tantum ut verſus ſit inſtar vicinorum bucolicus (vid. Epiſtola *Urſini* libello praefixa p. XV.), ſed ut ſuo hic quoque more ſcripſiſſe videatur *Theocritus*: Eid. V, 140. Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον. IX, 25. ὄστρακον, ἢ κρέας αὐτὸς Σιτάθην. VALCK. 1. — Probatum κρέας a D. *Heinſio* et *Brunckio* (cui placuit et ἔστε, pro ἔστε) recepi, pro κρῆς. — χιμάῤῳ ſcribatur, an χιμάῤῳ, nihil intereſt. VALCK. 2.

Ibid. Ἔστε κ' ἀμέλξῃς.] *D. Heinſius*, lego, inquit, „ἔστε κ' „ἀμέλξεν, vel ἀμέλξῃν, ſicut infra ἔστε κατείπεν· quod apud poë„tam hunc tam multis rationibus confirmat Euſtathius, ut dubi„tare ſit nefas." *Heinſio* ne obloqui quidem auſi ſunt, qui *Euſtathii* non legerant commentarios. Quid vero *confirmat Euſt.*? non utique ἀμέλξεν legendum; quod prorſus eſſet barbarum; ſed ſpiritu aſpero, contractum ex ἕως, ἔστε ſcribendum: *Euſtath.* in *Homer.* Il. A. p. 122, 25. Τὸ Ἔστε, ἀντὶ τοῦ ἕως, μόνον αὐτὸ καθ' αὐτὸ κείμενον, οἷον παρὰ Θεοκρίτῳ, ἔστε κ' ἀπείπεν, ἤγεν μέχρις ἂν ἀπαγορευσῃς, συγκοπὴν ἔπαθεν ἐκ τοῦ ἕως, διὸ καὶ δασύνεται. hae nugae ſunt Grammaticorum. Illic forte fortuna vitioſe ſcriptum ἔστε κ' ἀπείπεν, pro ἀπείπῃς, *Heinſium* fefellit: ἔστε κατείπεν nusquam legitur, neque Graecum eſt. Ut ἔστ' ἂν apud *Herodotum* ſemper modis jungitur ſubjunctivis, ſic ἔστε κε apud Poëtas, apud quos voculae ἂν reſpondet κε, κεν. *Theocr.* Eid. V, 22. τοὶ διαείσομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς· tamdiu tecum cantando certabo, dum victum te dederis. VI, 32. κλαξῶ θύρας, ἔστε κ' ὀμόσσῃ. — Apud quosvis Poëtas ſic illud ἔστ' ἂν poſitum invenietur, hic illic et apud alios: *Xenophon.* Ἑλλ. III, p. 283, 10. ἀπεκρίνατο φυλάττειν αὐτὰ, ἔστ' ἂν αὐτὸς ἐλθὼν — λάβῃ τὰ δῶρα. Noſtro quoque verſu lectum in Codice ſcripto ἔστ' ἂν ἀμέλξῃ, liquet e Scholiis.

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Ἄδιον, ὦ ποιμὰν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς
Τῆν ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.
Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν οἶδα δῶρον ἀγωντάι,
Ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας· αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ 10

vſ 7. Ἢ τὸ καταχὲς Τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας] Impeditam ſtructuram ſenſit auctor hujus Scholii: εἰ μὲν μετὰ τὸ (leg. τᾷ) ὕδωρ ἐπῆγε τὸ τὸ, ταὐτὸ δυνάμενον τῷ ὃ, εἶχεν ἂν ὁ λόγος σαφέστερον ἅτας· ἡδύτερον, ὦ ποιμὴν, τὸ σὸν μέλος, ἢ ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, ὅπερ ὑψόθεν ἀπὸ τῆς πέτρας καταφέρεται μετὰ ἠχῆς. ſic optime vocem καταχὲς interpretantem Scholiaſten ſequutus fuerat, dudum ante alios, et *Boſſium*, *Henr. Stephanus*. Struxiſſe verba Poëtae hoc modo videntur: ἢ ὕδωρ τῆνο, τὸ (id eſt ὃ) καταχὲς ἀπὸ τᾶς πέτρας ὑψόθεν καταλείβεται. Mihi ſcripſiſſe potius Poëta videtur: — ἢ τὸ καταχὲς Τῆνο, τὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν, ὕδωρ. in hanc ſententiam: ἄδιον, — ἢ ἐκεῖνο τὸ κατηχὲς ὕδωρ, ὅπερ ὑψόθεν κατὰ τῆς πέτρας λείβεται. *Tuum mihi carmen, o paſtor, dulcius aquae rivo ſaliente, ex alto monte cum ſonitu per ſaxa defluentis.* Doricum illud τό, pro ὃ poſitum, legitur et in Theocriteis: Eid. V, 11. VII, 29. XI, 16, 47. XII, 57. etc. Eid. I, 126, σᾶμα Τῆνο Λυκωνίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν. — Ὕδωρ, ὅπερ τᾶς πέτρας καταλείβεται, poneretur, qua ſtructura uſus eſt *Xenophon* K. Π. VI, p. 100, 24. Additum hic ὑψόθεν iſtam interpretationem commendat. Dici tamen apte potuit ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλειβόμενον ὕδωρ· ut in *Heſiodi* Θεογ. v. 786, ὕδωρ ψυχρὸν, ὅ, τ' ἐκ πέτρης καταλείβεται ἠλιβάτοιο. *Theocr.* Eid. VII, 137, ἱερὸν ὕδωρ Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο κατειβόμενον κελάρυσδεν.

vſ. 10. Αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ] Quod in Florentino Codice ſcriptum, αἴκα δ' ἀρέσκῃ· ne cui propter vicina genuinum videatur, ſciendum eſt, voculam κα ſive ſeorſim ponatur, ſeu voculae αἰ ſubiungatur, ſemper a *Theocrito* produci. Non in his tantum atque in *Epicharmeis*, ſed in quorumvis Dorienſium dictis ſubjunctivo jungitur illud αἴκα. Agathoclis dat dictum *Plutarchus* T. II. p. 176. E. p. 458. F. αἴκα ταύταν ἕλω· vel ἑξέλω· epiſtolam Laconicam una voce αἴκα conſtantem p. 511. A. qua reſpondebant ad hanc *Philippi*: εἰ ἐμβάλλω εἰς τὴν Λακωνικὴν, ἀναστάτας ὑμᾶς ποιήσω· dixerat apud Eumdem Lacon p. 234. F. αἴκα μὴ τάλαθῆ λέγωντι, οἰμωξοῦνται. ſaepius Pythagoreorum reliquiis eadem eſt adhibenda medela.

Τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξῇ.

ΘΥΡΣΙΣ.

Λῆς, ποτὶ τᾶν νυμφᾶν, λῆς, αἰπόλε, τᾶδε καθίξας,
Ὡς τὸ κάταντες τᾶτο γεώλοφον, ἆ τε μυρῖκαι,
Συρίσδεν; τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομεῦσῶ.

vſ. 11. Τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξῇ.] Pro vulgato ἀξεῖς, ἀξῇς legitur in aliquot Codd. Duorum auctoritate Vaticani et veterrimi Florentini [itemque Reg. Pariſ. Valck. 2.], *Reiskio* quoque probatum, ἀξῇ *Theocrito* reſtitui. Firmant illud vicina, τὸ δεύτερον ἄθλον ἀποισῇ· — αἶγα τὺ λαψῇ· et in Eid. V, 31, ἄθλον ἀσῇ. Ἀξῶμαι, ἀξῇ, ἀξεῖται Dorice ſcribebant Ut victores τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα vel ἄκρα, (non φέρειν, ſed) φέρεσθαι, ſic et, ſenſu nonnihil diverſo, *praemium ſuo ſibi jure vindicantes*, dicebantur ἄγεσθαι δῶρον. *Theocr.* I, 9, Αἴκα ταὶ Μῶσαι τὰν οἰδὰ δῶρον ἀγωνται. *Eurip.* Alceſti v. 1030, — τὰ μὲν γὰρ κῶφα τοῖς νικῶσιν ἦν Ἵππυς ἄγεσθαι. — Sed ad hunc verſum ὕστερος adſcriptum fuit a *T. H.* Praeterea ſuſpicor, vocula hic Theocritea a vicina abſorpta, minus commodum δὲ male interiectum. Corrigo, — τύγα τὰν ὄϊν ὕστερος ἀξῇ· neque enim ὕστερον ἀξῇ hic licet ex v. 3. interpretari τὸ δεύτερον ἄθλον ἀποισῇ. Cum ſuum ſibi Muſae praemium vindicaverint, ab illis *ſecundus ovem abduces*. *Ammonii* vera eſt obſervatio: Πρῶτος μὲν ἐπὶ πολλῶν· Πρότερος δὲ, ἐπὶ δύο. καὶ τῷ μὲν πρώτῳ ἀκολουθεῖ ὁ Ὕστατος· τῷ δὲ προτέρῳ ὁ Ὕστερος. — Hic aptum τύγα *Toupius* infra reſtituit Eid. I, 148, — τέττιγος ἐπεὶ τύγα φέρτερον ᾄδεις.

vſ. 11. Scr. cum Cl. Valckenaer τύγα τὰν ὄϊν ὕστερος ἀξῇ. Particula δὲ hic locum non habet; cum τε et γε ſaepiſſime permutatur. Brunckius.

vſ 13. Ὡς τὸ κάταντες τᾶτο] Hinc forte ſumtus, idem verſus ſimiliter ſcriptus eſt in Eid. V, 101. — In vetuſtis quidem Codd. legitur illud Ὡς, ſecundum Grammaticos pro εἰς poſitum: mihi, quod ſaepius iam fuit monitum, non videtur in talibus fuiſſe uſitatum In duobus Florent. Codd. et Vaticano legitur Ἐς τὸ κ. atque id videri poterit inveniſſe ſuo iam aevo *Bion*, cuius iſta ſunt in Eid. XII. fragm. Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδὸν, ἐς τὸ κάταντες Τῆνο ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἠϊόνα ψιθυρίσδων. — Cum *Daniele* tamen *Heinſio* ſuſpicor Ὦ ſcripſiſſe ſuo more Poëtam, pro ἆ vel ὅπα. vid. *Heinſ.* Lect. c. X. p. 329. — Lego itaque: Ὦ τὸ κάταντες

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Οὐ θέμις, ὦ ποιμὰν, τὸ μεσαμβρινὸν, ἁ θέμις ἄμμιν 15
Συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἢ γὰρ ἀπ' ἄγρας
Ταυίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντί γε πικρὸς,

τῦτο γεώλοφον, αἴτε μυρῖκαι, Συρίσδεν. Quod nonnemini venit in mentem, prorsus absonum, ᾗ ταὶ μυρῖκαι, editorem certe Poëtae dedecebat. VALCK. 1. — Quod et in Codd. legitur, Ἐς τὸ κάτ. recepit *Brunckius*, qui in fine versus 15. ἄμμι praetulit vulgato ἄμμιν. VALCK. 2.

vs. 16. Δεδοίκαμες] In his etiam carminibus permulta sunt vitia Codicibus qui supersunt antiquiora. Δεδοίκομες, formam Syracusanam, hic recte *D. Heinsius* restituit, saepius apud *Theocritum* obviam. De hac verborum forma *Heraclidae* leguntur apud *Eustathium* monita in Od. Θ. p. 308, 38. et in Il. E p. 438, 13. Qui attigit Theocritea *Heinsius* Lectionibus Theocr. p 296. errat p. 366. dum in Eid. XV, 33. scribi potuisse putat δεδόκει. Theocritea sunt Πεφύκω, Eid. XV, 1. Πεποίθω, Eid. V, 28. Πεπόνθω X, 1. Δεδοίκω I, 16. XV, 58. (*Callim.* epigr. XLIX, 9.) et Ἐκλελάθω, I, 63. quae forma Mathematicum Graece doctum *Jo. Wallisium* fefellit ad *Archimedis* Arenarium v. 186. Ut illud ab Ἐκλέλαθα, ab ἐκβεβλάστακα formatum, ἐκβεβλαστάκοντι, ex Codicibus scriptis restituendum in Epistola *Lysidis* Pythagorei, ubi vulgarunt Editores ἐξεβλάστησαν. VALCK. 1. — Δεδοίκομες fortasse praestat; a *D. Heinsio* probatum, a *Brunckio* receptum. VALCK 2.

vs. 17. Ἐντί γε πικρὸς] Scribendum potius: — ἐντὶ δὲ πικρὸς, Καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥίνὶ κάθηται. Aptum hac in sede δὲ praebuit ex MS. Cod. *Trincavellus*, quem in suo *Stobaeo* sequuntur *Gesnerus* p. 172. 19. et *Grotius* p. 105. vulgato deterius quod illic legitur, ποτὶ ῥίνα κάθηται. *Herodis* vel potius *Herondae* choliambos, quos praeter ceteros nobis servavit *Stobaeus* p. 439. 44. Μὴ δὴ κόρη τὺ τὴν χολὴν ἐπιῤῥίνας Ἐχ' εὐθὺς ἤν τι ῥῆμα μὴ σοφὸν πεύθῃ, *Persii* quoque ex Sat. V, 31. *Disce, sed ira cadat naso*, etc. contulit cum his *Theocriti B. Martinus* V. L. I, c. XI. Hinc *Philostrato* Icon. II, p. 828. Pan pingitur tanquam qui πρότερον μὲν ἀνειμένος τε καὶ πρᾷος τὴν ῥῖνα, καὶ τὸ ἐπίχολον αὐτῆς λεαίναν τῷ ὕπνῳ· τήμερον δὲ ὑπερχολᾷ· paulo inferius Pani, p. 829, φαιδρὸν τὸ εἶδος καὶ τῆς ῥινὸς ἡδὲν χολῶδες. Ad Hebraeum אף saepius haec imago inserviit *A. Schultensio*; quod dabat Alexandrinus

Καί σί αἰεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.
Ἀλλὰ (τὺ γὰρ δὴ, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες,
Καὶ τᾶς βώκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο μώσας,) 20
Δεῦρ', ὑπὸ τὰν πτελέαν ἑσδώμεθα, τῷ τε Πριήπῳ
Καὶ τᾶν Κρανιάδων κατεναντίον, ἅπερ ὁ θῶκος

Codex, Editores non intellectum in marginem reiecerunt 1 Maccab. II, 24. Ματταθίας — ἐζήλωσε, — καὶ ἀνήνεγκε θυμὸν κατὰ τὴν ῥῖνα. ubi substituit *Grabius* τὸ κρίμα, ut saepius optimis vitiosa. — Hos versus sic *Grotius* in *Stobaeo* suo Latinos fecit: *De medio cantare die reverentia Fauni Nos, pastor, prohibet, namque illo tempore fessum Venatu corpus somno levat. est Deus acer, Et circum nares illi sedet aspera bilis.*

vs. 17. Scr. κεκμαώς, ut recte exhibet unus Laurentianorum. Tum e Stob. in Floril. Gr. p. 105. ἔντι δὲ πικρός. Posterius iam a Cl. Valckenaer observatum. Brunckius.

vs. 19. Τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες] Praeter istam, duplex in Scholiis lectio memoratur ex antiquis Codd. ἄλγε' ἀειδε· et ἄλγε' ἀειδες. triplex illa reperta quoque fuit in Codicibus qui supersunt: ἄλγε' ἄεισδε primus dedit Editor *Demetrius Chalcondylas* Mediolani anno MCCCCXCIII. biennio post id ipsum Venetiis *Aldus* exhibuit. Ἄλγεα εἶδες editum iam Florentiae in aedibus *Philippi Juntae* MDXV. — Hoc genuinum esse ipsa monstrat verborum structura, significans, (non *nosti*) *vidisti: tu enim, Thyrsi, Daphnin amore vidisti contabescentem:* ad hanc rationem accedebat altera: popularis Daphnidis et aemulus Thyrsis τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκετο Μώσας. Tandem εἶδες et ἵκεο congruunt in una sede.

vs. 21. Πριήπῳ] Πριάπῳ est in Ed. *Brunckii*. Valck. 2.

vs. 22. Τᾶν Κρανιάδων] Sic scribi debet ex optimis Codd. Κρανιάδων dant etiam Edd. primae Mediol. Ald. Florent. Τᾶν κρανᾶν Dorico quidem more dici potuit; sed a κρηνὶς et κρηνιὰς Dorice flecti quoque debuerunt κρανίδων et κρανιάδων. quorum prius qui hic cum viro docto poneret, certam ille legem violaret: ut suus syllabae modulus constaret, Κρανιάδων posuit Poëta Ἐς νύμφας ὤχετ' ἐφυδριάδας est *Alexandri* Aetoli apud *Parthen* π Ἐ. Π. c. XIV, v 22. A fontis custodibus raptus *Cui non dictus Hylas puer?* de Hyla scripserat *Zenobius* probabiliter Cent. VI, Prov. 21. ἡρπάγη ὑπὸ τῶν Κρηνιδων διὰ κάλλος, non, quod vulgatur, πα-

Τῆνός ὁ ποιμενικὸς καὶ ταὶ δρύες. αἰ δέ κ' ἀείσῃς,
Ὥς ποκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων,
Αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι, 25
Ἁ, δυ' ἔχοισ' ἐρίφως, ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας·
Καὶ βαθὺ κισσύβιον, κεκλωσμένον ἀδεῖ καρῷ,

ρὰ τῶν Νηρηΐδων. Bacchi nutrices (*Apollod.* p. 139.) *Nysiades nymphae* sunt in *Ovidii* Fast. III, 769. Apud Sybaritas vel Thurios Νυμφῶν ἄντρα τῶν Λεσιάδων memorantur apud *Athen.* XII, p. 519. C. quo cum loco si conferatur *Aelianus* de N. A. X, c. 38. emaculari poterunt Scholia in *Theocr.* Eid. VII, 78. In Epigrammatis Ὑδριάδες memorantur et Μεθυδριάδες. *Phrynichus* MS. penes Clariss. *D. Ruhnkenium:* Ἀντριάδες, νύμφαι, ὡς ἐν τοῖς νάμασι διατρίβουσαι Ναΐδες, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν, Ὀρεσιάδες (l. Ὀρεστιάδες) καὶ Ἀμαδρυάδες, καὶ αἱ περὶ τὰς νομὰς τῶν τετραπόδων Ἐπιμηλίδες, ὅτι Μῶλα ἅπαντα τὰ τετράποδα καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι.

vs. 23. ποιμενικὸς] Praeferendum cum Br. alteri πωμενικός. Valck. 2. — Codices plures ποιμενικός. In paucis πωμενικάς. Hoc contra analogiam mihi videtur esse. Nam πωμὰν pro ποιμὰν, πώμνιον pro ποίμνιον non dicebant, quod sciam, Dores. Brunckius.

vs. 24. Ὥς ποκα] Ὥς ὄκα legitur in una Edit. Flor. alterum sincerum est: αἰ δέ κ' ἀείσῃς, — Ὥς ποκα — ᾆσας. ut Eid. VII, 78, Ἀισεῖ δ' ὥς ποκ' ἔδεκτο.

vs. 26. Ποταμέλξεται] *Praeterea mulgebitur in duas mulctras.* Alibi forte nusquam obvium, compositum Προσαμέλξεται Scholiastes recte interpretatur ἀμελχθήσεται. Apud Atticos quidem frequentius, sed et apud quosvis Scriptores futura media quorumdam verborum pro passivis adhibentur: *Herodotus*, *Thucydides*, *Xenophon* affatim dabunt exemplorum; *Xenophon* prae ceteris, cui ex Cod. MS. συλλήψεται pro συλληφθήσεται restitui poterit in K. A. VII, p. 234, 30. vid. *Jo. Pierson.* ad *Moeridis Attic.* p. 367. et *Ti. Hemsterhusius* in *Thom. Mag.* p. 852, 3. qui τέρψομ' ἰδὼν hinc explicuit in *Theocriti* Eid. XXVIII, 6. — Ceterum, quod et ab aliis monitum, Ἁ, δυ' ἔχοισ' ἐρίφως, ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας interprete *Virgilio*, *Bis venit ad mulctram, binos alit ubere foetus*, Ecl. III, 30.

vs. 27. Καὶ βαθὺ κισσύβιον] Rusticum (τὸ γεωργικὸν κισσύβιον dixit *Philo* Judaeus p. 1116. B.) vel pastorale poculum, ex hede-

Ἀμφῶες, νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον·
Τῷ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσὸς,
Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος· ἁ δὲ κατ' αὐτὸν 30

rae ligno confectum, *Homerum* ſequuti Κισσύβιον dixerunt: loca veterum collegit *Athen.* XI, p. 476. F. 477. A — E. Horum nonnulla dedit *Macrobius* Saturn. V, c. XXI. iisdem dum utitur *Euſtath.* in *Hom.* Od. I, p. 358, 359. Timothei locum adiecit ex Cyclope δίπας κίσσινον memorantis; ſed et hunc invenit apud *Athen.* p. 465. C. Polyphemi Κισσύβιον *Euripides* Σκύφος κισσῆ interpretatur in Cycl. v. 389. In huius Alceſt. v. 755. Hercules, Ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβὼν, Πίνει μελαίνης μητρὸς εὐζωρον μέθυ. Vulgo poculum illud erat μόνωτον· Theocriteum vero fuiſſe dicitur duabus anſis inſtructum, Ἀμφῶες· hanc vocem vitiatam in Etymologico M. legi monitum fuit in Epiſt. ad *Matth. Röverum* p. XXV. — Suum νεοτευχὲς explanat per ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον, *ſcalptoris adhuc manum redolens*, ſive *coelum:* non enim *tornum* hic, ſed *coelum* locum habuiſſe *Salmaſius* evicit in *Solin.* p. 1044. B.

vſ. 29. Τῷ περὶ μὲν χείλη] Quod in Juntae legitur Ed. Flor. Τῷ ποτὶ μὲν χ. inventum etiam in Codd. Vaticano et Barocc. vitioſum eſt. Commode compararunt *Virgilii pocula Fagina* ex Ecl. III, 38. *Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos. Nonni*, exprimentis Theocritea, locum *Caſaubonus* jam dederat, p. 243. a.

vſ. 30. Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος] Sic ſcribatur, an κεκονιμένος, nihil intereſt: κεκονιμένος enotatum ex duobus Florent. Codd. ex Vaticano et Laud. In his ſaepe variant Codices: hinc dederat *Thomas M.* καὶ Κεκονισμένος καὶ κεκονιμένος· non, quod vulgatur Κεκονιαμένος. vid. P. *Weſſeling.* Obſ. II. c. 23. *Arnaldi* Lect. Gr. p. 147. *T. Hemſt.* in *Lucian.* p. 158. Ubi leguntur iſta *Theocriti* apud *Etymologum* in Ἑλίχρυσος, pro genuino, κεκολλημένος eſt in MS. Leid. Poëtarum veterum loca, in quibus ἑλιχρύσῳ fit mentio, dedit *Athen.* XV, p. 681. A. — Hunc locum tractans *Salmaſius* in *Solinum* p. 1229. A. Κονίειν vel Κονίζειν, et κονιᾷν vel κονιᾶν, diverſa confudit. Vera eſt obſervatio *Euſtathii* in *Hom.* Il Γ. p. 289. 38. (et in Il. P. p. 1153. 13) Ὅμηρος μὲν Κονίην λέγει τὴν ἁπλῶς κόνιν· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον, τὴν τίτανον ἐξ ἧς καὶ ἐλαιοκονία σύγκειται. καὶ ῥῆμα γίνεται — κονιῶ κονιάτω· ἐξ ὃ καὶ τοῖχος κεκονιαμένος. Κονίζειν eſt *pulverem adſpergere;* Κονιᾶν

Καρπῷ ἕλιξ εἱλεῖται ἀγαλλομένα κροκόεντι.
Ἔντοσθεν δὲ γυνὰ, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,
Ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι· παὶρ δέ οἱ ἄνδρες
Καλὸν ἐθειράζοντες ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος

calce illinere: de templo Neptuni, cujus parietes erant interiores calce dealbati, κεκονίαται τὰ ἐντὸς, inquit *Pausanias* X, p. 892, 1. Τοῖχοι κεκονισμένοι *parietes* essent *pulvere conspersi.* Sed amplificatam verbi vim quomodocunque *adspergendi* voces adiectae determinant: hoc in loco Κισσὸς ἑλιχρύσῳ κεκονισμένος est *hedera auri pigmento* velut *adsperso exornata.*

vs. 32. Τὶ θεῶν δαίδαλμα] Positum pro θεῖόν τι δαίδαλμα· *Virgilio caelatum divini opus Alcimedontis:* formam scribendi Theocriteam *D. Heinsius* illustravit p. 297. a. Cum primis Edd. Mediolanensi, Aldina, Florentina, concinit hic plerorumque Codd. lectio, γυνά τις, θεῶν δαίδαλμα. *H. sine dubio*, inquit, *τις praestat, quod et revocavi.* Quod Codex dat Florent. quodque in Scholiis memoratur, τὶ, a me quoque tanquam altero multo suavius probatur: Schol. γράφεται καὶ τὶ, τὸ δὲ τὶ πρὸς τὸ δαίδαλμα. *Casaubonus* p. 239. b. *In Scholiis*, inquit, *manuscriptis videtur Amerias auctor dici ejus lectionis* (τὶ) *quae hodie obtinet.* Ista certe scribi nuper non debuerant: „Legi possit et τὸ pro τι. „Sed eodem redit." decepit virum Doctum *Heinsius* p. 297. a. quem litera in Scholiis vitiata fefellerat. Valck. 1. — Pro Ἔντοσθεν legendum Ἔκτοσθεν probabiliter suspicabatur *Joh. Christ. van Bergen*, Franequeranus. Valck. 2.

vs. 34. Ἀμοιβαδὶς ἄλλοθεν ἄλλος] Haec et vicina censuit excusanda *D'Orvillius* in Miscell. Obs. I, p. 21. modestus censor *Casaubonus* ad proxima, Ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται, et seqq. „quae, inquit, tam felix sculptoris pictorisve manus, quae pe„nicillo vel coelo istum oculorum animique motum exprimere „valeat?" Libro suo sequentia adscripserat *T. Hemsterhusius:* „Haec pro minus castigatis et modum excedentibus reprehendun„tur; has enim vivas actiones caelatura non capit: ut justae ac„cusationi aliquatenus subscribere non abnuero, sic tamen ex„empla principum poëtarum, quibus nimis evagata Theocriti „libertas excusetur, minime desunt. Ejus generis haud pauca „studiose collegit Jo. Frid. Gronovius in Diatribe Stat. p. 22. etc. „Servius ad Virgil. Aen. I, 487. VIII, 634." Valck. 1. — Scribendum videtur ἐθειράσδοντες· quod recepit *Brunckius.* Valck. 2.

Νεικείωσ' ἐπέεσσι· τὰ δ' ἁ φρενὸς ἅπτεται αὐτᾶς. 35
Ἀλλ' ὅκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελεῦσα,
Ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥίπτεῖ νόον. οἱ δ' ὑπ' ἔρωτος
Δηθὰ κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι.
Τοῖς δὲ μέτα γριπεύς τε γέρων, πέτρα τε τέτυκται
Λεπρὰς, ἐφ' ᾗ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει 40
Ὁ πρέσβυς, κάμνοντι τὸ καρτερὸν ἀνδρὶ ἐοικώς.

vſ. 36. Ἄλλοκα μὲν — Ἄλλοκα δ' αὖ] *Heinſio*, Ἀλλ' ὅκα μὲν ſcribenti, adſentiri non debebat novus Editor *Theocriti:* frequenter recurrunt apud *Homerum* Ἄλλοτε μὲν — ἄλλοτε δ' αὖ, vel ἄλλοτε δ' αὖτε, in Il. Φ. 464, 466. Σ. 472, 159. Ε. 595. ſuum ſic Noſter adhibet Ἄλλοκα μὲν — ἄλλοκα δέ, in Eid. IV, 17, 19, 43. Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει.

vſ. 36. Ἀλλ' ὅκα] Sic ſcribendum cum *Heinſio*, pro Ἄλλοκα, *Brunckius* oſtendit. VALCK. 2. — ἀλλ' ὅκα μὲν τῆνον — ἄλλοκα δ' αὖ — ſic ſcribendum Dialectices evincit ratio, cujus auctoritas tanta eſſe debet, ut nec fidejuſſore Heinſio indigeat, qui jam ſic emendaverat. Hoc ſenſit latinus interpres metricus, qui verbum non verbo reddidit, ſed poëtae ſenſus ubique expreſſit. *AST lepido riſu, nunc hunc, nunc adſpicit illum.* Verum eſt apud Homerum et poëtas ceteros ſaepius legi ἄλλοτε μὲν — ἄλλοτε δέ. Sed ibi *adverſativum* ἀλλὰ non requiritur. Quid vero? Nonne apud Homerum aliosque ſaepe recurrunt ὁτὲ μὲν — ἄλλοτε δὲ? Il. Λ. 64. Ὡς Ἕκτωρ ΟΤΕ ΜΕΝ τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκεν, ΑΛΛΟΤΕ Δ' ἐν πυμάτοισι, κελεύων. Conf. Σ. 599. Υ. 48. Apollon. Argon. IV. 945. Oppian. Halieut. V. 401. 2. Qui igitur lectionem hanc, quam tuentur ratio, codicum auctoritas et ſimilia poëtarum exempla, convellere volet, alio utatur argumento neceſſe eſt. BRUNCKIUS.

vſ. 38. Κυλοιδιόωντες ἐτώσια μοχθίζοντι] Hoc quamvis recurrat in Eid. VII, 48. utrobique μοχθίσδοντι ſcripſiſſe ſuo more Poëta videtur. [Ita edidit BRUNCK.] — Scholiaſtae interpretatio, οἰδῶντες τὰ κοῖλα τὰ ὑπὸ τὰς ὀφθαλμὰς, monſtrat vel ſola primam verbi ſcripturam κοιλοιδιᾷν· ſonum auribus ingratum uſus in κυλοιδιᾷν facile mutavit. Cum dediſſet κυλοιδιᾷν *Ariſtophanes* in Lyſ. v. 473. in Scholiis autem haec advocarentur *Theocriti*, qui nihil ex ipſis excerpſit *Theocriti* carminibus, *Suidas* in Lexico ſuo diverſis locis dederat Κοιλοιδιᾷν, et Κυλοιδιόων. egregia notavit Clar. *Ruhnkenius* in *Timaei* Lex. Platon. p. 122. (169.)

Φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν·
Ὧδέ οἱ ᾠδήκαιτι κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες,
Καὶ πολιῷ περ ἐόντι· τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἄβας.
Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν ἀλιτρύτοιο γέροντος 45
Πυρναίαις σταφυλαῖσι καλὸν βέβριθεν ἀλωά·
Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱματιαῖσι φυλάσσει
Ἥμενος· ἀμφὶ δέ μιν δύ' ἀλώπεκες, ἁ μὲν ἀν' ὄρχως
Φοιτῇ, σινομένα τὰν τρώξιμον· ἁ δ', ἐπὶ πήραν
Πάντα δόλον τεύχοισα, τὸ παιδίον ἁ πρὶν ἀνήσειν· 50

vſ. 43. Ὧδέ οἱ ᾠδήκαντι] Sic cum *D. Heinſio* et *Reiskio* reſtituere non dubitavi, pro Αἱ δέ οἱ, cum ὧδε non tantum invenirem in Edd. Mediol. prima, Aldina, Florentina; ſed et ex optimis enotatum Codd. Vaticanis, Florentinis, Britannicis. Mirum eſt, editorem *Theocriti* de lectionibus Codicum, quas ad manum habere debuerat, ne cogitaſſe quidem, ea ſcribentem, quae rectius omiſiſſet. — Illud ὧδε, pro vulgari οὕτως, apud quosvis Poëtas invenitur, in *Sophocleis* quinquaginta vicibus repetitum. — Non aliter Scholiaſta legit, qui quidem iſta dederat: Οὕτως εἰσὶν ὠγκωμέναι κατὰ τὸν αὐχένα αὐτῷ πάντοθεν αἱ ἶνες. Comparari commode poteſt, quod eſt in *Phrynichi* Appar. Sophiſt. MS. Φλεβοτονεῖσθαι, τὸ τείνειν (l. τείνεσθαι) τὰς φλέβας λέγοντά τι ἢ πράττοντα. — Senis, cui ſic venae, omni vi rete in mare proiiciendum attrahenti, tumebant, robur in iuvene quoque laudaretur, τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἄβας.

vſ. 49. Φοιτῇ] Sic, pro Φοιτᾷ, recte iam ſcriptum in Ed. Flor. Dorica ſunt et in Theocriteis, Φοιτῆς· τολμῆς· ἰσορῇ· etc. — In hoc v. ἐπὶ πήραν Πάντα δόλον τεύχοισα· exhibent Codices optimi, Edd. etiam Mediol. Ald. Flor. pro πήρᾳ. In nullo Codicum inventa lectio, δόλον κεύθοισα, memoratur in Scholiis. Dubium quidem non eſt, quin callida vulpes occulte dolum ſtruens dici poſſit a Poëta δόλος κεύθοισα· ſed quod additur, ἐπὶ πήραν, requirit omnino vulgatum Πάντα δόλον τεύχοισα.

vſ. 50. Οὐ πρὶν ἀνήσειν Φατὶ] *Negat*, vultu nempe, *ſe dimiſſuram*. Ἀνήσειν, quod in Ed. eſt Florent in Codicibus etiam nonnullis, alteri lectioni ἀνάσειν, per Edd. plerasque vulgatae, praetuli. Sicilienſis Noſter ſcribebat τήρησον· ποιησεῖς· πατησεῖς etc. — Cum his aptiſſimum *Alciphronis* locum ex L. III. Ep. XXI. ſ. contulit *Toupius*.

Φατὶ, πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίζῃ.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν,

vſ. 51. Πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίζῃ.] Ex diverſis Codicum lectionibus καθίζῃ videbatur genuina. Καθίζειν in talibus loquendi formis notat *reddere*, *efficere*, τιθέναι· ut docuit *Caſaub.* In ἀκράτιστον Codices non variant: niſi quod in Florentino κράτιστον ſcribatur; in *Fulvii Urſini* Codice dicatur repertum ἀνάριστον. Hoc, ſignificans *ientaculo privatum*, placuit *Iſ. Voſſio*, et *Jo. Toupio*, in Epiſtola ad *Theocriti* Syracuſias, (XV,) v. 147. corrigenti, — πρὶν ἢ ἀνάριστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίζῃ. eleganter iſtam conjecturam videri poſſet confirmaſſe, niſi ſyllabae modulus voci ſic certe ſcriptae reluctaretur: verſus eſt ibi *Theocriti*: Ὥρα ὅμως κ' εἰς οἶκον· ἀνάριστος Διοκλείδας. Hoc in verſu corrigens *Eobanum Heſſum* P. *Leopardus* Emend. XIX, c. VII, primam docuit in ἄριστον, *ientaculum* vel *prandium* ſignificante, etiam apud *Homerum* produci: *Ariſtoph.* in Avib. 1601. καὶ διαλλαττώμεθα Ἐπὶ τοῖσδε, τὰς πείσβεις τ' ἐπ' ἄριστον καλῶ. ita locus iſte ſcribendus eſt: ſyllaba ſic producta legitur et ἄριστον in eiusdem Eccleſ. v. 348. et in variis Comicorum locis apud *Suidam* in Ἀνάριστος. — Mihi hac in parte non diſplicet inventum *Vartoni*, legentis — πρὶν ἢ ἀνάριστον — ſed ultima ἐπὶ ξηροῖσι καθίζῃ tentari ſincera non debuerant: commode expreſſit *Anna Fabri* *mettre à ſec*, in *Callim.* h. Cereris v. 114. — Haec Latina jam dedit, praeter alia huc ſpectantia, *D. Heinſius*, ad *Silium Ital.* II. 471. — *nec linquere certum eſt, Ni prius in ſicco puerum deponat inanem.*

vſ. 51. Revocanda librorum omnium lectio ΑΚΡΑΤΙΣΤΟΝ, quae genuina eſt, proba et nullis conjecturis ſollicitanda. Significat hic τὸν μηδένος ἐγκρατῆ, et derivatur a κρατέω, ut recte interpretatur H. Stephanus Theſauri Tom. II. col. 136. B. Viro doctiſſimo et ſagaciſſimo (*Toupio*) fraudi fuere prava ſcholiaſtae expoſitio et Barneſiana Homeri editio, ubi proſodiae leges ſaepe violatae. ἀκράτιστον hic non eſt ſenſu τοῦ ἄγευστον, ſed eo quem dixi. Tum ἄριστον primam ſemper et ubique producit. Mirum eſt hanc emendationem prolatam fuiſſe ad Syracuſiarum verſus antepenultimi haec verba: ἀνάριστος Διοκλείδας, ubi ſecunda primae vocis ſyllaba longa eſt. Qui inſtar omnium eſt, videndus Clarkius ad Hom. Il. ω. 124. ἐσσυμένως ἐπένοιτο καὶ ἐντύνοντ' ἄριστον. Barneſius male et contra metrum ediderat ἐντύνοντο ἄριστον. Brunckius.

vſ. 52. Ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν] *Longi*, haec imi-

Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων· μέλεται δέ οἱ ὅτε τι πήρας,
Οὔτε φυτῶν τοσσῆνον, ὅσον περὶ πλέγματι γαθεῖ.
Παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄκανθος, 55
Αἰολικόν τι θάημα· τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι.

tantis, verba adſcripſerant libris ſuis *Iſ. Voſſius* et *T. H.*; dedit illa *L. Bos* Obſ. Crit. p. 41. occaſione loci *Herodotei* ex L. IV. c. 190. ubi Nomadum Africanorum οἰκήματα dicuntur eſſe σύμπηκτα, ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνους. et puer Theocriti ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων. — Hic viro Doctiſſimo Σχοῖνον placebat, quia ἀνθέρικες junceo filo jungebantur. Valck. 1 — σχοίνῳ] Recte: σχοῖνον viro D. placuit. — Πήρας poſitum, pro πήρης. [ita Ed. 1.] Valck. 2.

vſ. 53. Οὔτε τι πήρης] Non aliter legit Schol. ut mirer de alia ſcriptione *Caſaubonum* cogitaſſe. Optime haec Grammaticus antiquus interpretatur: μέλει αὐτῷ — οὐδὲν ὅτε τῆς πήρας, ὅτε — τῆς ἀμπέλου κατὰ τοσοῦτον, — καθ' ὅσον — χαίρει — ἐπὶ τῷ πλέγματι. Adeo totus erat in plectenda decipula puerulus, ut non tantum vitem, cui cuſtos erat adpoſitus, ſed ſuum ipſius ſentaculum negligeret.

vſ. 55. Παντᾶ δ' ἀμφὶ δέπας] *Virgilii* verſus Ecl. III, 45, ſaepe fuit cum Theocriteo comparatus: *Et molli circum eſt anſas amplexus acantho: Mollis* et *flexilis acanthus* ὑγρὸς ἄκανθος dicitur a *Theocrito*, ut huius generis alia quaevis a Graecis etiam ὑγρὰ dicuntur. — In vſ. 56, ut ſcripti codices plerique, veteres dant Editiones Αἰπολικόν τι θάημα· in quibus Doricum θάημα mutari non debebat a *Dan. Heinſio* in vulgarem formam θέαμα. — In Scholiis memoratum, Αἰολικόν τι θάημα, iure probarunt viri Docti: multa notavit *Jo. Alberti* ad *Heſych.* in Αἰολικὸν θέαμα· ubi recte Grammaticus, ἡ Καλυδὼν, inquit, Αἰολὶς ἐκαλεῖτο· mox autem Paſtor Theocriti navicularium memorat Calydonium, a quo ſuum ille poculum, Αἰολικὸν θάημα, emeriſ aliquando, tantum artis admirandae *prodigium, ut Thyrſidis illud mentem ſtupefaceret:* — τέρας κέ τυ θυμὸν ἀτύξαι. Τὺ (id eſt σὲ,) θυμὸν dixit *Homeri*, *Heſiodi*, ceterorumque Poëtarum more, *Aeſchyli* Perſ. v. 161. Eumen. v. 88. Supplic. 284. *Eurip.* Hec. v. 738. Troad. v. 407. Rheſo v. 79. *Ariſtoph.* Av. v. 497. Thesm. v. 491. *Alcaei* apud *Athen.* III p. 85. F. etc. etc. hujus generis ex Latinis quaedam dedit *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. IX, 770.

Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ Καλυδωνίῳ αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον, καὶ τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος·
Οὐδ' ἔτι πα ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται

vſ. 57. Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ] In duobus Flor. Codd. et in Vat. repertum, Doricum Τῷ Pro Τῇ hic fuit repoſitum. Τῷ μὲν ἐγὼ πορθμεῖ — αἶγα ἔδωκα Ὦνον· ut *Homer.* in Il. Ψ, 746. Υἱος (id eſt ὕιος, ſive νιοῦ,) δὲ Πριάμοιο Λυκάονος ὦνον ἔδωκε Πατρόκλῳ Ἥρωϊ Ἰκτονίδης Εὔνηος. ſic ſaepe *Homerus* pretium vocat pro re emta ſolutum: *Heſych.* Ὦνος, — τιμὴ ἡ καταβαλλομένη ἀντὶ τινός. hic expreſſa praepoſitio poſt emendi vendendi ſimilisve virtutis verba ſaepius omittitur, ut in *Epicharmi* trochaico: Τῶν πόνων παλῶσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί. tamillae rei ignoratio fecit, ut venuſtus interpolaretur locus *Xenophontis* K. Π. III. p. 41. 14. Cyrus illic ad Tigranen: ὥστε τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν, πόσα ἂν μοι χρήματα δοίης; — τί δέ, ὥστε τὰς παῖδας; Καὶ τούτων, ἔφη, ὁπόσα ἂν δυναίμην. — ὁπόσα ἂν πρίαιο ὥστε τὴν γυναῖκα ἀπολαβεῖν; — ἐγὼ μέν, ἔφη, — κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην ὥστε μήποτε λατρεῦσαι αὐτήν. — In his vero *Theocriti* vix egemus ſupplementi. VALCK 1. — ἐγὼν hoc in verſu, ut plerumque ſemper, edidit *Brunckius*. VALCK 2.

vſ. 58. Τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος·] Nusquam Τυρόεις *caſeum* ſignificat: ut mirer a *Toupio* laudari Scholiaſtae interpretationem, qua Τυρόεντα reddit τυρὸν, *caſeum;* inprimis cum, a *Dan. Heinſio* p. 299. a. iam prolata, *Sophronis* verba corrigat, memorantis ἄρτον τυρῶντα. *Heſychius* recte: Τυρόεντα, πλακοῦντα. Τυρῶντα, ſuo more *Sophron* ſcripſit τυρῶντα. Voce ἄρτον ſuppreſſa, Τυρόεντα *placentam appellabant, cui erat admixtus caſeus*, ut recte monuit *Caſaubonus* p. 240. b. *Placentam ex caſeo et lacte mixtis confectam*, Τυρόεντα dixit γάλακτος, more Graecis ſolemni. — Nomina in ὄεις et in οῦς contracta omnia ſunt adiectiva: ut *placenta ex caſeo facta* Τυρῶς· Πυραμοῦς dicebatur, auctore *Heſychio*, εἶδος πλακοῦντος ἐκ πυρῶν πεφρυγμένων καὶ μέλιτι ἀναδεδευμένων. Ibidem, Σησαμοῦς, πέμμα ἐκ μέλιτος καὶ σησάμης. ex perdito Poëta Σησαμοεντ' ἄρτον ſervavit *Heſychius*. Placenta ex vino Οἰνῆσσα, ex melle confecta dicebatur Μελιτῆττα.

vſ. 59. Οὐδ' ἔτι πω] Alteri, Οὐδέ τι πω; praetuli cum *H. Stephano* aliisque. *Necdum illis labra admovi, ſed condita ſervo Virg.* Ecl. III, 43. — In ſequenti vſ. 60, τῷ καὶ τὺ praeferunt aliquot Codices MSS. mihi placet lectio vulgata: τῷ κέν τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν· *quo tibi dono lubentiſſimus gratificer.* In hunc ſenſum verbo ἀρέσασθαι aliquoties utitur *Homerus*.

Ἄχραντον, τῷ κέν τυ μάλα πρόφρων ἀρεσαίμαν, 60
Αἴκεν μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.
Κἤ τοι τὶ φθονέω· πόταγ', ὦ γαθέ. τὰν γὰρ ἀοιδὰν
Οὔτι πα εἰς Ἀΐδαν γε τὸν ἐκλελαθόντα φυλαξεῖς.

ΘΥΡΣΙΣ.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Θυρσις ὅδ' ὡ Ξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά. 65

vſ. 59. Οὐδ' ἔτι πα] Praeſtat alteri, Οὐ δέ τι πω. πα praebent Codd eriam vſ. 63. [praeter alios Mediceus *bonae notae*, et Vaticanus teſte Brunckio] Valck. 2.

vſ. 61. Τὸν ἐφίμερον ὕμνον] Nemo quidem dubitabit, quin *amabile carmen* ὕμνος dici poſſit ἐφίμερος. *Theocritus* tamen ſcripſiſſe videtur τὸν ἐφ' Ἱμέρᾳ ὕμνον· ut erudite coniecit *D. Heinſius*, qui coniecturam elegantiſſimam egregie communivit p. 300. Carmen bucolicum de infortunato Daphnidis amore prope Himeram primum cantatum ſic erit intelligendum. Totius Eidyllii argumento prorſus congruit iſta lectio. Valck. 1. — Pro ἀείσῃς eſt in Reg. Pariſ. ἀείσαις. Valck. 2.

vſ. 61. Melius in Caeſareo codice αἴκα μοι. Brunckius.

vſ. 62. Κἤ τοι τὶ φθονέω.] Hoc in optimis legitur Codicibus: quod in Scholiis memoratur, Κἤτι τυ κερτομέω, exhibet Ed. Florent. Mediolanenſis dat, κἤτοι τοι κερτομέω. κἤτοι et κἤτι κερτομέω repertum fuit in Codicibus Vaticanis. mihi nec a librariis, neque a ſciolis, ſed ab ipſo Poëta profectum videtur cum *Caſaubono*, Κἤτι τὺ κερτομέω· nec ſane haec dico tui irridendi cauſa. [Hoc recepit *Brunckius*. Valck. 2.] Viro docto placuit: Κἤτοι τὶ φθονέοις· *tu ne mihi invideas hoc carmen, quod a te peto recitari.*

vſ. 65. Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά.] Pro vitioſis ἁδέα, vel ἁδὲ ἁ, ſic in decem Codicibus ſcriptum inveniri monuit *D'Orvillius* in *Charit.* p. 4. probaverat id ipſum *D. Heinſius*, qui in his iure miratur antiqui moris ſimplicitatem: *Thyrſis Aetnaeus hic eſt, et haec eſt Thyrſidis cantilena.* Initio carminis Theognidei leguntur iſta: — Θεόγνιδος ἐστὶν ἔπη τᾶ Μεγαρέως· quae vitiata leguntur in *Stobaei* Floril. p. 499, 25. Hoc fuit initium τᾶ ἱερᾶ λόγυ, Pythagorae attributi, teſte *Iamblicho* de Vita Pythag. p. 123. Ὅδε περὶ θεῶν Πυθαγόρα τῶ Μνασάρχω. *Hecataeus* Mileſius ſic hiſtoriam ſuam ordiebatur: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. pri-

Πᾷ ποκ' ἄρ' ἦσθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾷ ποκα, νύμφαι;
Ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;
Οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,
Οὐδ' Αἴτνας σκοπιὰν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. 70
Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
Τῆνον χὠ 'κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,
Πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο. 75

mus Comoediae primae verſus fuiſſe dicitur: Ἀκούετε δὴ λεὼς, Σκαραρίων ταδὶ λέγει. — [Pro Θύρσιδος, Θύρσιος Ed. *Br.* VALCK. 2.]

vſ. 66. Πᾷ ποκ' ἄρ' ἦσθ'] Hoc in Edd. a me inventum Mediol. Ald. Flor. cum *Reiskio* recepi pro vulgato ἦσθ'. *eratis*, non *eras*, ſententia poſcebat. — Saepius cum Graecis collati legendi ſunt *Virgilii* ex Ecl. X. verſus 9-12. — In vſ. 68. ſola dat Ed. Florent. ποταμῶ γε μέγαν ῥόον. — [Hoc recepit *Brunck.* VALCK. 2.]

vſ. 66. Πᾷ πόκ' ἄρ' ἦσθ' — ſic ſcribatur, an ἦθ', nihil intereſt. Nam ἦσθ' non eſt pro aeolico ἦσθα, *eras*, ſed pro ἦσθε, *eratis*. Verbi εἰμὶ duplex eſt imperfectum, cujus alterum formae activae ἦν, ἦτε, alterum formae mediae ἤμην, ἦσθε. BRUNCKIUS.

vſ. 72. Ἀνέκλαυσε] Ob rationem non magni momenti excogitatum a Grammaticis, ἂν ἔκλαυσε, legitur etiam in uno alterove Codice; cum in aliis ſimplex ἔκλαυσε reperiatur. Conf. *Virgil.* Ecl. V, 27.

vſ. 73. Φίλαι] Πάλιν ex aliquot Codd. in hunc v. recepit *Brunckius.* VALCK. 2.

vſ. 75. Δαμάλαι καὶ πόρτιες] Δαμάλεις, ut ſcribitur in Codd. Vaticano et Barocc. non eſt Theocriteum; neque ab aliis obſervatur ab *Ammonio* et *Thoma* adnotatum inter voces δαμάλη et δάμαλις diſcrimen. ex *Ariſtophane περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν* haec etiam excerpta leguntur apud *Euſtath.* ad *Hom.* Od. I, p. 350, 7. Βοῶν — Ταῦροι μὲν οἱ τέλειοι καὶ ἐνόρχαι· αἱ δὲ θήλειαι Βόες μόνον. τὰ δὲ νέα Δαμάλαι, καὶ Δαμάλιες, καὶ Μόσχοι, καὶ Πόρεις καὶ Πόρτιες, καὶ Πόρταικες. [Pro πολλαὶ δ' αὖ δ. *Brunckius* dedit πολλαὶ δὲ δ. VALCK. 2.]

Ἄρχετε βωκόλικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δὲ, Δάφνι,
Τίς τυ κατατρύχει; τίνος, ὦ γαθὲ, τόσσον ἔρασσαι;

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες, ὠπόλοι ἦνθον, 80
Πάντες ἀνηρώτευν, τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος,
Κῆφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα,
Πᾶσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται,

vſ. 77. Ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος] Pro Ionica οὔρεος, Doricam formam, quam Wintertonus iam receperat, hic dabant duo Codices Florentini et Vatic. In Scholiis primus veniſſe dicitur Mercurius ἢ ὡς φίλος Δάφνιδος, ἢ ὡς ἐρᾶστής. Ubi *Diodorus* Sicilienſem Daphnin Mercurii fuiſſe filium tradit, L. IV, c. 84, p. 327. *Nil mirum ergo*, ſcribit *Weſſelingius*, *ſi Mercurius Daphnin amoris ignibus miſere contabeſcentem primus conſolatum adeat in Theocriti Eid. 1, 77, quippe pater.* Sed patri minus convenit illud: τίνος, ὦ γαθὲ, τόσσον ἔρασσαι. Primo loco ponitur, ut inter paſtorales Deos primus dignitate. VALCK. 1. — οὔρεος, nec miror, Pierſono fuit ſuſpectum, cui οὐρανῶ hic in mentem venit. VALCK. 2.

vſ. 78. Ἔρασσαι] genuinum non debuerat in ἐρᾶσαι mutari. VALCK. 2. Ita *Brunck*.

vſ. 80. Ἦνθον τοὶ βῶται] *Virgil.* Ecl. X, 19, *Venit et upilio, tardi venere bubulci.* v. 21, *Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi?* Πάντες ἀνηρώτευν τί πάθοι κακόν. v. 21, — *venit Apollo: Galle, quid inſanis, inquit,* ἦνθ' ὁ Πρίηπος, Κῆφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; v. 22, — *tua cura, Lycoris Perque nives alium, perque horrida caſtra ſequuta eſt.* — ἁ δέ τε κώρα Πᾶσαν ἀνὰ κράναν, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται. In poſtremis ſeceſſit a duce ſuo *Virgilius*, qui in Gallum ſuum de Daphnide dicta tranſtulit. In Theocriteis Πρίηπος ſervandum cenſui, quia in ſua ſic Dialecto cum Ionibus ſcripſiſſe videbatur *Theocritus*.

vſ. 82. Τί τὺ] In Ed. *Br.* mutatum fuit in τί νυ· quodque ſequitur ἁ δέ τε in ἁ δέ τυ. ἁ δέ γε vulgaverat *Reiskius*. VALCK. 2.

vſ. 83. Πᾶσας ἀνὰ κράνας] In duobus certe Codd. lectum recte *Brunckius* reſtituit pro Πᾶσαν ἀνὰ κράναν. VALCK. 2.

(Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς)
Ζαλοῖσ' · ἁ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανος ἐσσί. 85
Βώ-

vſ. 85. Ζαλοῖσ' · ἁ δύσερώς τις ἄγαν] Florentini Codices, Vaticani, et Britannici dant Ζατεῦσα · Ζαλοῖσα · Ζατεῦσ' ἁ · et Ζαλοῖσ' ἁ reperiuntur et iſtae lectiones in Edd. vetuſtis. Ζητοῦσα, *quaerens*, quia ne Dorice quidem ζατεῦσα, ſed ζαλοῖσα (ζαλεῖ legitur in Eid. XXI, 149.) ſcriberetur, ut in Theocriteis ſcribuntur λιποῖσα, μολοῖσα, λαβοῖσα etc. hic quoque vulgatum fuit Ζαλοῖσ' · ἁ — *Danieli Heinſio*, qui in hac parte carminis eleganter et docte explananda ſuae artis ſpecimen dedit, *quaerendi* hic notio minus convenire videbatur: *quomodo*, inquit, *ea quam offenderat Daphnis diceretur* ζητεῖν τὸν Δάφνιν, *cum potius eum fugere debebat.* Doricum itaque verbum hic placuit *Heinſio*, legenti, Ζαλῶσ' · ἁ δυσερως — *dicens.* Verbum Ζαλῶσαι, *ſuſpicari*, *dicere*, dum aliunde nobis quam ex *Heſychio* innotuerit; probarem potius *Hemſterhuſii* coniecturam legentis, Ζαλοῖσ' · ἁ — ut amatorem habere ſuſpectum diceretur puella aemulatione capta. Sed, poſtquam fidem datam fregerat Daphnis, in locis ſolitariis vagantem quaerere potuit Echenaïs, ut indignabunda Daphnidi inconſtantiam et vulgivagam Venerem hac oratione exprobraret. De Daphnide et huic amata Echenaïde nympha ex *Timaeo* narrata a *Parthenio* π. Ε. Π. c. XXIX, atque illinc etiam probabiliter a *Diodoro Siculo* L. IV, c. 84, attigit *D. Heinſius* initio cap. IV. Lect. Theocr. Pactum cum Echenaïde Daphnis inierat, futurum, ut, ſi alio transferret amorem ſuum, oculis privaretur. Vino madidus tentanti Regiae cuidam puellae Daphnis morem geſſit. Facti mox poenitentia duetus evitavit, nec mirum, Echenaïdis ſuae conſpectum, a qua per montes et ſylvas quaeſitus tandemque inventus ea debuit audire, quae ſpretus amor indignanti puellae ſuggeſſit. Commode itaque me iudice ſcribi potuit a Theocrito: ἁ δὲ τὶ κάρᾳ Πᾶσαν ἀνὰ κράνα, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται, Ζαλοῖσ' · ἁ — id eſt, ἡ δὲ κόρη — φορεῖται — σὲ ζητοῦσα · *per ſylvas vagatur te quaerens*, atque adeo dicens, ἁ δύσερώς τις.

vſ 85. Ζαλοῖσ'. ἁ δύσερως — Decori nullam rationem habent, et, ut verum fatear, in hoc Idyllio nihil intelligunt, qui verba haec Nymphae tribuunt. Sunt ipſius Priapi, cujus perſonae maxime conveniunt, quae ſequuntur, ὠπόλος ὄκκ' ἐσορῇ. Qui in animum inducit talia Nympham locuturam fuiſſe, is neque Δρυάδα, nec

Βώτας μὰν ἐλέγευ· νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας,

Ναιαδα, ſed Πορνιαδα, Nympham e lupanari, ſibi fingit. Vera lectio eſt Ζαλοῖσ'. Non quaerebat Nympha Daphnin, in quem erat infenſo animo, ſed ut ejus adſpectum vitaret, longe a locis, in quibus degebat paſtor, per montes et ſilvas aufugiebat. Scilicet Daphnis hic ſolitas ſuas habitat ſedes, Aetnam, ut ex cantici initio manifeſtum eſt. Ibi ad eum facile Nympha acceſſiſſet, ſi eum revera quaeſiviſſet, ut ei amoris inconſtantiam pulchra hac oratione, quam ei affingit Heinſius, exprobraret, nec illi per avia montium et ſilvarum discurrendum fuiſſet. BRUNCKIUS.

vſ. 85. Ζαλοῖσ'· ἆ] *Hemſterhuſii* lectionem cum *Brunckio* nunc ceteris praefero. *Waſſenbergius*, qui etiam vidit orationem hic Priapi continuari, eleganter emendabat: Σιγᾷς; ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμάχανός ἐσσι. VALCK. 2.

Ibid. Ἁ δύσερώς τις ἄγαν] Quae ſequuntur puellae verba pleraque ſic egregie *D. Heinſius* expreſſit oratione ſoluta p. 304. b. „Certe, Daphni, in amoribus levis nimiumque deſultorius es. „Hactenus quidem Bubulcus ab omnibus dicebaris: nunc vero „Caprariorum mores et inconſtantem libidinem plane induiſti. „Illis enim, quotiescunque ſuas capras iniri vident, dolent con„tinuo et liquore turpi ſuffunduntur oculi, quod non ipſi hirci „ſint. Tibi vero, quotiescunque puellam e trivio ridere vides, „oculi liqueſcunt, quod non cum ea choreas ducas." Horum ſingula ante iam explanaverat p. 303. — Illud ἆ, σχετλιαστικὸν ἐπιφώνημα, adhibetur et a *Theocrito* in epigr. VI, Ἁ δείλαιε τὺ Θύρσι, et in Tragoedia et Comoedia frequenter recurrit. Latinis etiam Grammaticis quibusdam pro *ah!* nonnunquam ſcribendum videtur *A.* — Quia μάχος legitur in Eid. II, 95, hic ſcribere non dubitavi ἀμάχανος, pro ἀμήχανος. Amator inconſtans et infidelis hic ab irata Echenaïde dicitur Δύσερως, cuius autem inconſtantia nullo modo mutari poteſt Ἀμάχανος. Ad Δύσερως conf. *T. H.* in *Lucian.* p. 138, 42.

vſ. 86. Βώτας μὰν ἐλέγευ] Sic iſta leguntur in Edd. optimis ſcripta: vetuſtiſſimae dant cum plerisque Codd. Βώτας μὲν ἐλέγευ· quod revocare non debebat *R.* cum μὲν verſum vitiet, et μὰν ſit Theocriteum. Ubi paulo ſuperius v. 80. memorantur βῶται, infra 113. legitur βώταν· hic ſcribi non debebat Βώτας, ſenſum commode *Heinſius* expreſſit p. 304.

vſ. 86. Praeter editiones veteres, quas recenſuit Reiskius, ex quibus μὲν revocavit, hoc habent etiam codices apud Warton

Ὠιπόλος, ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,
Τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι ἁ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δ', ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελεῦντι, 90
Τάκεαι ὀφθαλμὼς, ὅτι ἁ μετὰ ταῖσι χορεύεις.
Τώσδ' ἁδὲν ποτελέξαθ' ὁ βωκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ
Ἄννε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄννε μοίρας.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα, 95

aliquot et tres Caesarei. Dorica particula μὰν est pro communi μὴν, non pro μὲν, quod hic esse debere sequens arguit δέ. Nec credam sic versum pessundari. μὲν enim in caesura positum, adjuvante pronunciatione, producitur, ut δὲ et τε apud Homerum saepe. μὰν, licet doricum, nemo reposuerit infra v. 96. λάθρια μὰν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα Contra enim graecae linguae usum esset; nec magis hic locum tenere potest. Brunckius.

vs. 90. Οἷα γελεῦντι] Triplex erat in Codd. duplex in vetustis Edd. lectio, γελᾶντι· γελῶντι· γελεῦντι· hanc, repertam in Codd. Vatic. et Barocc. ceteris praetuli, saepius in optimis *Theocriti* Codd servatam. Ne sperno quidem, quod in sequenti vs. 91. duo tresve Codd. exhibent μετὰ τῆσι χορεύεις. Ex opposito βατεῦνται non obscurum est, quo voluerit sensu Χορεύειν hic intellectum.

vs. 92. Τὼς δ' ἁδὲν ποτελέξαθ' ὁ β] Hoc recte restitutum fuit pro ποτιλέξατο. Praebent illud Edd. Mediol. Ald Flor. et Codicum optimi. Recte *Schol.* interpretatur: πρὸς τούτους δὲ ἁδὲν ἐφθέγξατο, vel ἀπεκρίνατο, ὁ Δάφνις. conf. infra v. 100. — Proxima, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ Ἄννε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄννε μοίρας· significant: *sed suum tolerabat amorem acerbum, atque* in illo fortiter ferendo *vitam ad finem usque transigebat.* Valck. 1. — τώσδ'] Scriptum hic fuit pro τὼς δ'. Valck. 2.

vs. 95. Ἦνθέ γε μὰν ἀδεῖα] Nihil hic iuvant aut Codices aut Edd. aut lectio Scholiastae ἁ δῖα. Ingeniosa, paulo tamen audacior, prostat in Observ. *Koppiersii* coniectura p. 74, qua legit:

Λάθρια μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα,
Κῆπε, τὺ θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν·

Ἤνθέ γε μὰν ποτί μιν χ' ἁ δῖα Κύπρις γελάοισα. Commode cum viro Eruditissimo *D. R.* scribi poterit: — ἄδιστα — γελάοισα.

vs. 95. Ἀδεῖα καὶ ἁ] Nihil iuvat ἁ δῖα· et vera hic lectio latet. Ἤνθε μὲν ἁ Δηώ τε καὶ ἁ Κ. *Piersono* placuit. Wassenbergio, Ἤνθέ γε μὰν δριμεῖα καλοῖς Κύπρις γελάοισα. *Brunckio*, Ἀδύ γε μὰν ἤνθεν καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα. Prae ceterorum coniecturis mihi quidem placet, quod in mentem venit Frisio iuveni *Gratama*: Ἤνθέ γε μὰν λάθρη καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα. VALCK. 2.

vs. 95. ἀδεῖα, si modo genuinum est, recte cepit Reiskius, scilicet pro ἡδέα. Plurale neutrum adverbialiter positum. Sed hoc modo subobscurior est phrasis. Mihi semper corruptus visus est hic versus. γε hic nec vim exerit, nec gratiam habet; abest a codicibus aliquot, qui ἤνθεν exhibent. Versum sic refingo: Ἀδύ γε μὰν ἤνθεν καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα. BRUNCKIUS.

vs. 96. Λάθρη] Sic scripsit *Theocritus* pro forma vulgari Λάθρα; ut solent Ionice scribentes: Λάθρη Καμβύσεω et similia leguntur apud *Herodotum*. In uno Codicum Florent. hic lectum Λάθρια poni etiam a Poëta potuit. — Hoc in versu leve vitium Ed. Aldinae virum Doctum impulit, ut vocem non Graecam in ipsum contextum inferret, βάρην. Attica quidem sunt αὔξη· ἄνθη· βλάστη· sed βάρη prorsus est inauditum. Illi quia vix Graecum videbatur βαρὺν θυμὸν ἀνέχειν, nuperus Editor legi posse putabat ἄρα pro ἀνά. Ἀνέχειν significat *in altum attollere*, et *elatum ostentare*, ac *prae se ferre*. *Subridens Venus vultu iram animi praeferente* dicitur eleganter Λάθρη μὲν γελάοισα, βάρυν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα.

vs. 96. Λάθρια] In uno Codice scriptum, vulgatis Λάθρη et Λάθρα cum *Br.* anteposui, qui in vs. sq. dedit λυγιξῆν. VALCK. 2.

vs. 97. Addixerat se Daphnis Nymphae Echenaïdi, cui juraverat se nunquam in alterius foeminae amplexus iturum. Irritum juramentum fecit regiae cujusdam puellae fraus, quae, quum pastorem deperiret, vino eum obrutum libidini suae morigerum habuit. Comperto furto Echenaïs in furorem acta amorem odio commutavit. At Daphnis, qui datam Nymphae fidem non sponte violaverat, ab ejus amore non destitit, cujus vi tandem contabuit et periit. Haec est cantici summa, quod canit Thyrsis. Hinc intelligenda Veneris amarulenta irrisio: *Gloriabaris nullum in te fore Cupidinis imperium: coëgit te tamen ad alios amores.* Hinc intelligenda etiam Daphnidis verba v. 103

Ἆρ' ἐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Τὰν δ' ἄρα χ' ὡ Δάφνις ποταμείβετο, Κύπρι βαρεῖα, 100

δεδύκει Δάφνις, κὴν Ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι. *Moritur Daphnis, et apud inferos etiam gravi dolore Cupidinem uret.* Scilicet *videbit Cupido me etiamnum apud inferos Echenaïdem amare, quam revera amare nunquam desii. Quam enim in me fraudem machinatus est, cujusquo eum nunc ex matris Veneris verbis auctorem intelligo, ea regiam quidem puellam voti sui compotem fecit, sed animum meum a Nympha non alienavit: non est ergo quod triumphum agat.* Hinc intelligitur etiam quid significent verba ἤδη ΓΑΡ φράσδει πάνθ' Ἥλιος ἄμμι. *Odiosa Venus, tui ENIM pueri malas artes admoto lumine mihi patefacit Sol, quem nec tua furta scis olim latere sivisse.* Hic est totius hujus loci unicus, verus et manifestus sensus, quem sic παραφράζειν necesse fuit, ut magis eluceret. Tam variis modis tentatum et expositum fuisse ab eruditis profecto mirum est. In v. 103. e Vat. cod. et quatuor Caesareis scribendum κὴν Ἀΐδᾳ. Dores κὴν pro καὶ ἐν, ut et κὴς pro καὶ εἰς dicebant. Vide doctissimum Koen de Dialectis p. 88. BRUNCKIUS.

vs. 98. Ἆρ' ἐκ αὐτὸς] Suspicor hic scribendum Ἢ ῥ' ἐκ αὐτὸς, quod, ex quatuor enotatum Codd. Vaticano, Florent. Barocc. Harlei. in interrogationibus a *Theocrito* potius adhibetur, quam ἄρα, σύνδεσμος etiam ἀπορηματικός. ἢ ἔα sic invenientur in Eid. II, 6. 20. 158. III, 7. 8. 15. IV, 1. 53. 58. etc. — Verba λυγιξεῖν et ἐλυγίχθης perperam in his Theocriteis scribuntur apud Schol. *Aristophanis* ad Vesp. v. 1478.

vs. 98. ἢ ῥ' οὐκ αὐτὸς, quod suadet Cl. Valckenaer, habent Caesarei Codices tres. At ἄρ' aeque bonum est. Vid. Idyll. VII. 149. et 151. BRUNCKIUS.

vs. 100. Ποταμείβετο] In hac forma, pro ποταμείψατο reposita, conspirabant sex optimi Codices cum prima Ed. Mediolan. Ald. Florentina. [ποταμείψατο tamen praetulit *Br.* VALCK. 2.] — In vs. sequente 101. gratiam viro Docto facimus coniecturae. — Illic ἐπαχθὴς est in duobus Codd. Vatic. et Florent. et sane dici potuit Venus θνατοῖσιν ἐπαχθὴς· sed ubi paulo ante dicta fuit βαρεῖα, hic dici debuit θνατοῖσιν ἀπεχθὴς, ut infra Daphnin dixit, v. 141, ἐ νύμφαισιν ἀπεχθῆ. Saepius ista duo permutantur a librariis: vid. *Jo. Piersoni* Verisim. p. 67. 68.

Κύπρι νεμεσσάτα, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής·
Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ', ἅλιον ἄμμι δεδύκειν.

vſ. 102. Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ', ἅλιον ἄμμι δεδύκειν] Ex Edit. *D. Heinſii* haec expreſſa ſunt, niſi quod voces πάνθ' ἅλιον interiecta diſtinctione a ſe invicem ſeiunxerim. Primum ſic iſta Mediolani vulgavit *Demetrius Chalcondylas:* Ἤδη γὰρ φράσδει, πάνθ' ἅλιος ἄμμι δεδύκη Δάφνις. κ' εἰν ἀ. — Similiter *Aldus*, niſi quod habeat δεδύκει. in *Juntae* Florent. legitur Ed. ἤδη γὰρ φράσδη πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκην Δάφνις. κεῖν ἀΐδα κ. ἔ. ἄλγος ἔρωτι Eaedem lectiones leguntur in Codd. MSS. in ſex minimum ἅλιος· in diverſis δεδύκη· δεδύκην· δεδύκει et δεδύκειν. In duobus Florent. in Edit. quoque Flor. legitur ἔρωτι· quod probandum cenſebat *H. Stephanus.* — Ἅλιον ἄμμι δεδύκειν ſcribendum primus monuit *Caſaubonus* p. 244. — *D. Heinſius*, dubitans p. 305. utrum φράσδει ſcribendum ſit, an φράσδη, *quod ad Venerem referretur* „Alias, in„quit, mens eſſet: Ἤδη φράσδει πάντα, ἅλιον ἡμῖν δεδύκειν· *Iam „omnia indicant, nos periiſſe, de nobis actum eſſe.* — In ſequen„ti verſu — Daphnis — nihil aliud ſignificat, quam ſe futurum „triſte exemplum reliquis amatoribus". — *Scholiaſtae* ſequutus interpretationem, *Io. Toupius* Animadv. in Scholia Theocritea T. I. p. 209. ita locum ſcribendum cenſet: Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιος ἄμμι δεδύκει Δάφνις. atque iſtis Daphnin tangere *Veneris cum Marte commercium, cujus ſol index fuerat:* in ſua Editione non aliter *Wintertonus* iſta vulgaverat, his Latinis adiectis: *Iam enim indicat omnia Sol nobis. Occidit Daphnis. Reiskius* hoc modo verba diſpoſuit: (Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ'·) ἅλιος ἄμμι δεδύκει. Δάφνις κ' εἰν. — ſic illa interpretatus: *Sol nobis occidit* (hoc eſt, — *fatum mihi ſupremum imminet*). *Id enim loquuntur omnia.* Commoda ſaltem profert *Euſtathii* loca, ſolem occidentem in his de vitae termino accipientis. In hanc ferme ſententiam, aptam loci huius paraphraſin nuper dedit Doctiſſ. iuvenis *P. H. Koppiers* in Obſerv. Philol. p. 75. corrigendum arbitratus Δάφνιδι. Vir ſummus *T. H.* in margine libri ſui in v. 103. pro ἴσσεται correxit εἴσεται, *ſciet, ſentiet*, atque illud ad ſenſum referri monuit, adnotato *Apollon. Rhodii* L. II, verſu 153. — Variae lectiones et diverſa interpretamenta loci difficultatem demonſtrant, ex quo fortaſſe verſus unus et alter iam olim intercidit: illud enim γὰρ, in v. 102, nihil habet quo referatur; et, ſi vel iſta, ἅλιον ἄμμι δεδύκειν, cum *Euſtathio* et plerisque ſunt interpretibus accipienda, cum his minus apte cohaeret verſus ſe-

Δάφνις κ' εἰν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Οὗ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἔρπε ποτ' Ἴδαν, 105

quens; neque adeo liquet quid sibi velint ista: Δάφνις κἰν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος. — Intermedia si sic a reliquis separarentur, Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής, (Ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν·) Δάφνις κἰν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται ἄλγος ἔρωτος· hic forte sensus verbis posset contribui: *Odiosa Venus, Venus inimica mortalibus*, (*omnia enim iam indicant, solem nobis occidere*) *Daphnis etiam apud inferos amoris infortunati triste erit documentum.* Cum medio horum versuum comparari poterit, qui legitur in hoc carmine 130. Ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' ἔρωτος ἐς ᾅδαν ἔλκομαι ἤδη. [Edidit *Brunckius*: ἤδη γὰρ φράσδει πάνθ' Ἅλιος ἄμμι· δεδύκει Δάφνις. VALCK. 2.]

vs. 103. Δάφνις — κ. ἔσσεται ἄ. ἔρωτος] In nonnullis libris Δάφνις ad priora refertur: ἔρωτι, ut dedit *Brunckius*, legitur etiam in Codd. εἴσεται placuit nonnemini: elegans coniectura Wassenbergio venit in mentem, qua legit: ἤδη γὰρ (nempe ἔξεστι) φράσδειν πάνθ', ἅλιος ἄμμι δεδύκει. Δάφνις κἰν ἀΐδᾳ κακὸν ἔσσεται αἶσχος Ἔρωτος. VALCK. 2.

vs. 105. Οὗ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος,] More suo *Theocritus*, pro Οὗ, scripserat hic etiam Ὦ, *ubi*. — *Ubi dicitur Pastor Venerem.* Cui saltem ista non erant *Virgilii* et *Horatii* ignota, *Novimus et qui te. Inachiam ter nocte potes*, mirum est hic venustum euphemismum obliteratum voluisse, et repositum, quod ne Graecum quidem esset. Venustatem dicti monstravit *Toupius*: vid. simillimum *Gregorii Nazianz.* in Diatribe in *Eurip.* perd. Trag. p. 204. *Alciphron.* L. III Ep. XXVII, αὐτῇ που κατὰ τῶν ἀνθίων καὶ τῆς φυλλάδος, αἰδοῦμαι εἰπεῖν, ὦ φιλτάτη, τί παθεῖν ἐπηνάγκασε. *Synesius* Calv. Encom. p. 85. D. Οὐδεὶς κομήτης ὅστις ᾗ. τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον αὐτὸς τὺ πρὸς τὴν ἠχὼ τῇ τριμέτρῳ συνάρμοσον. ᾗ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα. supplevit versum *Suidas*, in v. Κομῆται. et in v. Ψηνίζω· Οὐδεὶς κομήτης ὅστις ᾗ ψηνίζεται. Istiusmodi ἀποσιωπήσεων in *Luciani* scriptis permulta dantur exempla.

vs. 105. Scr. cum Cl. Valckenaer ὦ λέγεται et 112. ὅπως στατῇ. In vs. 110. scribendum πτῶκας ob ea quae dixi ad IV, 17. BRUNCKIUS.

Ἕρπε πότ' Ἀγχίσαν· τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος,
Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὡραῖος χ' Ὧδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία τἄλλα διώκει. 110

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,
Αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα,

vſ. 106. Τηνεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος] Neutro genere κύπειρον hic dant duo Codices, Vatic. et Flor. [minus recte Valck. 2.] ut *Homerus* in Il. Φ, 351. et in Od. Δ, 603. Infra tamen *Theocr.* Eid. XIII, 35. βάτομον ὀξὺ, βαθὺν τ' ἰτάμοντο κύπειρον, et in Eid. V, 45. τητεὶ δρύες, ὧδε κύπειρος. ubi in duobus Florentinis et Vatic. ſcriptum κύπειρον. Sed qui illic ſequitur verſus in Eid. V, 46. Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι· illinc ad noſtrum forte fuit non a Poëtae ipſius manu hic adiectus. Valck. 1. — Si huius verſus (106) loco legeretur aptior, ſequentem nemo deſideraret, qui eſt in Eid. V, 46. Valck. 2.

vſ. 109. Ὡραῖος χ' Ὧδωνις] *Virgilii* verſus 18. ex Ecl. X, *Et formoſus oves ad flumina pavit Adonis*, *Toupio* non obverſabatur, cum corrigere hic tentaret in Epiſt. ad *Theocriti* Syracuſias T. II, p. 339, Ὤρειος χ' Ὧδωνις· in hunc ſenſum, *Tu — de bubulco triumphos agis. Sed Anchiſes bubulcus; ſed Adonis paſtor; et uterque montes colebant*, conf. *Theocr.* Eid. XX, 35. Nulla etiam auctoritate Ὤρειος communiri potuit. *Reiskii* tentamina hic etiam aliena ſunt. Fateor tamen in hoc verſu aliquid Theocriteum deſiderari. Valck. 1. — Ὤρειος a *Brunckio* receptum. Corrigendum putabat *Eldikius*: Ὡραῖος χ' Ὧδωνις ἐπ' ἄγκεσι μᾶλα νομεύει. Valck. 2.

vſ. 110. Θηρία τἄλλα] Θηρία πάντα, quam lectionem *Schol.* memorat, praebent tres Codices Anglicani, Vaticanus etiam et alter Romanus Cardin. Ottoboni, a me repertam in Edd. Mediolan. Veneta, et Florentina. [Recepit eam *Br.* θηρία πάντα διώκει legitur infra. hic θηρί' ἄγραυλα διώκει legebat *Eldikius*. Valck. 2.] — Secundum Grammaticos Dorico more hic πτώκας ſcribendum monuit *Caſaubon.* p. 244. b.

vſ. 112. Αὖτις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα] Hic iterum vocem non Graecam excogitavit vir Doctiſſ. quam ſincerae αὖτις

Καὶ λέγε, τὸν βώταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι.

supponeret. Graecis significatur: *Fac ut iterum consistas cum Diomede congressa;* sive, *iterum congredere cum Diomede.* Infelicem cum Diomede congressum Siciliensis Daphnis acerbe Veneri exprobrat, narratum *Homero* in Il. E. 336. et seqq. ubi Dea minime bellatrix, a Tydide vulnerata, tandem e praelio in coelum suum coacta fuit secedere. — Pro στάσῃ, scripsi Dorico more στασῇ [Quod dant Codd. Vatic. et Reg. Parif. VALCK. 2.] — Vera quidem observatio *Schol.* qua Dorienses modos subiunctivos non aliter efferre dicuntur ac vulgo Graeci solent; sed στασῇ, *consistes*, hoc in loco est futurum indicat. med. qualia futura tempora cum ὅπως in istiusmodi contractis loquendi formulis ab elegantioribus Graecis iungi solent. *Aeschylus* Prom. v. 68. ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτεῖς ποτέ. In *Euripidis* Cyclope vs. 591. ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ· *praesta te virum.* *Xenophon.* K. Ἀ. I. p. 154, 32. ὅπως — ἔσεσθε ἄνδρες. *Polyochus Athenaei* VII, 313. ὅπως σὲ πείσει μηδὲ εἷς· *ne sinas hoc tibi persuaderi: Casaubon.* p. 546, 30. *Eubulus* ibid. XV, p. 668. D. νῦν ὅπως τὴν νύχθ' ὅλην Ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ παιδίου χορεύσετε. nemo frequentius hac usus est forma scribendi, quam *Aristophanes*; in cuius illa reperietur Pluto v 326. Nub. v. 1466. Ran. v. 8. 381 (si scribatur: Χ' ὅπως ἀρεῖς). 640. 936. Equit. 222. 757. Acharn. v. 253. 954. Vesp. v. 288. Pace v. 76. 1017. 1330. Av. v. 131. 1334. Eccles. v. 149. 949. Thesm. v. 274. 1216. horum locorum postremus sic commode me iudice corrigi poterit, si legatur: — σὺ δ' ὅπως ἀνδρικῶς, Ὅταν λυθῇς τάχιστα, φεύξει κἀτενές. *tu fac ut, quam primum vinculis fueris solutus, strenue fugias et contento gradu:* vulgatur καὶ τενεῖς. *Hesychius* Ἀτενὲς, ἰθύ, — συνεχές. — In his formis loquendi, quales attigerunt *Berglerus* ad *Alciphron.* L. I. Ep. 39. p. 194. et *Kusterus* in *Aristoph.* Plut. v. 326., verba, plerumque per ellipsin suppressa, nonnunquam addita leguntur, βλέπε· ὅρα· μέμνησο φρόντιζε· πρόσεχε· ex. gr. apud *Diogen. Laërt.* II, §. 102. *Thucyd.* p. 203, 80. *Aristoph.* Eccles. v. 300. Nub. v. 1105. Equit. v. 685. Eccles. v. 294.

vs. 113. Ἀλλὰ μάχευ μοι] Acerbissimo ioco Venus, quia bubulcum Daphnin superaverat, laeta nunc dicitur ad Diomedem, quem ante fugerat, accessura propius, et dictura, *quia tu nunc mecum pugna.* Pro μάχευ μοι, sincera scriptione, Iuntae Florentina dat Ed. μαχεῦμαι. Monuit *D. Heinsius* p. 305 b. hoc in versu et paulo post v. 116, ut essent bucolici, syllabam in

Ἄρχετε βωκολικᾶς Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς,
Ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι, 115
Χαίρεθ'· ὁ βωκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις ἐκ ἔτ' ἀν' ὕλαν,
Οὐκ ἔτ' ἀνὰ δρυμὼς, ἐκ ἄλσεα· χαῖρ' Ἀρέθοισα,
Καὶ ποταμοὶ, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος, ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων, 120

Δάφνιν a Poëta correptam. A Graecis sic Poëtis corripiuntur syllabae in τέχνη· λάχνη· ἀκμή· τέκνον· πότμος· σταθμός· ἐυθμός· ἀριθμός· ἱρετμός· a Latinis etiam in *Procne*, *Daphne*, *Tecmessa*, similibusque. Valck. 1. — Nuper vulgatum [a Brunckio] ἐγὼν Δάφνις meas quidem aures offendit. Valck. 2.

vs. 118. Τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ] Nomen *Thymbridis* suspectum fuit *Eustathio* qui ad *Dionysii* Periegesi. v. 350, Σημείωσαι, inquit, ὅτι παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ φαίνεται ἐν τινὶ ἀμφιβαλλομένῃ γραφῇ, καὶ Σικελικός τις εἶναι Θύμβρις ποταμός. nisi tamen ista scripserit, quod in Scholiis invenerat nomen etiam scriptum Δύμβριδος et Τύμβριδος — Flumen hic Siciliae designari nomine Θύμβριδος veteres suspicantur Grammatici; montem sic dictum, *Casaubonus* et *Toupius*. Sed nec *Casaubonus*, neque *Cluverius* montem Siciliae Thymbrida usquam legerunt commemoratum. Quodcunque tamen nomen monti fuerit, ego etiam montem hic intelligendum arbitror; quia quae per montem deorsum feruntur, φέρεσθαι vel πίπτειν κατ' ὄρος Graece dici solent: undae de summo se monte deorsum praecipitantes dicerentur egregie ποταμοὶ, οἳ χεῖτε καλὸν ὕδωρ κατ' ὄρος. Hac forma loquendi *Theocritus* usus dixit in Eid. V, 15, κατὰ τήνας Τᾶς πέτρας, ὤνθρωπε, μανεὶς ἐς Κρᾶθιν ἀλοίμαν. Qui sibi per caput et pectus unguenta defundi desiderabat, *Alcaeus* forte scripserat: Καδδὲ χεῦσον μῦρον ἀδὺ κατ' τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς, καὶ κατ' τῶ πολιῶ στάθεος ἄμμι. eumdem certe locum respexisse videntur *Plutarch*. T. II. p. 647. E. et *Athen*. L. XV. p. 687. E. ubi in Epitome MS. καδδεχεύσατο legi ex Amico intellexi: *Xenophon* K. A. I, p. 152, 21. Ἴεντο — κατὰ πρανοῦς γηλόφου, *per collem praecipitem deorsum ferebantur*. ἵππος κατὰ τοῦ πρανοῦς ἐλάσαι dixit IV, p. 202, 27. Βαίνων κατὰ τῶν ὀρέων, διαπηδῶν κατὰ τῶν βουνῶν in Cantico *Salomonis* C. II, 8. scripsit Graece perdoctus interpres *Symmachus*.

vs. 120. Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος] *Virgilii* (Ecl. V, 43.) Da-

Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.

Ἄρχετε βωκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς.
Ὦ Πὰν Πὰν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,
Εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον
Τὰν Σικελὰν, Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον, αἰπύ τε σᾶμα 125

phnis tumulum ſibi fieri volebat, et tumulo carmen ſuperaddi: *Daphnis ego in ſylvis, hinc usque ad ſidera notus, Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſo.*

vſ. 123. Λυκαίω] Formam Doricam, pro Λυκαίῳ, hic conſervaverant duo Flor. Codices et Vaticanus. [In vſ. 124. recte positum nuper [a Br] Αἴτε. VALCK. 2.]

vſ. 125. Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον] Omne quidem promontorium dici potuit ῥίον· ſed eximie Ῥίον dictum hic ſignificari vidit monuitque *Caſaub.* in fine cap. II. Lect. Theocr. *hic accipiendum*, inquit, *de Rhio promontorio in ea ora Peloponneſi, ubi Helice fuit, omnibus Geographis celebrato.* — De hoc *Rhio* vid. *Dukerus*, qui Scholia in hunc locum corrigit, in *Thucyd.* L. II, p. 164, 9. et *Luc. Holſtenius* in *Stephanum Byzant.* in Ῥίον. De *Helice* docte *Ez. Spanhemius* egit in *Callim.* h. Deli v. 101. — Quamvis nihil eſſet hoc in loco obſcuri, novam tamen lectionem ingenioſe, neque illam indignam *Theocrito*, *L. Bos* excogitavit in Obſerv. Crit. p. 89, hanc nempe: — Ἑλίκα δὲ λίπ' ἠρίον αἰπύ τε σᾶμα Τῆνο Λυκαονίδαο· *linque autem ſepulcrum et ſublime illud monumentum Helicae Lycaonis filii.* Lycaonides *Helicas* memoratur et *Stephano Byz.* a quo urbs dicitur Helice nuncupata; ſecundus nominis iſtiusmodi caſus eſt Ἑλίκα. Dorice ſcribuntur apud *Thucyd.* L. IV, c. 119, nomina Ἐχετιμίδα· Περικλείδα· Ἐρυξιλαίδα· alibi Ἀρχύτα· Παυσανία etc. in *Theocr.* Eid. XIII, 7, Τῶ χαρίεντος Ὕλα — Sepulcrum iſtius Helicae Lycaonidae ἠρίον Ἑλίκα diceretur Λυκαονίδαο· ſic ἠρίον Ἀρκαδίωνος in epigramm. memoratur apud *Athen.* X, p. 436. D. ἠρίον Ἡδωνῆς Φυλλίδος in *Antipatri* epigr. quod *L. Holſtenius* primus vulgavit ad *Steph. Byz.* v. Ἀμφίπολις. quin ipſe *Theocritus*, etiam alibi vocem ἠρίον adhibens, laudat Φρυνὸς ἠρίον Ἴλᾳ, in Eid. XVI, 75. Quia iam eximie Ἠρία vocabant, ut monuit *Harpocration*, τὺς τάφυς, τὺς μὴ ἐν ὕψει τὰ οἰκοδομήματα ἔχοντας, ἀλλ' ὅταν τὰ σώματα εἰς γῆν κατατεθῇ· cum hic primum Lycaonides Helicas eſſet ſepultus, ſepulcro poſtea temporis in honorem conditoris Helices incolae ſu-

Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν.

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Ἔνθ', ὦ ἄναξ, καὶ τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνευν
Ἐκ καρῶ σύριγγα καλὰν, περὶ χεῖλος ἑλικτάν.
Ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' ἔρωτος ἐς Ἄϊδος ἔλκομαι ἤδη. 130

peraddiderunt insigne monumentum αἰπὺ σᾶμα hic dictum; ut ob eam rationem hic iungi commode potuerint ἠρίον, αἰπύ τε σᾶμα. Haec faciunt, ut ego quidem suspicer *Theocritum* scripsisse, prout coniecit *Bossius*. VALCK. 1. — Retinendum videtur Ἑλίκας δὲ λίπε Ῥίον: ingeniosa tamen coniectura *L. Bos* etc VALCK. 2.

vs. 126. Ἀγαστόν.] In una legitur Ed. Flor. ἀγητόν. Admiratione digna vocabant etiam Ἀγαστά. scripserat *Plato* de Legg. L. VIII. p. 829. D. ὅσοι δὲ ἀγαστοί τε αὐτοὶ καὶ τίμιοι ἐν τῇ πόλει, — τὰ τῶν τοιούτων ἀθέσθω ποιήματα. sic ἀγαστοὶ καὶ τίμιοι iunguntur L. VII. de LL. p. 808. C. vulgatur apud *Platonem* ἀγαθοί· alibi quoque vox eamdem subiit corruptelam. [ἀγατὸν Ed. Br.] — Versum sequentem intercalarem *Virgilius* expressit; *Define Maenalios mecum, mea tibia, versus*, in Ecl. VIII. 61.

vs. 126. Caesarei tres ἀγατὸν, quartus ἀγειτὸν, quod eodem ducit. BRUNCKIUS.

vs. 128. Τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο] *Reiskius* legendum contendit φέρευ πακτοῖο. [quod recepit in suam Ed. *Brunck*. VALCK. 2.] Neutrum huic sedi congruit, aut Theocriteum est: nec ut praemium certaminis Pani, sed ut Deo suo moriens fistulam donabat Daphnis: μελίπνευν ad soni quidem iucunditatem referri potest; sed sic fistulam suam etiam dicere potuit, ut de *Bionis* sui fistula, Pani donanda, *Moschus* in illius Epitaphio v. 54; Εἰσέτι γὰρ πνείει τὰ σὰ χείλεα καὶ τὸ σὸν ἆσθμα. — vs. 129. Ἐκ καρῶ recte vulgavit *Wintertonus*; in reliquis Edd. et Codd. scriptum κηρῶ· in uno tamen Florent. Doricum καρῶ custoditum fuit, ut legitur Eid. II, 28. et in Eid. VIII, 19, 21. dixit Σύριγγα καλὰν, Λευκὸν καρὸν ἔχοισαν. [Ad Cod. Florent. accedit Cod. Reg. Paris. VALCK. 2] — Nostro loco καλὰν etiam tentabat *R*.

vs 130. Ἐς ᾅδαν] Suavior auribus accidet, et suo modulo versus restituetur bucolicus, si legatur, ut est in Edit. Florent. — ἐς Ἄϊδος ἕλκομαι ἤδη, ex uno Cod. Flor. ᾅδαν enotatum. Homerica sunt, κατελθεῖν Ἄϊδος εἴσω· et δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω. Sopho-

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Ἃ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·
Πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι,
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὰς κύνας ὤλαφος ἕλκοι, 135
Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Χὠ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο· τὸν δ' Ἀφροδίτα

cleum, τὶς Ἄιδα μολεῖν. VALCK. 1. — Ex Ed. Flor. recepi Ἐς Ἄιδος pro ἐς ᾅδου [probante *Brunckio*]. VALCK. 2.

vſ. 132. Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι] Saepius cum his collati *Virgilii* verſus hic etiam haec tractaturis iuvenibus ſunt monſtrandi ex Ecl. VIII, 52. *Nunc et oves ultro fugiat lupus: aurea durae Mala ferant quercus: narciſſo floreat alnus: Pinguia corticibus ſudent electra myricae: Certent et cycnis ululae; ſit Tityrus Orpheus.* quia huc quoque reſpexit in Ecl V., illinc ponam vſſ. 38, 39. *Pro molli viola, pro purpureo narciſſo, Carduus, et ſpinis ſurgit paliurus acutis.*

vſ. 134. Πάντα δ' ἔναλλα γένοιντο] *Omnia nunc cant naturae legibus praepoſtera.* pro γένοιτο, quod dabat Ed. Wintertoni, γένοιντο nempe, id ipſum erat in Edd. antiquiſſimis et in Codd. — In vſ. 135, pro τὰς duo MSS. Flor. dant τὰς κύνας. quod forte hic, ut alibi, poſuerat Poëta. [Τὰς κύνας ex Codd. reſtitui pro τὰς κ., probante etiam *Brunckio*. VALCK. 2.] — Perperam iſta cepit Schol. τὰς, vel τὰς κύνας ὤλαφος ἕλκοι. quibus ſignificatur: *diſtrahat et laceret canes cervus;* quod etiam animadvertit Cl. *Toupius* in Append. Not. in *Theocr.* — In vſ. 136. Κὴξ exhibent aliquot Codd. et Edd. Mediol. Ald. Flor. mihi alterum Κὴξ mori ſcribendi Theocriteo potius convenire videtur: talia quaedam *Koenius* collegit ad *Gregor.* de Dialect. p. 88.

vſ. 134. πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο. Sic Idyll. VII. 62. ὥρια πάντα γένοιτο. BRUNCKIUS.

vſ. 138. Ἀπεπαύσατο] *Schol.* dum ſcribit, εὐφήμως τὸ ἀποθανεῖν Ἀναπαύσασθαι ἔφη, alteram ſe lectionem ſequutum monſtrat Ἀνεπαύσατο, quam praebent Edd. Mediol. Ald. Flor. unus etiam ex Codd. Flor. ſupra ſcriptam. Hoc quidem, etiam vulgo de morte uſitatius, attigit *Jo. Alberti* in Obſ. Philol. in N. F. p.

Ἤθελ' ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει
Ἐκ Μοιρᾶν· χὠ Δάφνις ἔβα ῥόον, ἔκλυσε δίνα 140
Τὸν Μωσαις φίλον ἄνδρα, τὸν ἁ νύμφαισιν ἀπεχθῆ.

Λήγετε βωκολικᾶς, Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.
Καὶ τὺ δίδε τὰν αἶγα, τό τε σκύφος· ὥς μιν ἀμέλξας
Σπείσω ταῖς Μούσαις. ὦ χαίρετε πόλλακι Μοῦσαι,
Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὕμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἄδιον ᾀσῶ. 145

ΑΙΠΟΛΟΣ.

Πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα, Θύρσι, γένοιτο,
Πλῆρές τοι σχαδόνων· καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις

492. Quod plerique hic dant Codices MSS. ἀπεπαύσατο ſervandum arbitror. — In proximis, τὸν δ' Ἀφροδίτα Ἤθελ' ἀνορθῶσαι· miror quid *Caſaubono* venerit in mentem, ut illud referri poſſe crederet ad morem veterem, cuius ſit in *Euripidis* Hippol. mentio v. 786. τὸν ἤδη κείμενον Ἤθελ' ἀνορθῶσαι, iacentem volebat Venus erigere, atque adeo iam mortuum ad vitam revocare, quod vulgo dicitur ἀναστῆσαι. In iſtis, τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπει Ἐκ Μοιρᾶν, Ed. dat Florent. λέλοιπη· quod et in Cod. eſt Flor. In iſtis temporibus Attica ſcribendi ratio etiam aliis placuit. VALCK. 1. — Λελοίπη ſcribi poterit ex Ed. et Cod. Flor. πάντ' ἐλελοίπη dedit *Brunckius*. VALCK. 2.

vſ. 140. Ἔκλυσε δίνα Τὸν M.] Sententiam ſatis illuſtrant ſimilia Latinorum Poëtarum loca; ex. gr. *Ovidii* Amor. III, 9, 27. *Hunc quoque ſumma dies nigro ſubmerſit Averno.* *Propertii* III, 16, 9. *His preſſus Stygias vultum demerſit in undas.* Nihilque adeo erat cauſae, cur vir Doctiſſ. hic corrigere tentaret, ὦ κλύσε δίνα· *cuius* illum Stygii torrentis *vortex obruit.*

vſ. 143. Δίδε τὰν αἶγα] Δίδοι fruſtra praetulit *D. Heinſius.* [Id hic et alibi reſtituit *Br.* VALCK. 2.] — Ibid. ὥς μιν ἀμέλξας recte praeferunt plerique Codices; in uno Vatic. eſt ὥς κεν ἀμέλξας· quod praebent Edd. Mediolan. Ald. Florentina. [idque recepit *Brunck.* Idem vſ. 145. Ἐγὼν δ' ὕμ. VALCK. 2.]

vſ. 147. Πλῆρές τοι σχαδόνων] Pro Πλῆρες δὲ σχαδόνων recepi; repertum in tribus Codd. Florentinis, duobus Anglicis. πλῆρές τε σχ. eſt in Ed. Florentina. Incommodum δέ· τοὶ, *tibi*, videbatur

Ἀδεῖαν· τέττιγος ἐπεὶ τύ γα φέρτερον ἄδεις.

hic eleganter repetitum. Id ipsum in hoc versu servatum in Ed. *Galeni*, hos duos versus auctore non nominato citantis de pulsuum differentia L. III. Operum p. III, p. 37. quem locum in ora libri adnotaverat *T. H.*

Ibid. Καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχαδα τρώγοις Ἀδεῖαν] Τρώγοις est in Ed. prima Mediol. et in quatuor Codd. Sincerum est τρώγοις. In nomine Αἰγίλω Codices sibi constant et Edd. quibuscum concinit *Galenus*. Persuasit sibi *D Heinsius*, precatum Thyrsidi caprarium, ut caricam ex alno legeret vel populo: huic opinioni suae novam lectionem adcommodat a se excogitatam ἀπ' αἰγέρω· sic scribi posse ratus pro αἰγείρω· memorat et lectionem ex *Etymologico M.* p. 28, 52. ἀπ' Αἰγίρω. ubi Αἴγιρον nomen esse traditur urbis. — Dubium nullum est, quin sincera sit lectio vulgata: caprarius oprat Thyrsidi, praeter cetera, suavissimas caricas Atticas ex pago Aegilo, quae valde nobilitatae hinc Αἰγιλιδες dicebantur, quod ex disserto *Philemonis* Atticistae testimonio ap. *Athen.* XIV. p. 652. E. *Meursius* in libello de Pagis Att. in Αἴγιλος, et *Palmerius* docuerunt, hic in Exercit. p. 791. Ubi autem de caricis agere incipit *Athenaeus* p. 652. B. σφόδρα, inquit, τῶν ἰσχάδων ἐθαυμάζοντο αἱ Ἀττικαὶ, atque in eam rem primum adfert testimonium ex *Dinonis Persicis*, cuius nomen in Scholiis ad *Theocritum* hic restituendum *Meursius* dudum ante *Toupium* iam monuerat, qui in loco *Dinonis*, pro ὁ ἐξ ἀρχῆς, corrigendum esse ὁ Ξέρξης, facile concedet: est elegans ista emendatio Clarissimi Nostri *D. Ruhnkenii*. Pago nomen fuit proprie quidem Αἰγιλία ortum a nomine cuiusdam Αἰγίλου, quamvis et ipse pagus hic in Scholiis et alibi dicatur Αἴγιλος. Aegilidas autem caricas eleganter ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα suo more dicere potuit *Theocritus*: morem istum ubi *Heinsius* attigit Lect. Theocr. p. 328. a. b. ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα non praetermisit: ut *Pastor ab Amphryso*; Melampus Nostro dicitur Eid. III, 43, ὁ μάντις ἀπ' Ὀθρυος. *Lesbium vinum* τὴν ἀπὸ Λέσβου σταγόνα dixit *Antiphanes Athenaei* XI, p. 471. C. Dantur huius generis permulta.

vs. 148. Τέττιγος ἐπεὶ τύ γα] Sic *Toupius* ex more Doriensium emendavit [vulgo ἐ. τύ γε], quod cum invenissem in Edit. prima Mediolan. et in Florent. restituere *Theocrito* non dubitavi; repertum et in Cod. Rom. Cardin. Ottoboni: pro τύγα φέρτερον scriptum in Vatic. Cod. τύγ' ἀφέλτερον.

Ἠνίδε τοι τὸ δέπας· θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει·
Ὠρᾶν πεπλύσθαι νιν ἐπὶ κράναισι δοκασεῖς. 150
Ὦδ' ἴθι Κισσαίθα, τὺ δ' ἄμελγέ νιν· αἱ δὲ χίμαιραι
Οὐ μὴ σκιρτάσητε, μὴ ὁ τράγος ὕμμιν ἀναστῇ.

vſ. 149. Ἠνίδε] Hic et in Eid. III, 10. Ἠνὶ δὲ, in Eid. II, 38, Ἠνίδε vulgari ſolet. Prior certe ſcriptio vitioſa [minus accurata Valck. 2] eſt: ſed, cum parum referat, ἠν' ἴδε vel ἴδε, an ſcribatur ἠνίδε, hoc tamen praetuli, bis poſitum in Callimacheis h. in Del. v. 132. et in Epigr. I, 8. Ἠνιδὲ legitur in *Ariſtoph.* Ran. v. 1437. et alibi. conf. *T. H.* in *Lucian.* I. p. 374. et *G. Koen.* in *Gregor.* de Dial. p 132.

vſ. 149. 150. ὡς καλὸν ὄσδει· Ὠρᾶν πεπλύσθαι] Haec attigit *Euſtathius* in *Hom.* Il. Ω, p. 1481, 22. occaſione dicti *Alexidis* Comici, quod legitur in *Athenaei* Epitome L. II, p. 60. A. παρεστέθη Ὑπερηφάνως ὄζεσα τῶν Ὠρῶν λοπάς Τὸ δὲ, Ὄζεσα Ὠρῶν, inquit *Euſtath.* παραπεποιῆσθαι δοκεῖ ἐκ Θεοκρίτε. ὃς πλυθῆναί τι ἔφη πρὸς κράναις Ὠρᾶν· ἤγεν πρὸς ταῖς κρήναις αὐτῶν τῶν Ὠρῶν (ὡς κάλλος ἐστὶ νοεῖν), σεμνύνων ἐκεῖνος ὅτω τὸ καλῶς πλυθέν. attigerunt hunc locum *H. Stephanus* et *Reiskius.* Sed ex *Alexidis* illud potius comoedia dici deberet a *Theocrito* deſumptum, quam e Theocriteis ab *Alexide.*

vſ. 152. Μὴ ὁ τράγος ὕμμιν ἀναστῇ] Ex Vaticano Cod. enotatum ἐπαναστῇ· quod forte locum poſſet invenire, ſi ſcriberetur: μὴ ὁ τράγος ὕμμ' ἐπαναστῇ. illud verbum in hunc ſenſum adhibuit *Theopompus* apud *Athen.* VI, p. 260. E. ἀλλήλοις ἐτόλμων ἐπανίσταεθαι, πώγωνας ἔχεσι. Valck. 1. — Scribendum videtur, ὕμμ' ἐπαναστῇ, quorum hoc dat Cod. MS. Valck. 2.

ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΡΙΑ.

Εἰδύλλιον β'.

Πᾷ μοι τὰ δάφναι, φέρε Θέστυλι· πᾷ δὲ τὰ φίλτρα;
Σπέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,
Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν ἐοῦντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα,
Ὅς μοι δωδεκαταῖος ἀφ' ὧ τάλας ἀδέποθ' ἥκει,
Οὐδ'

vſ. 3. Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν ἐοῦντα] In hoc quidem Eid. accurate τῇ Δωρίδι ſcripto, in quo bis legitur ἐμὶν, hic id ipſum poſuiſſe Poëta videtur [Genuinum τὸν ἐμοὶ βαρὺν ἐοῦντα, niſi quis ἐμὶν etiam praeferat. VALCK. 2.] : — ἐμὸν βαρυνεῦντα ſcripti Codd. optimi praeferunt, et Edd. primae Mediol. Ald. Flor. nec tamen hoc revocare debuerat R. Alterum, poſt *Boſſium* in Obſ. Crit. p. 91, optime tuitus eſt *Toupius;* φίλον ſive cum *Heinſio*, p. 307, accipiatur, ſeu potius cum *Toupio:* nam hic quoque locum invenit illud *Euripidis*: Φίλος γὰρ ἐχθρὸς ἐγένετ', ἀλλ' ὅμως φίλος. — Futurum tempus, quale eſſet βαρυνεῦντα, prorſus hinc alienum eſt. Ὡς, *Homeri* more, recte iungitur futuro καταθύσομαι. Κορίνθιον illud σχῆμα vocant Grammatici. — *Hanc*, inquit Simaetha, *pilam molli cinge vitta; ut virum dilectum, nunc mihi gravem, flectere ſacris magicis experiar:* Ὡς τὸν, ἐμὶν βαρὺν ἐοῦντα, φίλον καταθύσομαι ἄνδρα. *Virgil.* Ecl. VIII, 65. 66. — *molli cinge haec altaria vitta: Coniugis ut magicis ſanos avertere ſacris Experiar ſenſus.* Diverſam a vulgata, καταθύσομαι, lectionem, καταδήσομαι, ex Scholiis docte *Toupius* eruit in Append. Notar. in *Theocr. Defixiones magicas* καταδέσμας et καταδέσεις iam dixit *Plato* de Rep. L. II. p. 364. C. et XI. de LL. p. 933. A. D.

vſ. 3. τὸν ἐμόν. ſic etiam quatuor Caeſarei codices. At praeſtat vulgata ἐμοὶ in ἐμὶν mutata, quod etiam Cl. Valckenario placet. Hic et v. 10. codices omnes καταθύσομαι. BRUNCKIUS.

vſ. 4. Οὐδέποθ' ἥκει] Quod R. in contextum intulit, ἀδὲ ποθήκει, mihi quoque fateor olim in mentem veniſſe. Poſtea vi-

Οὐδ' ἔγνω πότερον τεθνάκαμες ἢ ζοοὶ εἰμὲς, 5
Οὐδὲ θύρας ἄῤῥαξεν ἀνάρσιος. ἦ ῥά οἱ ἄλλᾳ
Ὤιχετ' ἔχων ὅ,τ' Ἔρως ταχινὰς φρένας, ἅ τ' Ἀφροδίτα.
Βασεῦμαι ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν
Αὔριον, ὥς νιν ἴδω· καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.
Νῦν δέ νιν ἐκ θυέων καταθύσομαι. ἀλλὰ, Σελάνα, 10
Φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα, δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι,
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία, καὶ μέλαν αἷμα.

di, verbum illud compositum hoc sensu minus usitatum, et hic vulgatam servandam, ne forma quidem ἐδέποθ' in ἐδέποκ' immutata: recte scribitur infra Eid. XIII, 10. Χωρὶς δ' ἐδέποκ' ἦς et in hoc ipso Eid. II, 157, Νῦν δέ γε δωδεκαταῖος, ἀφ' ὥτέ νιν ἐδέποκ' εἶδον. sed hic ista forma, verbo ἥκει sequente, aures offendisset.

vs. 5. Ἢ ζοοὶ εἰμὲς] Vitiosam dant formam ἐσμὲς Codd. Vatic. et Flor. Doricam εἰμὲς praebet Eid. XV, v. 73. 89. 91.

vs. 6. Scr. ἄῤῥαξεν, dorice pro ἤῤῥαξεν. Nulla est ratio cur ῥ geminetur. Brunckius.

vs. 6. Ἢ ῥά οἱ ἄλλᾳ Ὤιχετ' ἔχων] Elegans est, et, ut puto, necessaria *D. Heinsii* correctio, p. 308. legentis Ὤιχετ' ἄγων· quod propemodum idem est ac ἦγε. ut sensus sit ὁ Ἔρως ἄλλᾳ οἱ ἤγαγε ταχινὰς φρένας· *Amor eius animum mutabilem alio abduxit*, vel *inclinavit*: ᾤχετο φεύγων ex hoc ipso Eid. v. 152, et ex Eid. IV, 5, ἄγων νιν ἐπ' Ἀλφιὸν ᾤχετο Μίλων· apte conferuntur: eam in rem ex *Sophocle* et *Platone* exemplorum affatim proferri posset: de hoc usu quorundam participiorum egregia dedit *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 349. 350. [Probat Heinsianum *Brunckius*.].

vs. 9. Μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.] Modulus etiam versus monstrabat, pro μέμψομ' οἷα, plene scribendum, μέμψομαι οἷά με ποιεῖ. ut legitur in tribus Edd. primis Mediol. Ald. Flor. in duobus saltem Codd. Vaticano, et Cardin. Ottoboni: genuinam formam hic dederunt *Wintertonus* et *Reiskius*.

vs. 13. Νεκύων ἀνά τ' ἠρία, καὶ μέλαν αἷμα] Iuvenilem nonneminis coniecturam operose refutandam sumsit *D'Orvillius* Anim. in *Charit.* p 376 - 378. Si quid tamen aptius alicunde prodiret, id hic libenter amplectorer, ubi semper illud μέλαν αἷμα mihi fuit suspectum. Si finis versus legi non potuit in exemplari ve-

Χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει,
Φάρμακα ταῦθ' ἕρδοισα χερείονα μήτε τι Κίρκας 15
Μήτε τι Μηδείας, μήτε ξανθᾶς Περιμήδας.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἁλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται· ἀλλ' ἐπίπασσε
Θέστυλι δειλαία· πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
Ἦ ῥά γέ τοι μυσαρὰ καὶ τὶν ἐπίχαρμα τέτυγμαι; 20
Πάσσ', ἅμα καὶ λέγε ταῦτα, τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν

tustissimo, adiectis καὶ μέλαν αἷμα, versus a sciolo potuit expleri. ἠρία κεκμηώτων, ut Theocriteum, hinc excitat Auctor *Etymologici M.* p. 437, 17. antiquus ista si daret *Theocriti* Codex, Poëtam sic potius scripsisse crederem, quam vulgata.

vs. 14. Ὀπαδεῖ] Recte dedit *Wintertonus*, pro ὀπηδεῖ. et praebent formam Doricam Codices Florentinus, et Vaticanus: ὀπαδοῖ conservatum fuit in ultimo v. huius Eid. [ὀπαδῇ Ed. *Br.*] Valck. 1. In vs. seq. 15, Κίρκας posui cum *Br.* pro Κίρκης. Valck. 2.

vs. 18. Ἁλφιτά τοι πρῶτον πυρὶ τάκεται] Hic quoque Dorico more πρᾶτον scribi poterit. περικάεται, ut in Codice scripto *Casaubonus*, videtur et invenisse Scholiasta. — In proximis, ἀλλ', *alia*, scribendum minus recte putabat *D. Heins.* p. 308. b. vulgatum tuetur *Casaubonus*: ἀλλά, *quin*, in talibus vim habet adhortandi. — Vicina, πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι, pertractata sunt in Notis ad ista *Herodoti* III, c. 155, κῶς ἐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν; vid. ad Eid. XI, 72.

vs. 18. Πρᾶτον] Scriptum fuit pro πρῶτον. Sequentem vs. cum R. interpungit *Br.* [sic: Θέστυλι· δειλαία, πᾷ —] Valck. 2.

vs. 21. Πάσσ', ἅμα καὶ λέγε ταῦτα,] *parge* farinam, *et inter spargendum dic ista*, sententia quidem est commoda, et sic saepius eleganter adhibetur ἅμα. Quia tamen *sal* his in sacris adhibebatur, et molae partem conficiebat, mihi hic quoque placet lectio a *Dan. Heinsio* excogitata p. 308. b. Πάσσ' ἅλα, καὶ λέγε ταῦτα· *Sparge sal. Palmerium* refutabit vel unicum illud *Homeri*, κὸ' ἅλα δοίης, ex Od. P, 455. aut ex Il. I, 214, Πάσσε δ' ἁλὸς

Αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα, καππυρίσασα,
Κήξαπίνας ἄφθη, κἠδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς· 25
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

θείοιο. Ubi ſacrum tale Magicum enarratur apud *Lucianum* T. III, p. 288, 70, κρηπῖδας κρεμάσασα ἐκ παττάλου ὑποθυμιᾷ τῷ θείῳ, πάττασα καὶ τῶν ἁλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ· ἐπιλέγει δὲ ἀμφοῖν τὰ ὀνόματα. VALCK. 1. — Elegans eſt coniectura *D. Heinſ.* vulgatam praefero. Heinſianum adprobat *Brunck.* qui hoc in vſ. dedit Δέλφιος, in vſ. 23. ἐγὼν δ' ἐπὶ Δέλφιϊ· infra etiam Δέλφιος. VALCK. 2.

vſ. 24. Ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα,] Syllabae primae modulus in λακέει vulgatarum Editionum lectionem iſtam ſatis refutabat: rediit ex Codd. MSS. (in quibus λακεῖ et λακῇ repertum) et primis Edd. emendata ſcriptura λακεῖ μέγα. Pro ληκεῖν Dorice ſcriptum λακεῖν primam aeque ſyllabam habet productam. *lauri folia in ignem coniecta valde crepant. vivo crepitantes ſulphure lauros* dixit *Nemeſianus* Ecl. IV, 64. *Tibullus* II Ecl. V, 81, *succenſa ſacris crepitet bene laurea flammis.* Ut proverbium exhibent Appendix Vatic. Cent. II, Prov. 76. *Diogenian* Cent. VI, 52, et *Suidas:* Μείζονα βοᾷ δάφνης χλωρᾶς καιομένης. Quod ſequitur καππυρίσασα necdum mihi perſuadeo reddi a Grammatico potuiſſe πυρακτωθεῖσα· ſi verbum fuiſſet καππυρίζω, ut is ſenſus affingi poſſet, ſcribi debuerat καππυρισθεῖσα vel καππυριχθεῖσα, more Dorico. Olim alicui venit in mentem ſcriptum a *Theocrito*, καππυρὸς εὖσα pro κατὰ πυρός· accentu tantum retracto, praefero κάππυρος εὖσα, atque illud Dorice ſcriptum puto pro adiectivo uſitato καταπυρος. *Reiskius* hic legi voluiſſe videtur καπυρίσασα· tradit enim, Καπυρίζειν eſſe καπυρὸν πνεῖν, *ingens, ſonorum ſpirare, multum aurae cum ſibilo et crepitu efflare.* Ne dicam, haec nulla prorſus auctoritate niti; ſententia, ſi vel verbum daretur iſta ſignificans, huic loco prorſus non conveniret, ubi *ignis* mentio requiritur. Praeterea prima in καπυρὸς conſtanter corripitur a *Theocrito* Eid. II, 85. VI, 16. VII, 37. VALCK. 1. — Pro καππυρίσασα, forte legendum κάππυρος εὖσα. καππυρὸς εὖσα, quod olim conieceram, edidit *Br.* et pro λακέει vel λακεῖ, λακῇ. VALCK. 2.

vſ. 25. Κήξαπίνας] Vulgatum pro κἠξαπίνης. VALCK. 2.

Ὡς τῆτον τὸν καρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,
Ὡς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις·
Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας 30
Ὡς κεῖνος δινοῖτο πόθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσιν.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν θυσῶ τὰ πίτυρα. τὺ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν ἅδᾳ
Κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα, καὶ εἴτι περ ἀσφαλὲς ἄλλο.

vſ. 28. Ὡς τῆτον τὸν καρὸν] *Virgil.* Ecl. VIII, 80. *Limus ut hic dureſcit, et haec ut cera liqueſcit, Uno eodemque igni: ſic noſtro Daphnis amore* Qui ſequitur vſ 83, *Daphnis me malus urit; ego hanc in Daphnide laurum.* eſt Theocriteus 23. Δέλφι, ἔμ' ἀνίασιν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν Αἴθω. Verſus illic eſt intercalaris: *Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.* Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. [Ἐγὼν σὺν Ed. *Br.*]

vſ. 30. 31. Ἐξ Ἀφροδίτας Ὡς κεῖνος δινοῖτο] Quae huc arbitror pertinere, Grammaticus Graecus, et *D. Heinſius* p. 314, cum ῥόμβος ὁ χάλκεος cenſuerant coniungenda. — Pro κεῖνος hic more ſuo probabiliter ſcripſerat Poëta τῆνος.

vſ. 31 Recte Cl. Valck. ὡς τῆνος δινοῖτο. Idem in praeced. verſu diſtinguit poſt Χάλκεος, et verba ἐξ Ἀφροδίτας cum ſequentibus connectit, ὡς τῆνος δινοῖτο ἐξ Ἀ. π. ἁ. θ. faciliori, ut videtur, et clariori ſenſu. Sed non eam fuiſſe poëtae ſententiam credo, veteribusque criticis et Heinſio adhaereo. Utramque interpunctionem habent Laurentiani codices, ſed ea quam ſequitur Vir Cl. a recentiori manu videtur eſſe. BRUNCK.

vſ 34. Κινήσαις ῥ' ἀδάμαντα] Quod licuit, Codicum ſcriptorum et veterum Edd. ſcripturam cum *Reiskio* revocavi, pro Ῥαδαμανθα. ῥ' ἀδάμαντα primae praebent Edd. Mediol. Ald. Florent. Codices etiam Florentini plerique et Vaticanus: in alio Vatic. et in Harlei. erat ῥαδάμαντα in Cod. Cardin. Ottoboni ῥ' ἀδάμανθα. in uno Flor. repertum, Κινήσαις ἀδάμαντα. Sed cum Rhadamanthyn, Ῥαδάμανθυν, dicere Poëta ne Ῥαδάμανθα quidem potuerit, miror iſtum inferorum iudicem hic a nonnullis intellectum. *Heinſius*, acerbe notatus, quid probandum cenſuerit non indicat, ut diverſam memorans lectionem Scholiaſtae Ῥαδάμαντα. *Henr. Stephanus*, more ſuo, prolixe demonſtrat placere ſibi ῥ' ἀδαμαντα, *adamantem;* proferens ex ultima *Propertii* Elegia verſum ſatis obſcu-

Θέστυλι, ταὶ κύνες ἄμμιν ἀνὰ πτόλιν ὠρύονται. 35
Ἁ θεὸς ἐν τριόδοισι· τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

rum: *Non exorato ſtant adamante viae.* id ipſum placuit *Caſaubono*, et nuperrime *Toupio:* hic, litera, quae errorem peperit, omiſſa, ſcribendum ſtatuit, Κινήσαις ἀδάμαντα· *adamantem* lapidem intelligens, cuius apud inferos meminerit *Propertius.* — Inferorum iudicem Rhadamanthyn huc invexiſſe primus creditur Scholiaſtes, quem *non bene Rhadamanthum cum Plutone confundere* ſcribit *H. Stephanus.* Quid itaque Scholiaſtes tradit? Τινὲς, inquit, ἀδάμαντα τὸν λίθον, ἢ τὸν ἀδάμαντα σίδηρον. βέλτιον δὲ τὸν Ῥαδάμαντα — (litera tantum ſeiuncta ſcribamus: βέλτιον δὲ τὸν ἑ' ἀδάμαντα) ἤγον τὸν Πλούτωνα λέγειν, καθὸ σκληρὸς καὶ ἀδάμαστος. In his loci non intellecti vera latet, ni fallor, interpretatio. Qui noverat a ſe invicem diverſiſſimos, Iovem inferum, et iudicem Rhadamanthyn, non hunc, ſed *inexorabilem*, ſive *illacrymabilem Horatio* dictum, *Plutona* hic intelligendum cenſuit. Ἀδάμας Schol. eſt ipſe Pluto, καθὸ σκληρὸς καὶ ἀδάμαστος. Quem nemo poterat exorare, cuiusque ianua ad nullius preces pandebatur, (vid. Diatribe in *Euripidis* perd. Trag. reliquias p. 187. C.) Hecate tamen ſive Diana movere poſſe videbatur Simaethae: Τὺ δ' Ἄρτεμι καὶ τὸν ἐν ᾅδᾳ Κινήσαις ἀδάμαντα, καὶ εἴτι περ ἀσφαλὲς ἄλλο. id eſt καὶ εἴτις ἄλλος ἀσφαλὴς ſive σκληρός. ut ſaepe neutro genere adiectivorum homines deſignantur. Commodum ad ἀδάμαντα adſcripſit *Hemſterhuſius* vocem ἀκάμας. *Indomitus*, ἀδάμαστος, dici potuit et ἀδάμας, ἀδάμαντος, ut ἀνδροδάμας ἀνδροδάμαντος, ἀκάμας, ἀκάμαντος. Vocem Ἀδάμας ſaepius pro ἀδάμαστος poſitam monſtrant diverſae interpretationes apud *Heſychium:* Ἀδάμας, ἀγνώμων, ἀπειθὴς, ἀθαμβὴς, ἰσχυρός. Idem *Heſych.* Ἀκάμας, ἀκοπίαστος, ὁ μὴ κάμνων. *Solem* in curſu *nunquam defatigatum* Ἥλιον *Homerus* dixit ἀκάμαντα in Il. Σ, 239. 484. et in Il. Π, 176. Σπερχειὸν ἀκάμαντα. ἀντὶ τοῦ ἀίναον, inquit *Euſtathius* p. 1068, 12. καὶ ὡς εἴτις εἴποι ἀκάματον· καθὰ καὶ Διονύσιος ἀκαμάτῳ ῥόῳ φησὶν Ὠκεανοῖο, Perieg. v. 27. — Non itaque *adamantem*, qui nullus fuit apud inferos eximie ſic dictus, ſed τὸν ἐν ᾅδᾳ ἀδάμαντα ipſum dixiſſe videtur Plutonem, nullis viribus domandum nulliusque precibus niſi unius forte Dianae movendum, flectendumque. [Rectius illud ἑ' omitteretur. Valck. 2.]

Ἡνίδε σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται·
Ἁ δ' ἐμὰ ὀ σιγᾷ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία,
Ἀλλ' ἐπὶ τήνῳ πᾶσα καταίθομαι, ὅς με τάλαιναν 40
Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἐς τρὶς ἀποσπένδω, καὶ τρὶς τάδε, πότνια, φωνῶ·
Εἴτε γυνὰ τήνῳ παρακέκλιται, εἴτε καὶ ἀνήρ,
Τόσσον ἔχοι λάθας, ὅσσον πόκα Θασέα φαντὶ 45
Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμω Ἀριάδνας.

vſ. 38. Σιγᾷ μὲν πόντος] Poëtarum, qui ſacrum ſilentium, velut εὐφημίαν, ventis tribuunt et mari, cum Dii praeſentes adſunt, vel ſummi vates decantant carmina, loca quaedam apta hic deſignaverat *T. H. Ariſtoph.* Thesmoph. v. 43. *Eurip.* Bacch. vſ. 1082. *Callimachi* h. in Apoll. v. 19. *Simonidis* apud *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 60, 9. conf. *Antonin. Liberal.* c. IX. p. 70. et *Dan. Heinſius* ad *Horat.* Carm. I. Od. XV, 3. [Σιγῇ, et σιγεῦντι offert Ed. *Brunck.* Valck. 2.]

vſ. 41. Ἦμεν] Ἦμες, hic in Harlei. Cod. repertum, altera forma frequentius occurrit in Theocriteis. Pro ἦμεν ſaepius in Codd. legi εἶμεν et εἶμες monuit *D'Orvillius* in Vanno Crit. p. 27, 28. Valck. 1. — Ἦμις hic etiam ex Cod. ſcribi poterit, ut dedit *Br.* qui pro εἴτε bis in vſ. 44. poſuit αἴτε. Valck. 2.

vſ. 43. Ἐς τρὶς ἀποσπένδω] *Virgil.* Ecl. VIII. 73. *Terna tibi haec primum triplici diverſa colore Licia circumdo; terque haec altaria circum Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.* De triplici libamine in ſacris vid. *N. Heinſius* ad *Ovid.* Faſt. II, 638. Conf. *Io. Meurſii* Denarius Pythag. c. V.

vſ. 46. Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμω] Cum in Cod. Vatic. legatur εὐπλοκάμων, in Lipſienſi εὐπλοκάμω, hanc formam Doricam poſui pro vulgata ἐϋπλοκάμῳ. Recte *Toupius* tuetur τὸ λασθῆμεν. In Pythagoreorum reliquiis Doricis iſtae verborum formae frequenter recurrunt: τελεσθῆμεν reſtituendum *Archytae* in *Stobaei* Florileg. p. 13, 7. et in Eclog. Phyſ. p. 105, 40. *Areſae* Lucano: ἐκ ἂν ἐδύνατο ἁ κατὰ ψυχὰν τῶν μερέων κοινωνία συναρμοσθῆμεν· pro εὐνομασθῆναι μέν. — Apud *Heſychium* quod vulgatur, Βαρυνθεν, βαρυνθεῖν, Αἰολικῶς. mutandum videtur in Βαρυνθῆμεν, βαρυνθῆναι.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι· τῷδ' ἐπὶ πᾶσαι
Καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεα καὶ θοαὶ ἵπποι.
Ὡς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι καὶ ἐς τόδε δῶμα περῆσαι 50
Μαινομένῳ ἵκελον, λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας.

vſ. 48. Ἱππομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι] Cum de *planta* Ἱππομανὲς rariſſime legatur, mira hic viri Docti comminiſcuntur: Scholiaſten ſequutus *Caſaubonus* φυτὸν per φῦμα interpretatur p. 247. *D. Heinſius* p. 310. per χρῆμα· interdum quidem, ſed nunquam in iſtiusmodi locis φυτὸν et χρῆμα inter ſe permutantur. Infelici conamine *Salmaſ* in *Solin.* p. 940. corrigere tentabat χυτὸν, et, in v. ſeq. ἐν ὤρεα, pro ἀν' ὤρεα. *Salmaſii* ſibi coniecturam refutandam ſumſit *Palmerius* Exercit. p. 794. — *Herbam* quamdam, vel *virgulti genus* apud *Theocritum* deſignari recte monuit *Servius* in *Virg.* Georg. III, 282. Aen. IV, 516. Plantae genus dictum Ἱππομανὲς, quae maxime Tegeae reperiatur et Clitoriae, atque adeo in Arcadia, memorat *Theophraſtus* Hiſt. Plant. IX, C. XV, quem locum commode laudat *Palmerius* Recte tamen *Salmaſius*, „Μαίνεσθαι, inquit, ἐπί τινὶ non dicitur qui ali„cuius rei guſtu vel hauſtu ad inſaniam adigitur, ſed qui rei eius, „cuius cupiens eſt, quocunque modo potiundae ardore inſanit." Hunc uſum verbi attigerunt *Ez. Spanhemius* in *Callim.* h. in Cerer. v. 30. *T. H.* in *Lucian.* T. I, p. 288. et *I. Toupius* Em. in *Suid.* P. II, p. 39. [φυτὸν ἐστι Ed. *Br.*]

vſ. 51. Μαινομένῳ ἵκελον] Ἵκελος ex Lipſ. Cod. recepit *Reiskius*, ad quam lectionem adcommodavit vicina, καὶ ἐς τόδε δῶμα περῆσαι· ut eſſent optantis; quomodo cepit et Scholiaſtes, εἴθε ἔλθοι ἐκ τῆς λιπαρᾶς παλαίστρας. Lectum etiam in Anglico Codice Ἵκελος placuit Editori nupero. mihi priora, Ὡς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι, quia tum ſenſu viderentur deſtituta, videntur omnino cum ſequentibus coniungenda, ſervata lectione recepta: Ὡς καὶ Δέλφιν ἴδοιμι καὶ ἐς τόδε δῶμα περῆσαι Μαινομένῳ ἵκελον· *Sic et Delphin videam in has aedes venientem inſanienti ſimilem.* περᾶσαι potius ſcribendum, ut vulgatur Eid. XV, 44. et in hoc ipſo Eid. II, 90. ex Codd. prodiit ἐπέρασα.

vſ. 51. ἵκελος habent etiam tres Caeſarei. Quam ſecutus ſum lectionem (πέρασαι μ. ἵκελος) eam veram eſſe arbitror, tum quia ſic concifa oratio vividior eſt, tum ob geminatum καὶ, quorum alterum inutile erit, ſi ſcribas περᾶσαι — ἵκελον. BRUNCKIUS.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Τᾶτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὦ γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.
Αἴ αἴ, ἔρως ἀνιαρὲ, τί μευ μέλαν ἐκ χρεὸς αἷμα 55
Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Σαῦράν τοι τρίψασα, ποτὸν κακὸν αὔριον οἴσω.

vſ. 54. Ὦ γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.] Vulgo haec accipiuntur ut a Scholiaſte, ὃ ἐγὼ νῦν ξαίνεσα καταβάλλω ἐν τῷ πυρὶ τῷ ἀγρίῳ. *Abreſchius* in Dilucid. *Thueyd.* p. 416. iungenda cenſuit κατατίλλοισα ἐμβάλλω — Sed cur tandem πῦρ hic eximie diceretur ἄγριον? Probabiliter ſcribendum cum *T. Hemſterhuſio*, κατ' ἀγρίω· *adverſus hunc agreſtem et ferocem amatorem.* Ἄγριος eleganter dicitur, monente *T. H*, *qui amori non reſpondet, ſed aſper amantem contemnit et faſtu magno repellit:* ea vi vox adhibetur et a *Theocrito* Eid. XXIII, 11. et 19 Ἄγριε παῖ καὶ στυγνὲ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας. — Ad vſ. 53. Τᾶτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας — Virgiliana recte compararunt viri Docti ex Ecl. VIII, 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit*, etc. conf. nuper notata in *Eurip.* Hippol. v. 513.

vſ. 54. Mihi etiam ſemper moleſtum fuit illud ἀγρίῳ, quod epitheton igni, ſaltem in hoc loco, minime convenit. Scribebat Hemſterhuyſius, monente Cl. Valckenaer, κατ' ἀγρίω, *adverſus hunc agreſtem et ferocem amatorem.* Sed, ni mea me fallit opinio, habere aliquid incommodi videtur haec correctio: eo enim ſenſu articulus vix ac ne vix quidem abeſſe poteſt. Caſtigatus poëta ſcripſiſſet κατὰ τῶ ἀγρίω. Cur Simaetha non ſibi ipſi epitheton tribueret? *Has iam efferata ego exuvias in ignem conjicio:* ὦ 'γὼν νῦν τίλλοισα κατ' ἄγριος ἐν πυρὶ βάλλω. BRUNCKIUS. — Edidit hic *Br.* ὦ 'γὼν νῦν. VALCK. 2.

vſ. 55. Ἔρως ἀνιαρὲ] Hanc formam, ex Aldina, pro ἀνιηρὲ, iam revocatam a *Reiskio*, dabant Edd. Mediolan. Florent. et Codex Harleianus. — Eadem tres Edd. vetuſtae dederunt in vſ 58. ποτὸν κακὸν, prout exhibuit *Wintertonus;* ubi Edd. vulgo praebent κακὸν ποτόν. Hunc vſ. Σαῦράν τοι τρίψασα, reſpexit *Phrynichus* in Appar. Sophiſt. MS. Σαῦρος, inquit, ἀρρενικῶς λέγεται. Θεόκριτος θηλυκῶς εἶπε σαῦρον. imo σαῦραν.

Θέστυλι, νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον
Τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ἃς ἔτι καὶ νῦν 60
Ἐκ θυμῶ δέδεμαι· (ὁ δέ μευ λόγον ἀδένα ποιεῖ·)
Καὶ λέγ' ἐπιφθύσδοισα, τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τήνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
Νῦν δὴ μήνη ἐοῖσα πόθεν τὸν ἔρωτα δακρυσῶ;
Ἐκ τίνος ἀρξεῦμαι; τίς μοι κακὸν ἄγαγε τοῦτο; 65
Ἦνθ' ἀ τῶ Ῥβήλοιο καναφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ
Ἅλσος ἐς Ἀρτέμιδος· τᾷ δή ποκα πολλὰ μὲν ἄλλα

vſ. 61. Ἐκ θυμῶ δέδεμαι] Quia Scholiaſtes interpretatur, ἐκδεδεμαι τῇ ψυχῇ· ſcribitur et θυμῷ· quod exprimi voluit et *B.* — mihi ἐκ θυμῶ iungenda videntur, et ſignificare, *tota mente: ex quo limine etiam nunc tota mente affixa pendeo.* ſupplendum ἐκ relinquitur in ἃς ἔτι καὶ νῦν — δέδεμαι. — Additaſpraepoſitio in *Ariſtoph.* Equit. v. 1360, omittitur in eiusdem Pluto v. 312. — Ἐκ θυμῷ· ἀπὸ καρδίας· ἐκ ψυχῆς ſic adhibentur: Orpheus Ἐκ θυμῷ Κάλαϊν στέρξε, ſecundum *Phanoclem Stobaei* Floril. p. 399, 38. σοὶ ἐκ τῆς ψυχῆς φίλος ἦν, legitur apud *Xenoph.* K. A. VII, p. 248, 6. ἵλεως ἀληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας apud *M. Antonin.* II, 2. ὅλας φιλέειν — ἀπὸ καρδίας, *Theocrit.* Carm. XXIX, 4. — Proxima, ὁ δέ μευ λόγον ἀδένα ποιεῖ· contulit *Berglerus* p. 113. ad iſta *Alciphronis*, σὺ δὲ ἀδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ διακαῶς φλεγομένου. — Ex vſ. 62. et VII, 127. attigit *Euſtathius* ad *Hom.* Od. A. p. 22, 9. τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ Ἐπιφθύζειν, ἀντὶ τοῦ ἐπιπτύειν γοητευτικῶς. et ad Od. Δ. p. 149, 16. Hic in Codd. et vetuſtis Edd. ἐπιφθύζοισα ſcribitur; ἐπιφθύσδοισα poſitum ab *Henr. Stephano.*

vſ. 64. Νῦν δὴ μήνη ἐοῖσα] In δή, θήν ſimilibusque nunquam η Dorice mutabatur, ſed pro μήν hic more ſuo ſcripſerat μήα. [Μώνα Ed. *Br.*] — vſ. 65. recte ſcriptum arbitror Ἐκ τίνος ἀρξεῦμαι· quo flexu futurum Doricum legitur Eid. VII., 95. et in Epigr. V. 3. et reperiuntur in *Theocriteis* κεισεῦμαι, et βασεῦμαι· quorum hoc in *Bionis* fragm. XII. male in βὰς ἰὼ καὶ olim fuit diſtractum. — Hoc vſ. 65. Codices praeferunt, ἄρξομαι· ἄρξωμαι· et ἄρξομ' ἐγώ· quarum lectionum mediam ἄρξωμαι exhibent et Edd. Mediol. Ald. Florentina.

vſ. 67. Τᾷ δή ποκα] *Iſ. Caſaubonus* p. 247. b. probabiliter corrigit: Τᾷ δὴ τόκα πολλὰ μὲν ἄλλα Θηρία πομπεύεσκε. [τόκα

Θηρία πομπεύεσκε περισταδὸν, ἐν δὲ λέαινα.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ' ἁ Θευχαρίλα, Θρᾶσσα τροφὸς ἁ μακαρῖτις, 70

Brunckio quoque vera visa fuit lectio, quocum unius saltem Cod. auctoritate posui Ἄλσος ἐς Ἀ. pro vulgato ἐπ' Ἀ. VALCK. 2] Pro τότε, *tunc*, τόκα scribit, more Dorico, *Theocr.* τόκα huic sedi convenit, non alterum, quod tamen retinere Codices videntur collati. Hoc ipso vs. Ἄλσος ἐς Ἀρτέμιδος in uno Codicum est Florent. — In versu intercalari Φράζιο et Latinum interpretem et plures decepit; non tamen *Palmerium:* Φραζε et Φράσον notat *dic;* Φράζε, vel Φράζεο, Φράσαι, *vide*, *considera*, *animadverte:* mirum ni Φράσδεο dederit Noster. [Id hic et in seqq. recepit in suam Ed. *Br.* VALCK. 2.]

vs. 70. Καί μ' ἁ Θευχαρίλα] Quod legitur in Scholiis, ἡ τροφὸς τῆ Θεοχαρίλᾳ· fecit ut hic de *Theocharilao* quodam nonnulli cogitaverint: cum vero is flexus nominis viro minus convenire iudicaretur; aliam iam olim formam nominis hic excogitarunt: Θευμαρίδα certe legitur in Codd. Harleiano, Romano Cardin. Ottoboni, duobus Vaticanis, uno Florentinorum; in Edd. etiam Mediol. et Florentina. *Schottus* Observ. Human. II, C. XLVI, *Haec nutrix*, inquit, *Thressa in veteri Codice, quo usus sum Toleti*, Θευμερίδα *nuncupatur*. Mulier sic Graece dici non potuit; sed viro congruum nomen Doricum dat Θευμερίδας· hoc bene ominato nomine dici potuit ὁ θείας μοίρας λαχών, sive ὁ θείᾳ μοίρᾳ γεννηθείς, ut loquitur *Plato* de LL. IX p. 875. C. hinc longe diversum nomen Θυμαρίδας apud *Iamblichum* Pythagorei fuit Tarentini. — Altera vero quorumdam Codicum lectio, ab Aldo prolata, et per Edd. propagata, Θευχαρίλα, mihi cum *D. Heinsio* genuina videtur, et Doricum nomen exhibere *Theocharilae*, nutricis puellae, quae in pompa canistrum portaret per lucum Dianae, Anaxus nempe Eubuli filiae. Haec Theocharila Simaetham vicinam suam sollicitaverat ad pompam spectandam, in qua primas partes ageret alumna vetulae; sed haec, cum carmen suum Simaetha decantaret, iam ad plures abierat, hinc, *beatula*, μακαρῖτις dicta *Theocrito*. — ut ἵλα et ἵλλα nominum fuit foeminorum Dorica pronuntiatio; prima pars nominis more Dorico scribitur: *Cleonicus* est Κλεύνικος *Theocrito* Eid. XIV, 23., qui meminit Θευγενίδος Carm. XXVIII. 13. reperiuntur Θεύπομπος· Θεύδοτος· et horum similia.

Ἀγχίθυρος ναίοισα κατεύξατο, καὶ λιτάνευσε
Τὰν πομπὰν θάσασθαι· ἐγὼ δέ οἱ ἁ μεγάλοιτος
Ὠμάρτευν, βύσσοιο καλὸν σύροισα χιτῶνα,
Κἀμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα. 75
Ἤδη δ' εὖσα μέσαν κατ' ἀμαξιτὸν ᾗ τὰ Λύκωνος,
Εἶδον Δέλφιν ὁμῶ τε καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας.
Τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα μὲν ἐλιχρύσοιο γενειάς,

vſ. 70. Θευμαρίδα. Sic codices apud Warton fere omnes, in gignendi caſu. ἁ Θρᾴσσα τροφὸς Θευμαρίδα. Probabilius eſt ſcripſiſſe poëtam τῶ ὑμαρίδα. Εὐμαρίδης graecum eſt nomen. Popularis cujusdam ἀφελείας eſt, mulierem hanc non ſuo, ſed alumni nomine, indigetari. Sic quotidie vernaculo ſermone loquentes audio. Brunckius.

vſ. 72. Ἐγὼ δὲ] Ed. *Br.* ἐγὼν δὲ — quod ne a Codd. quidem oblatum reciperem, niſi vocalis ſequatur. Valck. 2.

vſ. 74. Τὰν ξυστίδα τᾶς Κλεαρίστας] Optimae ſic dant Edd. (non τὰν Κλεαρ.) etiam tres primae; Codices Vaticani, Cardinalis Ottoboni, Harleianus; τῆς eſt in uno Florentinorum. — In vſ. 76. Ἤδη δ' εὖσα μέσαν κατ' ἀμαξιτὸν, ᾗ τὰ Λύκωνος· quod veteres dant Edd. Mediol. Ald. Flor. ᾗ τὰ A. eſt ex interpretamento. — μέγαν κατ' ἀμαξιτὸν male legitur in Codice Vatic. ſincerum eſt μέσον· Eid. VII, 19. Κἄπα τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμις. *Virgil.* Ecl. IX, 59. *Hinc adeo media eſt nobis via.*

vſ. 76. Μέσαν κατ' ἀμαξιτὸν] Pro Μέσον κατ' ἀ. optime emendavit *Brunckius*, Codicum etiam nixus auctoritate. Valck. 2. — Sincerum eſt μέσαν, non μέσον. μέγαν, quod legitur in Vat. cod., depravatum eſt ex μέσαν. Laurentianus habet μέσην. Sic, etiamſi non acceſſiſſet codicum auctoritas, ſcribendum erat: ἀμαξιτὸς eſt generis foeminini. Brunckius.

vſ. 77. Quum in hoc Idyllio Dorismus accurate ſit obſervatus, probabile eſt ſcriptum olim fuiſſe εἶδον Δέλφιν ἁμᾷ τε καὶ — Brunckius.

vſ. 78. Τοῖς δ' ἦν] Adſentior *Toupio* Dorice ex uſu *Theocriti* ſcribenti, Τοῖς δ' ἦς· in hoc ipſo carmine bis illud ἦς reperitur v. 92. et v. 124. et alibi ſaepius in Theocriteis; in fragmentis Pythagoreorum frequenter reſtituendum: nonnulla dedit *G.*

Στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τὺ Σελάνα,
Ὡς ἀπὸ γυμνασίοιο καλὸν πόνον ἄρτι λιπῆσι. 80

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη
Δειλαίας· τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο, κοὐδ' ἔτι πομπᾶς

Koenius ad *Gregor.* de Dialect. p. 118, 119. ex Heraclideis egregia *Eustathius* in Hom. Od. Υ. p. 735. 20. [ἦς recepit *Br.*] — Στήθεα non est in Theocriteis mutandum. Eleganter autem venefica Lunae narrat suorum palaestritarum Στήθεα (δὲ) στίλβοντα πολὺ πλέον, ἢ τὺ Σελάνα. Dudum etiam ante *Toupium* contuleram illud *Bionis* Eid I. 93. ὀξὺ λέγοντι πολὺ πλέον, ἢ τὺ Διώνα. Optimi sic Codices recte praeferunt; nec debuerat deterior lectio revocari ἢ τὸ σελανας· quam tamen exhibent quatuor minimum [quinque Valck. 2.] Codd. Edd. Mediol. et Ald. Florentina iam dederat, ἢ σὺ σελάνα.

vs. 80. Λιπῆσι] Λιπόντων, revocatum a *Reiskio*, praeter Aldinam, Editiones dant Mediol. et Florent. Codices Vaticanus, Cardinalis Ottoboni, Harleianus, et Florentinus: alterum est in aliis Codicibus, atque a Scholiaste fuit repertum: neque mihi tamen λιπόντων displicet. Λιπόντι in Cod. est Paris. Reg. cum interpretamento adscripto λιπῆσι. [λιπόντων recepit et *Brunck.*]

vs. 82. Χ' ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὡς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη] *Homeri* versus est in Il. Ξ, 294. Ὡς δ' ἴδεν, ὡς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφεκάλυψεν. Ubi Theocriteum confert cum *Virgilii* ex Ecl. VIII. 41. *Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error*, *Fulvius Ursinus* p. 72. exhibet in versu *Theocriti* ἰάνθη· lectionem haud sane absurdam; vulgatae tamen, a Codicibus firmatae, longe postponendam: ἰαίνειν, *calefaciendo emollire*, de amore quidem adhibetur, sed hoc in loco longe aptius est ἰάφθη, pro ἐβλάφθη positum. — *Homerum* et *Theocritum* imitatus *Ovidius* saepius usus est ista scribendi forma, qua scripsit in Her. Ep. XII. 33. *Ut vidi, ut perii.*

vs. 83. Κοὐδ' ἔτι πομπᾶς T. i.] In Codd. [„etiam" Valck. 2.] ista scribuntur, κοὐδέ τι et κοὐτέ τι. — In vs. 85. — ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε· *sed me morbus quidam arrodens tabefecit;* nihil variant Codices collati. Scholiastes diversam a vulgata lectionem invenit: — ἐξάλλαξεν, ἵν' ἢ ἐξήλλαξε· *prorsus immutavit.* sic enim in Scholiis scribendum vere monuit *D. Heinsius* p. 313. Quamvis autem ἐξάλλαξεν minime hinc alienum sit, videtur tamen Poëta Homericum adhibuisse ἐξαλάπαξεν.

Τήνας ἐφρασάμαν, ὐδ' ὡς πάλιν οἴκαδ' ἀπῆνθον
Ἔγνων· ἀλλά μέ τις καπυρὰ νόσος ἐξαλάπαξε· 85
Κείμαν δ' ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα, καὶ δέκα νύκτας.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μευ χρὼς μὲν ὁμοῖος ἐγίνετο πολλάκι θάψω·
Ἐῤῥευν δ' ἐκ κεφαλᾶς πᾶσαι τρίχες· αὐτὰ δὲ λοιπὰ
Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα. καὶ ἐς τίνος ὐκ ἐπέρασα; 90
Ἢ ποίας ἔλιπον γραίας δόμον, ἅτις ἐπᾷδεν;
Ἀλλ' ἦς ὐδὲν ἐλαφρόν· ὁ δὲ χρόνος ἄνυτο φεύγων.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Χ' ὅτω τᾷ δώλᾳ τὸν ἀλαθέα μῦθον ἔλεξα,

vſ. 89. Ἐῤῥευν δ' ἐκ κεφαλᾶς] Hoc cum ſaepe ſcriptum legeretur in his carminibus, pro κεφαλῆς hic ponere non dubitavi. — In vſ. 90. pro ἐπέρησα, ἐπέρασα ſcriptum ex Codd. Vaticano et Florentino. — Horum intermedia, — αὐτὰ δὲ λοιπὰ Ὀστέ' ἔτ' ἦς καὶ δέρμα significant: *ſola vero relicta erant offa et pellis:* ſic Eid. IV. 15 τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται Τῶστεα· conf. *T. H.* in *Lucian.* I. p. 230 *Caſaubon.* Lect. *Theocr.* p. 248. *Apollonius Rhod.* II. 201. ῥινοὶ δὲ σὺν ὀστέα μοῦνον ἔεργον. *Schol.* οἱ ῥινοὶ δὲ μόνοι ξυνεῖχον τὰ ὀστᾶ. *pellis ſuper oſſibus una, Lucret.* VI. 1268. *haeret adſtricta nudatis oſſibus cutis. Quinctilian.* Declam. V. p. 112. Tabe confecto Eryſichthoni ἷνες τε καὶ ὀστέα μοῦνον ἔλειφθεν, in *Callim.* h. Cereris v. 93. conf. *Callim.* Epigr. XXXII. et *Ez. Spanhem. Philo* Iudaeus p. 933. E. ῥικνοὶ γεγόασιν, ἷνες αὐτὸ μόνον καὶ λεπτὴ δορά. Praeivit et in his *Theocrito Sophron*, cuius iſta ſervavit *Etymologus* p. 737, 3. Τί μὰν ξύστιλος; τί γάρ; σύφαρ ἀντ' ἀνδρός. Ultimum explicat Grammaticus, δέρμα ψιλόν, ὡς τῶν ἄλλων ἤδη δεδαπανημένων.

vſ. 94. Χ' ὅτω τᾷ δώλᾳ] Ut in primis leguntur iſta Edd. Χ' ὅτω τᾷ δάλᾳ· exhibent et plerique Codices; in nonnullis tamen inveniuntur Χ' ὥτω τᾷ δώλᾳ. Quia δάλε legitur in Eid. V, 5. hoc quidem admiſi, ſed, quia in ὅτω prima ſyllaba non mutatur, alteri formam uſitatam praetuli.

vſ. 94. Scribendum Χ ὠτῶ, quod Caſaubon. monuit p. 248. a. Χ' ὠτῶ et Χ' ὥτω reperta in Laurentianis. Brunckius.

Εἶδ' ἄγε Θέστυλί μοι χαλεπᾶς νόσω εὗρέ τι μᾶχος. 95
Πᾶσαν ἔχει με τάλαιναν ὁ Μύνδιος· ἀλλὰ μολοῖσα
Τήρησον ποτὶ τὰν Τιμαγήτοιο παλαίστραν·
Τηνεὶ γὰρ φοιτῇ, τηνεὶ δέ οἱ ἁδὺ καθῆσθαι.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Κἠπεί κά νιν ἐόντα μάθοις μόνον, ἄσυχα νεῦσον, 100
Κἦφ' ὅτι Σιμαίθα τὺ καλεῖ, καὶ ὑφάγεο τᾶδε.
Ὡς ἐφάμαν· ἁ δ' ἦνθε, καὶ ἄγαγε τὸν λιπαρόχρων
Εἰς ἐμὰ δώματα Δέλφιν· ἐγὼ δέ μιν ὡς ἐνόησα
Ἄρτι θύρας ὑπὲρ ἀδὸν ἀμειβόμενον ποδὶ κάφῳ,

(Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα) 105

vſ. 95. Scribendum εὑρέ. Eſt imperativus. Brunckius.

vſ. 95. Εἶδ' ἄγε] Omiſſa litera, Εἰ' ἄγε, εἰα, age, praetulit *M intertonus*; atque ita legitur in Codice Flor. Plerique tamen Codd. ut et Edd primae literam retinent, voculis εἶα et ἄγε ſic in *Homeri* ſaepe verſibus interiectam: εἶδ' ἄγε apud *Euſtathium* in Il. A. p. 80, 43. veteres, pro εἶα δὴ ἄγε, poſitum arbitrantur: εἶα δὴ plene ſcriptum legitur in *Aeſchyli* Agam. v. 1659. et in *Euripidis* verſu e Syleo apud *Euſtath.* ibid. v. 52. — In vicinis, — χαλεπᾶς νόσω εὗρέ τι μᾶχος· ultimam vocem infeliciter ſollicitabat *Palmerius*: *Homeri* loca, quae reſpexit Noſter, dedit Clar. *Toupius* in Append. Notar. in *Theocr.* — In vſ. 101. pro ὑφάγεο, minus recte ἀφάγεο legebatur in Codd. Vaticano et Florentino. Cur praeſtet alterum, docebunt *Ammonius* in Ὑπάγειν, et *H. Stephanus* in Append. de Dial. Att. c. XII. p. 185.

vſ. 100. Μάθοις] Μάθῃς vere, ut puto. correxit *Brunckius*, qui id ipſum poſtea invenit in Cod. Reg. Pariſ. Valck. 2. — μάθοις a Theocrito non eſt, ſed a librariis, qui terminationes εις, οις et ης perpetuo confundunt. Scribendum μάθῃς. ἐπεὶ ἂν cum ſubjunctivo ſemper conſtruitur. Brunckius.

vſ. 103. Ἐγὼ δέ μιν ὡς ἐνόησα] Ed. *Br.* ἐγὼν δέ νιν ὡς ἐνόασα. Valck. 2.

vſ. 105. Φράζεό μευ] Verſus intercalaris hic mihi non videtur a Poëta poſitus; et abeſt a Cod. Regio Pariſ. Valck. 2.

Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρώς μευ κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις,
Οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ' ὅσσον ἐν ὕπνῳ
Κνυζῶνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα·
Ἀλλ' ἐπάγην δαγῦδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἶσα. 110

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Καί μ' ἐσιδὼν ὠ ̓στοργος, ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας,

vſ. 107. Ἱδρώς μευ κοχύεσκεν] In Edit. Iuntae Florentina ſcriptum κοχυδεσκεν inveniſſe hoc in loco videbatur *H. Stephano*, videtur et mihi *Euſtathius;* qui ad *Homeri* Il. P. p. 1126, 51. ἀπὸ τοῦ Κοχυδεῖν, inquit, καὶ τὸ Κοχυδεσκεν εὕρηται. paulo ante ex *Athenaei* (VI, p. 269. D.) Pherecrateis ipſi memorantur ποταμοὶ — κοχυδεῦντες ἐπιβαλοῦς. his motus *Reiskius Theocrito* reſtituit κοχύδεσκεν. prout ſcripſit hunc locum tractans *D'Orvillius* Anim. in *Charit.* p. 380. [Idem praetulit *Br.*] Nihil arbitror intereſſe, hoc an illud probetur. Scripſerat forſan *Heſychius:* Κοχύεσκεν ἔρρει ἰσχυρῶς, καὶ μετὰ ψόφου καὶ λάβρως. Fictum verbum videtur ad indicandum aquae per rupes delabentis ſtrepitum. — Ad Oden Sapphus, cuius hic partem expreſſit *Theocritus*, hunc locum contulit *Tollius* ad *Longinum* π. Ὕ. p. 79.

vſ. 109. Κνυζῶνται φωνεῦντα] Κνυζεῦντα φωνεῦντι Ed. *Br.* Servandum omnino erat quod vulgatur. VALCK. 2.

vſ. 110. Δαγῦδι] Vox rariſſima atque incertae originis bis fuit apud Heſychium inventa; nam, ubi vulgatur Δατὺς, viri Docti hinc ſcribendum monuerunt Δαγὺς, καρφάλλιον, νύμφη λευκόκηρος, et in V. Κάχαρις iunguntur Δαγὺς, καὶ Πλαγγὼν, καὶ Χρυσαλλὶς, τὸ κοροκόσμιον. ſic dicebantur puellarum ludicra, imaguncula ex cera, gypſo, vel aere factae. vid. eruditiſſime notata a *D. Ruhnkenio* ad *Timaei* Lex. *Platon.* p. 120. (p. 165.) conf. *Io. Toupius* Emend. in *Suid.* P. III. p. 114.

vſ. 112. Καί μ' ἐσιδὼν ὠ ̓στοργος] Corrigendum putabat *Koppierſius* in Obſerv. Philol. p 77, Κᾷ μ' ἐσιδὼν — *Cumque me he adſpexiſſet quidem, oculis in terram defixis, conſedit:* [idque recepit in ſuam Ed. *Br.*] vulgata lectio defenſores inveniet. — Scripſiſſe certe more ſuo videtur: ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πάξας Ἔσδετ'

Ἕζετ' ἐπὶ κλιντῆρι, καὶ ἑζόμενος φάτο μῦθον·
Ἦ ῥά με, Σιμαίθα, τόσον ἔφθασας, ὅσσον ἐγώ θην
Πρὰν ποκα τὸν χαρίεντα τρέχων ἔφθαξα Φιλῖνον, 115
Ἐς τὸ τεὸν καλέσασα τόδε στέγος, ἤ με παρῆμεν.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.
Ἦνθον γὰρ κἠγὼν, ναὶ τὸν γλυκὺν, ἦνθον, ἔρωτα,
Ἢ τρίτος ἠὲ τέταρτος ἐὼν φίλος αὐτίκα νυκτὸς,
Μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων, 120
Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος,
Πάντοσε πορφυρέῃσι περιζώστρῃσιν ἑλικτάν.

Φράζεό μευ τὸν ἔρωθ' ὅθεν ἵκετο, πότνα Σελάνα.

Καί

ἐπὶ κλιντῆρι, καὶ ἑσδόμενος φάτο μῦθον· sic verbum illud ſcribitur Eid. I, 21. VI, 4.

vſ. 114. Ἐγὼ θην] Ἐγών θην in contextum recipi (a Br.) non debuit. VALCK. 2.

vſ. 116. Ἦ με παρῆμεν] Παρῆμες eſt in uno Codicum Florent. vulgato non deterius: [recepit hoc Br.] ἤ με π. ſcriptum in Aldina Ed. et Flor. iure probavit *Reiskius:* haec enim eſt verborum ſtructura: Σιμαίθα, πρὶν ἢ ἐμὲ παρεῖναι καλέσασα, τόσον ἐμὲ ἔφθασας, ὅσον ἐγὼ — τὸν χαρίεντα Φιλῖνον τρέχων ἔφθασα. *Quum me vocaſti ante, quam ſponte mea venirem, tantum me praevertiſti, quantum nuper ego curſu Philinum praeverti.* — In verſum 118. κἠγὼν, pro κἠγὼ, recepi ex Codice Flor.

vſ. 53 *Θησεῖ*] Recte ſcripſit *Brunck.* pro *θάσει*.

vſ. 55. *Τεᾶς ἐπιβόσκετ' ἀοιδάς*] In Ald. ſcribitur Ed. *τεᾶς ἐπὶ βόσκετ' ἀοιδᾶς*· *Higtio* placebat *τεᾶς ἔτι βόσκετ' ἀοιδᾶς*· *Brunckio*, *τεὰς ἔτι βόσκετ' ἀοιδάς*. Ad horum mentem ſcribi etiam potuit *τεᾶς ἔτι βόσκετ' ἀοιδαῖς*.

vſ. 55. Manifeſtum eſt ex hujus loci ſenſu *ἔτι* hic eſſe reponendum, quod inſuper hoc commodum habet, quod verſus fiat Bucolicus, ut ſunt alii fere omnes: nam ex 131. verſibus, quibus conſtat hoc carmen, 25. tantum non ſunt Bucolici. In Aldina ſecundo loco diviſim *ἐπὶ βόσκετ'*, quod emendationem meam confirmat. Sciunt qui veteres tractarunt libros, quam ſaepe *ἐπὶ* et *ἔτι* permutentur. Audax autem in his verbis eſt metaphora: *τεὰς ἔτι βόσκετ' ἀοιδάς*: *Tuos adhuc depaſcitur cantus*, *Se nourrit encore de tes chants*. Brunckius.

vſ. 56. *Τὸ μέλιγμα*] Ex Codd. hoc prodiit, pro *μέλισμα*· ut et vſ. 93. *Lennepio* nollem placuiſſet *τὸ μέλημα*· mirum tamen, *fiſtulam* dici potuiſſe *μέλιγμα*. — Pro *κἀκεῖνος*, hoc in vſ. *καὶ τῆνος* edidit *Br.*

Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος, ἄν ποκ' ἔτερπες,
Ἐσδομέναν περὶ σεῖο παρ' ἀϊόνεσσι θαλάσσας. 60
Οὐ γὰρ ἴσον Κύκλωπι μελίσδεο· τὸν μὲν ἔφευγεν
Ἁ καλὰ Γαλάτεια, σὲ δ' ἄδιον ἔβλεπεν ἄλμας.
Καὶ νῦν λασαμένα τῶ κύματος ἐν ψαμάθοισι
Ἕσδετ' ἐρημαίαισι, βόας δ' ἔτι σεῖο νομεύει.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι. 65
Πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν,
Παρθενικᾶν ἐρόεντα φιλάματα, χείλεα παίδων·
Καὶ στυγνοὶ περὶ σᾶμα τεὸν κλαίεσσιν Ἔρωτες.
Ἁ Κύπρις φιλέει σε πολὺ πλέον, ἢ τὸ φίλαμα,

vſ. 59. Ἄν ποκ' ἔτερπες] Male mutatum recte tuetur *D'Orvillius* ad *Charit.* p. 352. Bene ſe habet Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος.

vſ. 60. Ἐσδομέναν περὶ σεῖο] In quinque Codicibus a ſe lectum παρὰ σεῖο merito reiicit *D'Orvillius:* non minus vitioſum eſt περὶ σεῖο. *Io. Luzacius* legendum putabat: Ἐσδομέναν παρὰ σοὶ ἐπὶ ἀϊόνεσσι θαλάσσας· quod mihi quidem non displicet: viro *D.* in περὶ σεῖο maris epitheton latere videtur. *Brunckius* legebat: περὶ σεῖο ποτ' ἀϊόνεσσι θ. *Schaef. ad Dionys. p. 351.*

vſ. 60. Melius Caeſ. cod. ἰσδομέναν παρὰ σεῖο. Vix graecum eſt περὶ σεῖο. Dein ad vitandam eiusdem praepoſitionis repetitionem ſcribendum ποτ' ἀϊόνεσσιν. Sic integer verſus legatur: ἰσδομέναν παρὰ σεῖο ποτ' ἀϊόνεσσι θαλάσσας. BRUNCKIUS.

vſ. 62. Σὲ δ' ἄδιον ἔβλεπεν ἄλμας] Sic ſcriptum inveni in Edd. Ald. et Iuntae, pro vulgatis, σὲ δ' ἀδὺ ἀπέβλεπεν ἄλμας. alterum in duobus legit Codd. Pariſ. probavitque *Brunckius.*

vſ. 62. σὲ δ' ἄδιον ἔβλεπεν ἄλμας. Sic duo Regii codd. et Aldina ſecundo loco. Inepta eſt vulgata. E mari non proſpectabat illum, ſed ei in littore ad latus adſidebat. Sic etiam verſus ſuo modulo reſtituitur. BRUNCKIUS.

vſ 64. Ἕσδετ' ἐ.] Ἕζετ' ἐ. eſt in Cod. Pariſ. quem *Villoiſonus* adhibuit.

vſ. 68. Στυγνοὶ] *Urſinus* ſic recte iam dederat ex Ald. Ed. non στυγνόν. atque ita repertum fuit in duobus Codd. Reg. Pariſ. [Sic et *Brunck.*]

Τῷ πρώαν τὸν Ἄδωνιν ἀποθνάσκοντα φίλασε. 70

Τοῦτό τοι, ὦ ποταμῶν λιγυρώτατε, δεύτερον ἄλγος,
Τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος· ἀπώλετο πρών τοι Ὅμηρος,
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα, καί σε λέγοντι
Μύρεσθαι καλὸν υἷα πολυκλαύστοισι ῥεέθροις,
Πᾶσαν δ' ἔπλησας φωνᾶς ἄλα· νῦν πάλιν ἄλλον 75
Υἱέα δακρύεις, καινῷ δ' ἐπὶ πένθει τάκῃ.
Ἀμφότεροι παγαῖς πεφιλαμένοι· ὃς μὲν ἔπινε
Παγασίδος κράνας, ὁ δ' ἔχεν πόμα τᾶς Ἀρεθοίσας.

vſ. 70. Τῷ] In omnibus hic haeſit Edd. Τὸ πρώαν. *Io. Brodaeus* iam emendaverat Τῷ π. quod, me iudice, tanquam dubio vacuum, recipi potuit. — Poſt hunc vſ. 70. veriſimiliter ſuſpicabatur *Higtius*, olim lectum fuiſſe intercalarem, Ἄρχετε Σ. τ. π. ἄ. Μ.

vſ. 72. Τοῦτο, Μέλη, νέον ἄλγος] *Brodaeo* mirum eſt aliam placere potuiſſe lectionem, μέλει, *curae eſt*, repertam in Ed. Ald.

vſ. 74. Πολυκλαύστοισι] Scribatur, an πολυκλαύτοισι, nihil intereſt: quod mihi venit olim in mentem, πολυκλύστοισι, *Br.* recepit.

vſ. 76. Καινῷ δ' ἐπὶ πένθει τάκῃ·] Pro αἰνῷ hic emendantis καινῷ, *Higtii* iam olim vera mihi videbatur coniectura; quam lectionem cum *Brunckio* recipere non dubitavi, firmatam duobus Codd. Pariſinis, et Ald. Ed. in qua ſcribitur καὶ νῷ.

vſ. 76. καινῷ δ' ἐπὶ πένθει. Sic duo Regii codices. Superſcripta gloſſa νέῳ. In Aldina ſec. loco καὶ νῷ δ'. Quod attento et erudito editori genuinam lectionem indicaſſet. BRUNCKIUS.

vſ. 78. Ὁ δ' ἔχεν πόμα] Hic quoque vi caeſurae productum legi maluit *Brunckius*: ὁ δ' ἔχε πόμα τᾶς Ἀρεθοίσας. hanc nominis formam ex Cod. cum eodem recepi. Nonnemini hic placebat ἔλεν πόμα.

vſ. 78. ὁ δ' ἔχε πόμα. In ἔχε ultima producitur vi caeſurae. Importunum ν ἐφελκυστικὸν ſaepe ſine auctoritate et ex aurium ſolo judicio ſuſtuli, quod tamen, ex incuria aut feſtinatione, non ubicunque opus fuerat, feci. Hic monendus eſt lector codices Regium et Caeſareum ἔσχε et ἔχε exhibere. Regius τᾶς Ἀρεθοίσας. BRUNCKIUS.

Χ'ᾧ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα,
Καὶ Θέτιδος μέγαν υἷα, καὶ Ἀτρεΐδὰν Μενέλαον· 80
Κεῖνος δ' ὠ πολέμως; ὠ δάκρυα, Πᾶτα δ' ἔμελπε,
Καὶ βώτας ἐλίγαινε; καὶ ἀείδων ἐνόμευε,
Καὶ σύριγγας ἔτευχε, καὶ ἀδέα πόρτιν ἄμελγε,
Καὶ παίδων ἐδίδασκε φιλάματα, καὶ τὸν Ἔρωτα
Ἔτρεφεν ἐν κόλποισι, καὶ ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν. 85

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.
Πᾶσα, Βίων, θρηνεῖ σε κλυτὴ πόλις, ἄστεα πάντα·
Ἄσκρα μὲν γοάει σε πολὺ πλέον Ἡσιόδοιο·
Πίνδαρον ὠ ποθέοντι τόσον Βοιωτίδες Ὕλαι·
Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐραννά· 90
Οὐδὲ τόσον τὸν ἀοιδὸν ἐμύρατο Κήϊον ἄστυ.

vſ. 85. Ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν] Hoc etiam cum *Br.* poſui, pro ἤρεσε, oblatum a tribus ſaltem Codd. collatis et ab Aldo, in cuius Ed. altero loco ἤρεθε legitur; altero ἠρέθιζε.

vſ. 85. ἤρεθε τὰν Ἀφροδίταν. Sic duo Regii; Caeſareus, et Aldina ſec. loco; quod vulgato ἤρεσε meliorem facit ſenſum. In Aldina priori loco genuinae lectioni ſubſtituta eſt: ἔτρεφεν, ἐν κόλποισι καὶ ἠρέτιζε τὴν Ἀφροδίτην. Brunckius.

vſ. 89. Βοιωτίδες Ὕλαι] Sic, pro ὕλαι, ſcribendum cenſuit *Palmerius*, ut oppidi nomen, quod *Pindaro* fuerit natale, deſignetur: *Palmerium* hic et *Brunckium* ſequutus ſum.

vſ. 90. Λέσβος ἐραννά·] *Adrian.* emendavit *Heringa*, pro ἐρυμνά. Cum ἐραννὰ legeretur in Codice Pariſ. et in Ed. Ald. *Heringae* illud recte *Brunckius* admiſit.

vſ. ἐραννά. Sic ſcripſi e Regiorum uno, in quo ἐρέννά. — τήϊον in ſeq. v. habent duo Regii, Ald. ſec. loco. Corrupte Caeſ. ἤνον. Brunckius.

vſ. 91. Κήϊον ἄστυ] Sic ſcribendum eſſet, an Τήϊον, iam olim dubitatum, liquet ex Ed. Ald. quae altero loco utrumque, nempe κτήϊον ἄστυ, exhibet, altero Τήϊον. hoc vero, Τήϊον, exhibent Pariſini Codd. duo et Ed. Flor. quod mihi quoque genuinum videtur; ut intelligatur *Anacreon:* Κήϊον ἄστυ nobilitavit *Simonides*.

Σὲ πλέον Ἀρχιλόχοιο ποθεῖ Πάρος· ἀντὶ δὲ Σαπφῶς
Εἰσέτι σεῦ τὸ μέλιγμα κινύρεται ἁ Μιτυλάνα.
Πάντες, ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα, Βωκολιασταὶ
Ἐκ μοισᾶν, σέο πότμον ἀνακλαίοντι θανόντος· 95
Κλαίει Σικελίδας, τὸ Σάμῳ κλέος, ἐν δὲ Κύδωσιν,
Ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι,
Δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει· ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἀλεντι Φιλητᾶς·
Ἐν δὲ Συρακοσίοισι Θεόκριτος. αὐτὰρ ἐγώ τοι 100
Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, ὦ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ', ἄν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθηταὶς,
Κλαρονόμος, Μώσας τᾶς Δωρίδος· ἄμμε γεραίρων
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειπες ἀοιδάν.

Ἄρχετε

vſ. 93. Μέλιγμα] Hic poſitum, ut vſ. 56, pro μέλισμα.

vſ. 94. Πάντες, ὅσοις] Hic verſus et quinque ſequentes, ut abſunt a Cod. Pariſ. quem adhibuit *Villoiſonus*, aberant ab Ald. exemplaribus: cum ex aliis Codd. eſſent editi, *Fulv.* tamen *Urſinus*, aliique crediderunt, a *Marco* fuiſſe *Muſuro* conditos ad explendam lacunam: ſed monuit *Ioſ. Scaliger*, a *Muſuro* hos verſus, et a *M. Ant. Mureto* repertos in vetuſtiſſimis fuiſſe Codicibus: deſignat ipſe *Scaligen* Cod. in quo *hos* ſex *verſus* genuinos *antecedebat alius non eadem moneta cuſus:* Πάντοσι κλαύσει σ' ἡ νῆσος Σικελὴ τ' Ἀρέθουσα.

Ibid. Βωκολιασταὶ] Doricam hic quoque formam dedit *Brunckius*, βωκολιάκται.

vſ 99. Παρ' Ἀλεντι] Ex Theocriteis notum fluminis nomen ſuſpectum eſſe non debuerat *Brodaeo.* — Vſ. ſeq. ἐγώ τοι Ed. *Br.*

vſ. 103. Κλαρονόμος] Ut legendum fueram ſuſpicatus, pro Κλαρονόμως, praebuerunt duo ſaltem Codd. et Ed. Ald. idque *Brunckius* recepit, quocum in ſequentem verſum ex Codd. eademque Ed. admiſi ἀπέλειπες, pro ἀπέλειψας. — Poſita diſtinctione poſt vocem Δωρίδος, ad mentem *Herm. Tollii*, hic verſus intellectu facilior evaſit.

vſ. 103. κλαρονόμος. Sic Regiorum unus, Caeſareus, et Aldina ſecundo loco recte. Ordo eſt: οὐ ξένος ᾠδᾶς βωκολικᾶς, ἀλλὰ

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι. 105
Αἴ, αἴ, ταὶ μαλάχαι μὲν ἐπὰν κατὰ κᾶπον ὄλωνται,
Ἢ τὰ χλωρὰ σέλινα, τό, τ' εὐθαλὲς ἕλον ἄνηθον,
Ὕστερον αὖ ζώοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι·
Ἄμμες δ', οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
Ὁππότε πρᾶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ 110
Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν ἀτέρμονα νήγρετον ὕπνον.
Καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ,
Ταῖς νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν.
Τῷ δ' ἐγὼ ὀ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος ὀ καλὸν ᾄδει.

κληρονόμος (ἐκείνης) αὖτ' ἐδιδάξαο — Seq. v. ἀπέλειπες Regii. Aldino secundo loco ἀπέλιπες, priori, ἀπέλιψας. BRUNCKIUS.

vs. 107. Ἢ τὰ χλωρὰ σ.] Ex iisdem Codd. et Ed. Ald. ἠδὲ τὰ χλ. placuit *Brunckio;* mihi vulgatum Ἢ potius servandum videtur.

vs. 109. Οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ] Καρτερικοὶ σοφοὶ ἄ. legitur in duobus Paris. in totidem Codd. quos Aldus adhibuit et in Ed. Flor. Vulgata retinenda censeo.

vs. 109. Editio Aldina: ἄμμις δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτερικοὶ σοφοὶ ἄνδρες. Sic etiam scriptus hic versus in Caesar. cod. et Regiorum uno. At lectio, quam secutus sum (καὶ καρτεροὶ ἢ σοφοὶ) praestat. μεγάλοι sunt opibus potentes: καρτεροὶ, bello fortes: σοφοὶ, artibus clari, et specialiter poëtae, qui κατ' ἐξοχὴν σοφοὶ appellantur. In seq. v. πρᾶτα e Regiis dedi codd. et Aldina sec. loco. BRUNCK.

vs. 110. Ὁππότε πρᾶτα] Hoc Doricum nititur Codd. Parisinis et Ald. Ed. Ὁππόκα hic etiam *Br.* recepit.

vs. 111. Νήγρετοι. Sic in Ed. *Br.*] Scr. νήγρετον ὕπνον, ut recte in omnibus libris, nec mutandum fuerat. Sic apud Homerum multa in Somnum epitheta congesta, Odyss. ν'. 179. Καὶ τῷ νήδυμος ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε, νήγρετος, ἥδιστος, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς. BRUNCKIUS. — Videri quidem hic potuit νήγρετον mutandum in νήγρετοι, sed servandum potius censeo quod vulgatur. VALCK.

vs. 112. Καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ] Hic versus et duo seqq. mihi quidem huius carminis conditore prorsus videntur indigni, atque adulterini.

vs. 114. Τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθ.] Editio Ald. uno dat loco, Τοῖς δ'

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι. 115
Φάρμακον ἦλθε, Βίων, ποτὶ σὸν στόμα, φάρμακον εἶδες.
Πῶς τευ τοῖς χείλεσσι ποτέδραμε, κὠκ ἐγλυκάνθη;
Τίς δὲ βροτὸς τοσσοῦτον ἀνάμερος, ἢ κεράσαι τοι,
Ἢ δοῦναι λαλέοντι τὸ φάρμακον; ἔκφυγεν ᾠδάν.

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι. 120
Ἀλλὰ δίκα κίχε πάντας. ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῶδε
Δακρυχέων τεὸν οἶτον ὀδύρομαι. εἰ δυνάμαν δὲ,
Ὡς Ὀρφεὺς καταβὰς ποτὶ τάρταρον, ὥς ποκ' Ὀδυσσεὺς,

ἐγὼ οὐ φθ. altero autem, Οὐδ ἐγὼ οὐ φθ. quorum hoc est et in Cod. Paris.

vs. 116 Φάρμακον ἦλθε] Doricum probabiliter dederat ἦνθε· quod in sua posuit Ed. *Br.* Idem adscripserat *Is. Voss.* et mox ad εἶδες, εἶλες, quod et mihi venit in mentem.

vs. 117. Πῶς τευ τοῖς χείλισσι π.] Videtur illud recte se habere. In Ed. Ald. et in Cod. Paris. legitur: Τοιούτοις χείλισσι πόκ' ἔδραμε, οὐκ ἐγλυκάνθη. eadem sunt in altero Paris. nisi quod praebet Τοιοῦτον· Alio loco Ed. Ald. idem est ac in Ed. *Urs.* Τίς τευ τοῖς χ. ποτέδραμε. *Brunckius* exhibuit Τοιούτοις.

vs. 118. 119 Ἢ κεράσαι τοι Ἢ δοῦναι λαλέοντι τὸ φάρμακον] Sic duo Regii codd. optime, et Aldina sec. loco. Brunckius. Ex Codd. et Ed. Ald. editam a *Brunckio* lectionem repraesentavi, tamersi λαλέοντι vitiosum videatur, velut meliorem vulgatis: ἢ κερεῶν τοι Ἢ δοῦναι καλέων τὸ φάρμακον. In Ed. Ald. priore loco vulgatur κεράοντι Ἢ δοῦναι καλέοντι· posteriore, κεράσαιτο Ἢ δοῦναι λαλέοντι· ex Cod. Paris. κεράσαιτο et λαλέων enotavit *Villoisonus*. Valck. [illegible]

vs. 119. Ἔκφυγεν ᾠδάν.] Sic commode dici potuit de eo qui caruit omni sensu elegantiae Musicae: videturque mihi illud praeferendum lectioni, quam *Brunck.* recepit, ἢ φύγεν ᾠδάν.

vs. 121. Ἐγὼ δ' ἐπὶ πένθεϊ τῶδε] In Ed. *Br.* est ἐγὼν δ' ἐπὶ π. τ. Viro *D.* hic venit in mentem legendum: ἐγὼ δ' ὑπὸ δένδρεϊ τῶδε Δακρυχέων τεὸν οἶτον ὀδύρομαι. Ed. dat Aldi loco posteriore: Δάκρυα καὶ τεὸν ὕδωρ οἶτον ὀδύρομαι. Est in Cod. Paris. δάκρυα καὶ τεόν

vs. 122. Εἰ δυνάμαν δὲ] Ed. *Br.* αἰ δ. δ.

Ὡς πάρος Ἀλκείδας, κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δόμον ἦλθον
Πλουτέος, ὥς κεν ἴδοιμι, καί, εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις, 125
Ὡς ἂν ἀκουσαίμαν τί μελίσδεαι· ἀλλ' ἐπὶ Κώρᾳ
Σικελικόν τι λίγαινε, καὶ ἀδύ τι βωκολιάσδευ.
Σικελικὰ κἀκείνα ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν

vſ. 124. Κἠγὼ τάχ' ἂν ἐς δ. ἦλθον] Ed. *Br.* κἠγὼν τάχ' ἂν ἐς δ. ἦνθον.

vſ. 125. Εἰ Πλουτῆϊ μελίσδεις] In Cod. Pariſ. Reg. ſcriptum μελίσδης hoc in vſ. poſuit *Brunckius*, et in vſ. ſeq. ex eodem ἀκουσαμαν. [pro vulg. ἀκουσαίμην.]

vſ. 126 Τί μελίσδεαι· ἀλλ' ἐπὶ Κώρᾳ] In Ed. eſt Ald. τί μελίσδει καὶ παρὰ κώραν. idem eſt in Cod. Pariſ. et ſincerum eſſe illud, ſi ſcribatur παρὰ Κώρᾳ, putabat *Villoiſonus*.

vſ. 128. 129. Σικελικὰ κἀκείνα ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν Ἀιόσι] Emendatius ſcriptum verſum exhibui, qui ſic ferebatur in Edd. vulgatis: Κἀκείνη Σικελαῖς καὶ Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν Ἀ. Dudum vero monuit *Urſinus*, in vetuſtiſſimis illum Codd. ſic legi: καὶ κεῖνος (vel καὶ κείνη) Σικελικὰ ἐν Αἰτναίαισιν ἔ. In Ed. Ald. qua bis eadem diverſis locis exhibentur, priore quidem ſcriptum, καὶ κείνη σικελικαῖσιν αἰτναίαισιν· altero autem, καὶ κεῖνα σικελικὰ ἐν αἰτναίαισιν· quorum hoc eſt et in Cod. Pariſ. In Ed. Flor. καὶ κείνη Σικελαῖς καὶ ἐν Αἰτναίαισιν ἔ. Quam reſtitui, lectio debetur *Heskino* et *Pierſono*. In Cod. Vindob. quum legeretur ἄγγεσι, *Brunckius* emendandum cenſuit: Καὶ τήνα Σικελὰ, καὶ ἐν Αἰτναίοισιν ἔπαιξεν Ἄγκεσι. Optime correxit *Ruhnkenius*: ἐν Ἐνναίοισιν ἔπαιξεν Ἄγκισι. *Enna* Proſerpinae congruit.

vſ. 128. Miſere depravati ſunt hi verſus in omnibus editionibus. Aldus, priore loco: καὶ κείνη σικελικαῖσιν αἰτναίαισιν ἔπαιξεν ἀόσι. Calliergus: κἀκείνη σικελαῖσιν ἐν αἰτναίαισιν ἔπαιξεν αἰόσι. — Multo meliorem lectionem dedi (καὶ τήνα Σικελὰ, καὶ ἐν Αἰτναίαισιν ἔπαιξεν ἀόσι) partim ex emendatione, partim e Regiis codicibus, qui habent, ut et Aldina altero loco καὶ κείνα σικελικὰ ἐν αἰτναίαισιν ἔπαιξεν ἀόσι; ſed ultimum ἀόσι ſincerum non eſt; quis unquam fando audivit αἰτναίας ἠιόνας? ἠιὼν *littus* eſt, fluvii aut maris, et monti non tribuitur. Cod. Caeſareus ἄγγεσιν, unde ſcribendum eſſe manifeſtum eſt ἄγκεσι. Sic igitur locus reformandus eſt: καὶ τήνα Σικελὰ, καὶ ἐν Αἰτναίοισιν ἔπαιξεν ἄγκεσι — BRUNCKIUS.

Ἀιότι, καὶ μέλος οἶδε τὸ Δώριον· ὐκ ἀγέραστος
Ἐσσεῖτ' ἁ μολπά. χ' ὡς Ὀρφεὺς πρόσθεν ἔδωκεν 130
Ἁδέα φορμίσδοντι παλίσσυτον Εὐρυδίκειαν,
Καὶ σὲ, Βίων, πεμψεῖ τοῖς ὤρεσιν. εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλυτέϊ καὐτὸς ἄειδον.

vſ. 129. Μέλος οἶδε] Cum *Br.* ex Cod. Pariſ. et Ed. Ald. recepi pro ἠδὲ. Valck — οἶδε ſuppeditavit cod. Reg. Eſt etiam in Aldina ſecundo loco. Verum hoc eſt, non ἠδὲ. Brunckius.

vſ. 132. 133. Εἰ δέ τι κἠγὼν Συρίσδων δυνάμαν] Pro Εἰ, Αἰ Ed. *Br.* qui Συρίσδων etiam recepit, pro Συρίσδεν. Συρίσδων, olim a me poſitum, nunc cenſebitur dubio vacare, quum in Codd. Pariſinis fuerit et in Ald. Ed. repertum.

vſ. 133. συρίσδων δυνάμαν, ſic Regius unus. Alter συρίσδων δυναίμαν, ut Ald. ſec. loco. Hoc jam et alia multa ingenio aſſecutus fuerat elegantiſſimus Valckenaer, qui librorum MSS. ope deſtitutus Idyll. hoc multo emendatius, quam antea lectum fuerat, edidit poſt Virgilii cum graecis collationem. Quaecunque ex venuſtiſſimo hoc carmine ex MSS. codd. aut mutavi, aut mutanda ſupererant, accurate quantum potui notavi, cum quia digniſſimum erat, quod integritati ſuae reſtitueretur, tum quia omnes, qui id in recentioribus editionibus repetierunt, praeter F. Urſini et Dan. Heinſii editiones nullum aliud ſubſidium quaeſiviſſe videbantur. Spurium et addititium verſum, qui in editionibus poſt decimum quintum legitur, eo abire juſſi, unde malum intulerat pedem. Verſum intercalarem, quem poſt trigeſimum nonum addunt editiones, MS. codicis auctoritate et Aldinae ſec. loco ablegavi. Denique verſus ſex, quos a Marco Muſuro in veteri codice repertos, Calliergus ſuo loco inſeruit, quem imitari debuiſſent qui ſubſecuti ſunt editores, ſuo loco reliqui, eorum doctum Cretenſem non magis auctorem eſſe ratus, quam totius reliqui Idyllii. Brunckius.

ΜΕΓΑΡΑ

ΓΥΝΗ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

Εἰδύλλιον δ'.

Μᾶτερ ἐμά, τίφθ' ὧδε φίλον κατὰ θυμὸν ἰάπτεις,
Ἐκπάγλως ἀχέοισα, τὸ πρὶν δέ τοι ἐκ ἔτ' ἔρευθος
Σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι; τί μοι τόσον ἠνίησαι;
Ἦ ῥ' ὅτι ἄλγεα πάσχει ἀπείριτα Φαίδιμος υἱὸς
Ἀνδρὸς ὑπ' ἐτιδαινοῖο, λέων ὡσεί θ' ὑπὸ νεβρῷ; 5
Ὤ μοι ἐγώ, τί νύ μ' ὧδε θεοὶ τόσον ἠτίμασαν
Ἀθάναται; τί νύ μ' ὧδε κακῇ γονέες τέκον αἴσῃ;
Δύσμορος, ἥτ' ἐπεὶ ἀνδρὸς ἀμύμονος ἐς λέχος ἦλθον,
Τὸν μὲν ἐγὼ τίεσκον ἴσον Φαέεσσιν ἐμοῖσιν,
Ἠδ' ἔτι νῦν σέβομαί τε καὶ αἰδέομαι κατὰ θυμόν. 10

ΜΕΓΑΡΑ] Hoc quoque carmen ſub *Moſchi* nomine ſcriptum invenerunt in Codd. *Michaël Sophianus*, *Henr. Stephanus*, et *Fulv. Urſinus* Quae praecedunt, ut *Moſchi* Poëmata, Ἔρως δραπέτης· Εὐρώπη· Ἐπιτάφιος Βίων· primum certe et tertium pervenuſta ſunt: Sed hoc carmen, Megarae contineus et Alcmenae querelas, cum iſtis, me iudice, non aequiparandum, neque eiusdem eſſe videtur Poëtae, ſed illius, cuius inter Theocritea legitur (XXV.) Ἡρακλῆς λεοντοφόνος.

vſ. 1. Μᾶτερ ἐμά] Ed. *Br.* Μῆτερ ἐμή. et vſ. 2. ἀχέουσα. Alios etiam Dorismos Idem hinc ſuſtulit.

vſ. 3. Ἐπὶ ῥεθέεσσι] Ut pronunciabantur iſta, ſcribuntur in Edd. Aldi, Iuntae, *F. Urſini*, ἐπιῤῥεθέεσσι.

vſ. 6. Ἐτίμασαν] Ed. *Br.* ἐτίμησαν.

vſ. 9. Ἴσοι φαέεσσιν] Codicis Caeſ. lectio, ἴσα φαέεσσιν elegantior *Brunckio* videtur.

Τῷ δ' ὅτις γένετ' ἄλλος ἀποτμότερος ζωόντων,
Οὐδὲ τόσων σφετέρῃσιν ἐγεύσατο φροντίσι κηδέων·
Σχέτλιος, ὃς τόξοισιν, ἃ οἱ πόρεν αὐτὸς Ἀπολλων,
Ἠέ τινος Κηρῶν, ἢ Ἐριννύος αἶνα βέλεμνα,
Παῖδας ἑοὺς κατέπεφνε, καὶ ἐκ φίλον εἵλετο θυμὸν, 15
Μαινομένος κατὰ οἶκον, ὁ δ' ἔμπλεος ἔσκε φόνοιο.
Τοὺς μὲν ἐγὼ δύστηνος ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Βαλλομένους ὑπὸ πατρί· (τὸ δ' ὀδ' ὄναρ ἤλυθεν ἄλλῳ)
Οὐδέ σφιν δυνάμην ἀδινὸν καλέουσιν ἀρῆξαι
Μητέρ' ἐήν· ἐπεὶ ἐγγὺς ἀνίκητον κακὸν ἦεν. 20
Ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
Ὀλλυμένοις, ὅς τ' αἰνὸς ὄφις, ἔτι νηπιάχοντας,
Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ κατ' αὐτὸς
Πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ πότνια μήτηρ·
Οὐδ' ἄρ' ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι· ἦ γάρ οἱ αὐτῇ 25
Ἄσσον ἴμεν μέγα τάρβος ἀμειλίκτοιο πελώρου·
Ὡς ἐγὼ αἰνοτόκεια, φίλον τέκος αἰάζουσα,

vſ. 12. Οὐδὲ τόσων] Sic ſcr. pro οὐδὲ τόσον. Ita Caeſ. cod. editiones Aldi, Calliergi et F. Urſini. Brunckius. — Οὐδὲ τόσον male irrepſerat in Edd. recentiores: alterum dant veteres Edd. et Codices. Valck.

vſ. 14 Κηρῶν] Ed. *Br.* Κηρῶν.

vſ. 15. Παῖδας ἑοὺς κατέπεφνε] In *Euripidis* dramate una cum liberis Megara ſagittis confixa iacuit: is *Steſichorum* in his videtur et *Panyaſin* ſequutus: in hoc carmine narratis fere concinunt *Plutarchus* et *Pauſanias*.

vſ. 20. Ἀνίκητον] Hic poni poterat pro ἀνίματον ex Cod. Vindobon.

vſ. 20. Idyllium hoc Ionica dialecto ſcriptum eſt. Doriſmi, qui in eo obtinent, librariis imputandi ſunt, quorum memoriae inhaerebant, e frequenti in ſuperioribus Bucolicorum poëmatiis uſu. Hic cod. Caeſar. recte ἀνίκητον. Hinc v. 47. ſcribendum ἄλλος μὴν — Brunckius.

vſ. 27. Φίλον τέκος] Φίλον γόνον edidit *Br.* forte quia in Cod. Vindob. legitur τόκον.

Μαινομένοισι πόδεσσι δόμον κάτα πολλὸν ἐφοίτων.
Ὡς γ' ὄφελον μετὰ παισὶν ἅμα θνήσκουσα καὶ αὐτὴ
Κεῖσθαι, φαρμακόεντα δι' ἥπατος ἰὸν ἔχουσα, 30
Ἄρτεμι θηλυτέρῃσι μέγα κρείουσα γυναιξί.
Τῷ χ' ἡμᾶς, κλαύσαντε, φίλαις ἐπὶ χερσὶ τοκῆες
Πολλοῖς σὺν κτερέεσσι πυρῆς ἐπέβησαν ὁμοίης·
Καί κεν ἕνα χρύσειον ἐς ὀστέα κρωσσὸν ἁπάντων
Λέξαντες κατέθαψαν ὅθι πρῶτον γενόμεσθα. 35
Νῦν δ' οἱ μὲν Θήβην ἱπποτρόφον ἐνναίουσιν,
Ἀονίᾳ πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀρόντες·
Αὐτὰρ ἐγὼ Τίρυνθα κατὰ κραναὴν πόλιν Ἥρας
Πολλοῖσιν δύστηνος ἰάπτομαι ἄλγεσιν ἦτορ
Αἰὲν ὁμῶς· δακρύων δὲ πάρεστί μοι ὧδ' ἱ' ἐρωή. 40
Ἀλλὰ πόσιν μὲν ὁρῶ παῦρον χρόνον ὀφθαλμοῖσιν
Οἴκῳ ἐν ἡμετέρῳ· πολέων γὰρ οἱ ἔργον ἑτοῖμον
Μόχθων, τὰς ἐπὶ γαῖαν ἀλώμενος ἠδὲ θάλασσαν
Μοχθίζει, πέτρης ὄγ' ἔχων νόον ἠὲ σιδήρου
Καρτερὸν ἐν στήθεσσι. σὺ δ' ἠύτε λείβεαι ὕδωρ, 45
Νύκτας τε κλαίουσα καὶ ἐκ Διὸς ἤματ' ὀπόσσα.

vſ. 27. Φίλον γόνον. Sic e conjectura ſcripſi. Editi τέκος, cod. Caeſ. τόκον, quae ſic in ſingulari poſita de pluribus natis non poſſunt intelligi. In vſ. 31. definit Caeſ. cod. Brunckius.

vſ. 28. Δόμον κατὰ πολλὸν] Domus *ampla* ſic recte dicta non debuerat eſſe viro *D.* ſuſpecta.

vſ. 31. Ἄρτεμι] *Ruhnkenio* verſus alienus ab hoc loco videtur, et aliunde temere huc immiſſus.

vſ. 36. Θήβην ἱπποτρόφον] Θήβην κουροτρόφον ex Cod. MS. in ſua Ed. praebet *F. Urſinus*: utrumque Thebis congruit.

vſ. 38. Ἥρας] In Ἥρης mutavit *Br.*

vſ. 40. Οὐδ' ἱ' ἱερή.] *Pierſono* ſcribendum potius videbatur, Δακρύων δὲ πάρεστί μοι οὐκὶ ἱερή· mihi quidem haec lectio placet prae vulgata. In initium huius vſ. Αἰὲν ὁμῶς cum *Br.* recepi, pro Αἰεὶ ὁμῶς.

vſ. 46. Ἤμαθ' ὀπόσσα] In Cod. MS. legi ἤματα πάντα, te-

Ἄλλος μὰν ἐκ ἄν τις ἐϋφρήναι με παραστὰς
Κηδεμόνων· ἐ γάρ σφε δόμων κατὰ τοῖχος ἐέργει.
Καὶ λίην πάντες γε πέρην πιτυώδεος Ἰσθμοῦ
Ναίεσ'· ἐδέ μοι ἐστὶ πρὸς ὄντινά κε βλέψασα, 50
Οἷα γυνὴ πανάποτμος, ἀναπτύξαιμι φίλον κῆρ,
Νόσφι γε δὴ Πυῤῥης συνομαίμονος· ἡ δὲ καὶ αὐτὴ
Ἀμφὶ πόσει σφετέρῳ πλέον ἄχθεται Ἰφικλῆϊ,
Σῷ υἱῷ. πάντων γὰρ ὀϊζυρώτατα τέκνα
Γείνασθαί σε θεῷ τε καὶ ἀνέρι θνητῷ ἔολπα. 55

Ὡς ἄρ' ἔφη. τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων
Κόλπον ἐς ἱμερόεντα κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο,
Μνησαμένη τέκνων τε καὶ ὧν μετέπειτα τοκήων.
Ὡς δ' αὔτως δακρύοισι παρήϊα λευκὰ ἐδίαινεν
Ἀλκμήνη· βαρὺ δ' ἤγε καὶ ἐκ θυμοῦ στεναχεσσα, 60
Μύθοισιν πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα,

Δαιμονίη παίδων, τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο
Πευκαλίμης; πῶς ἄμμ' ἐθέλεις ὀροθυνέμεν ἄμφω,
Κήδε' ἄλαστα λέγεσα; τὰ δ' ἐ νῦν πρῶτα κέκλαυται,
Οὐχ ἅλις οἷς ἐχόμεσθα τὸ δεύτατον αἰὲν ἐπ' ἦμαρ 65

statur *F. Ursinus*, v. 47. μὰν rectius scribitur a *Br.* quam in Edd. μὰν.

vs. 51. Οἷα γυνὴ πανάποτμος] Miram hic lectionem, nec dignam memoratu, commentus *Vulcanius*, in Graecis expressit et in Latinis.

Ibid. Ἀναπτύξαιμι] Ex Cod. Paris. oblatum a *Brunckio*, restitui pro vulgato ἀναψύξαιμι.

vs. 51. ἀναπτύξαιμι. Genuina lectio, quae codici Reg. debetur: superscripta glossa ἀνακαλύψαιμι. Idem v. 58. τεκίων. BRUNCK.

vs. 58. Μνησαμένη τέκνων] Cum in hoc vs. mentio fiat τοκήων· τεκίων, quod ex eodem Cod. fuit prolatum, suo loco reliqui.

vs. 61. Μύθοισιν πυκινοῖσι] Syllabam hic etiam praetulit *Br.* vi caesurae productam; ediditque adeo, Μύθοισι πυκινοῖσι.

vs. 65. Οὐχ ἅλις] Ex Cod. quoque Reg. scribi cum eodem poterit, Ἢ οὐχ ἅλις. — ut αἰὲν ἐπ' ἦμαρ scripsi, pro αἰεὶ ἐπ' ἦμαρ.

Γιγνομένοις; μάλα μέν γε Φιλοθρηνής κέ τις εἴη,
Ὅστις ἀριθμήσειεν ἐφ' ἡμετέροις ἀχέεσσι.
Θάρσει· ἀ τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεῦ αἴσης.
Καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω σε φίλον τέκος ἀτρύτοισιν
Ἄλγεσι μοχθίζουσαν· ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμὶ 70
Ἀσχαλάων, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐστί.
Καί σε μάλ' ἐκπάγλως ὀλοφύρομαι ἠδ' ἐλεαίρω,
Οὕνεκεν ἡμετέροιο λυγρῷ μετὰ δαίμονος ἔσχες,
Ὅς θ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται.
Ἴστω γὰρ Κύρη τε καὶ εὐέανος Δημήτηρ, 75
(Ἃς κε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσαι
Δυσμενέων) μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ἧσι
Στέργειν ἢ εἴπερ μοι ὑπ' ἐκ νηδυιόφιν ἦλθες,
Καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα·
Οὐδ' αὐτήν γέ νυ πάμπαν ἔολπά σε τῶτό γε λήθειν. 80
Τῷ μηδ' ἐξείπης τόγ', ἐμὸν θάλος, ὥς σευ ἀκηδέω,

vſ. 66. Φιλοθρηνής κέ τις εἴη] In Flor. legitur Ed. φιλοθρηνὴς κατ' ἂν εἴη. Parum iuvat formam poſuiſſe uſitatam φιλόθρηνος· cum haec et vicina obſcura ſint et videantur vitiata: neque enim ἀριθμῆσαι ἐφ' — ἀχέεσσι Graece dicitur, nec, ſi vel ita diceretur, ſenſus his commodus ineſſet.

vſ. 68. Θάρσει· οὐ τοιῆσδ' ἐ.] Corrigi forte poterit: Θάρσει γοῦν· τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης· *obdura itaque; tam triſte fatum divinitus fuimus ſortitae.*

vſ. 76. Ὀμόσσαι] Pro ἐμόσσῃ reponere non dubitavi, prout legendum recte monuit *Brunckius.*

vſ. 78. Suſpecta mihi eſt hujus verſus ſcriptura, ob ſecundam productam in νηδυόφιν, quae in νηδύος ſemper corripitur. Facile, et quidem diverſis modis refingi poteſt; ſed e melioribus libris vera lectio expectanda. Brunckius.

vſ. 78. Ὑπ' ἐκ νηδυιόφιν ἦλθες] Ut ſyllaba vocis vulgatae, νηδυόφιν, produci poſſet, forma fuit Homerica repoſita.

vſ. 81. Ἀκηδέω] Pro ἀκηδῶ editum fuit ex Ed. Flor. et ex Cod. Pariſ. Valck. — E Regio cod. ſcribendum ἀκηδέω. Brunckius.

Μηδ' εἴ κ' ἠϋκόμυ Νιόβης πυκινώτερα κλαίω.
Οὐθὲν γὰρ νεμεσητὸν ὑπὲρ τέκνυ γοάασθαι
Μητέρι δυσπαθέοντος· ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον,
Πρὶν καί πέρ τ' ἰδέειν μιν, ἐμῷ ὑπὸ ἤπατ' ἔχοισα, 85
Καί με πυλαρταο σχεδὸν ἤγαγεν Ἀϊδονῆος·
Ὧδέ ἑ δυστοκέασα κακὰς ὠδῖνας ἀνέτλαν.
Νῦν δέ μοι οἴχεται υἱὸς ἐπ' ἀλλοτρίης νέον ἆθλον
Ἐκτελέων· ἠδ' οἶδα δυσάμμορος εἴτε μιν αὖτις
Ἐνθάδε νοστήσανθ' ὑποδέξομαι, εἴτε καὶ ἠκί. 90
Ἠρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκὺν αἰνὸς ὄνειρος
Ὕπνον· δειμαίνω δὲ, παλίγκοτον ὄψιν ἰδοῦσα,
Ἐκπάγλως, μή μοί τι τέκνοις ἀποθύμιον ἔρδοι.
Εἵστατο γάρ μοι ἔχων μακέλην εὐεργέα χερσὶ
Παῖς ἐμὸς ἀμφοτέρῃσι βίῃ Ἡρακληείῃ. 95
Τῇ μεγαλην ἐλάχαινε (δεδεγμένος ὡς ἐπὶ μισθῷ)
Τάφρον, τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινος ἀγροῦ,
Γυμνὸς, ἄτερ χλαίνης τε καὶ εὐμίτροιο χιτῶνος.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ παντὸς ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργυ,
Καρτερὸν οἰνοπέδοιο πονεύμενος ἕρκος ἀλωῆς, 100
Ἤτοι ὁ λίστρον ἔμελλεν ἐπὶ πρῆχοντος ἐρείσας
Ἀυδήρυ καταδῦναι ἃ καὶ πάρος εἵματα ἕστο.
Ἐξαπίνης δ' ἀνέλαμψεν ὑπὲρ καπέτροιο βαθείης
Πῦρ ἄμοτον· περὶ δ' αὐτὸν ἀθέσφατος εἰλεῖτο φλόξ.
Αὐτὰρ ὅγ' αἰὲν ὄπισθε θοοῖς ἀνεχάζετο ποσσὶν, 105

vſ. 83 Οὐθὲν] Ex eadem oſt Ed. Flor. et *Urſini*. [Vulgo οὐδὲν.]

vſ. 85. Ἔχοισα] Ἔχουσα hic edidit *Br.*

vſ. 87. Ἀνέτλαν] Ed. *Br.* ἀνέτλην.

vſ. 88. Νῦν δέ μοι οἴχεται υἱὸς] Ex coniectura, quae dubio vacare videtur, pro οἶος, *ſolus*, edidi υἱὸς· mutata fere tantum pronuntiatione.

vſ. 93. Ἀποθύμιον ἔρδοι] Omnino non erat mutandum.

vſ. 98. Ἄτερ χλαίνης] Cum ex Codd. pro ἄπυ χ. praeberet Ed. *Urſini*, vocem quibusvis Poëtis uſitatam, ἄτερ, hanc reſtitui.

Ἐκφυγέειν μεμαὼς ὀλοὸν μένος Ἡφαίστοιο·
Αἰεὶ δὲ προπάροιθεν ἑῷ χροὸς, ἠΰτε γέῤῥον,
Νώμασκεν μακέλην· περὶ δ' ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα
Πάπταινεν, μὴ δή μιν ἐπιφλέξῃ δήϊον πῦρ.
Τῷ μὲν ἀοσσήσαι λελιημένος (ὥς μοι ἔϊκτο) 110
Ἰφικλέης μεγάθυμος, ἐπ' ἄδεϊ κάππεσ' ὀλισθὼν,
Πρίν γ' ἐλθεῖν· οὐδ' ὀρθὸς ἀναστῆναι δύνατ' αὖτις,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔκειτο, γέρων ὡσεί τ' ἀμενηνὸς,
Ὅν τε καὶ ἀκ ἐθέλοντα βιήσατο γῆρας ἀτερπὲς
Καππεσέειν· κεῖται δ' ὅγ' ἐπὶ χθονὸς ἔμπεδον αὐτῷ, 115
Εἰσόκε τις χειρός μιν ἀνειρύσῃ παριόντων,
Αἰδεσθεὶς ὄπιδα προτέρην πολιοῖο γενείου·
Ὡς ἐν γῇ λελίαστο σακέσπαλος Ἰφικλείης.
Αὐτὰρ ἐγὼ κλαίεσκον ἀμηχανέοντας ὁρῶσα
Παῖδας ἐμὸς, μέχρι δή μοι ἀπέσσυτο νήδυμος ὕπνος 120
Ὀφθαλμῶν, ἠὼς δὲ παραυτίκα φαίδιμος ἦλθε.
Τοῖα φίλη μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν
Παννύχίη· τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο,
Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκείνῳ
Θυμὸς ἐμὸς, μηδ' ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων. 125

vſ. 108. Νώμασκεν μακέλην] Hic quoque praetulit *Br.* Νώμασκε μακέλην· et vſ. ſeq Πάπταινε μὴ δή.

vſ. 116. Ἀνειρύσῃ παριόντων] Probabilis eſt coniectura *Brunckii* legentis, ἀνείρυσε τῶν παριόντων.

vſ. 116. ἀνειρύσῃ verſus modulo non congruit; nam penultima corripitur; proinde ſcribendum ἀνειρύσσῃ; aut, quod quidem mallem, εἰσόκε τις χειρὸς μιν ἀνείρυσε τῶν παριόντων. Articulus vix ſupprimi poteſt. BRUNCKIUS.

vſ. 117. Αἰδεσθεὶς ὄπιδα προτέρην] Hoc certe vitioſum eſt: an ſorte dederat ὄπιδα στυγερήν;

Εἰδύλλιον ε.

Τὰν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὤνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,
Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι μοι γᾶ
Ἐντὶ φίλα, ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα.
Ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθὸς, ἁ δὲ θάλασσα
Κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα μακρὰ μεμήνῃ, 5

vſ. 1. Τὰν ἅλα] Hos XIII verſus *Moſchi Stobaeus* nobis ſervavit; in cuius Floril. ed. *Gesn.* leguntur p. 377. *Grotii* p. 229. In Ed *Stob.* Veneta et in MS. Leid. adſcriptum, ἐκ τῶν Μόσχου βουκολικῶν.

vſ 2. Οὐδ' ἔτι μοι γᾶ] Sic primus, pro Μοῖσα, emendavit *Simeon Boſius* apud *Lambin.* ad *Lucret.* atque ita *Salmaſium* etiam correxiſſe *Grotius* monuit, qui coniecturam in hunc vſ. recepit, ab aliis etiam probatam. — Pro ἐρεθίζομαι hoc in vſ. Ed. *Br.* ἐρεθίσδομαι.

vſ. 3. Ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα] In hac lectione tanquam ſincera omnes acquieverunt: debetur illa *Henr. Stephano*, qui in ſuis *Stobaei* exemplaribus invenit, ποθέει δὲ πολὺ πλέονα μεγάλαν ἅλα. ſic exhibent iſta Ed. prima Veneta, et recentiores; Codex etiam Leid. niſi quod in hoc Cod. ſcribitur et in Ed. Trincav. ποθίη. ποθείη eſt in Cod. Mosquenſi. Προσάγειν, quo ſenſu hic eſſet capiendum, Graece non adhibetur: mihi ποθέει genuinum, et ſic iſta ſcripſiſſe videtur Poëta: Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι (οὐδ' ἔτι μοι γᾶ Ἐντὶ φίλα,) ποθέει δὲ πολὺ πλέον ἅδε γαλάναν· *deſiderat vero illa* (nempe ἁ φρὴν ἁ δειλὰ) *multo magis mitem undarum tranquillitatem.*

vſ. 4. Ὅταν ἀχήσῃ] Formam uſitatam, ἠχήσῃ, edidit *Grotius:* ἦχος certe in hoc ipſo carminis fragm. recte legitur; quamvis enim Dorienſes ἀχῆσαι ſcriberent, *ſonus* tamen ab ipſis ἦχος dicebatur.

vſ. 5. Ἐπαφρίζῃ] Ed. *Br.* ἐπαφρίσδῃ.

Ibid. Τὰ δὲ κύματα μακρὰ] Omiſſam in Edd. vocem μακρὰ vel ex Cod. MS. vel ex coniectura minime dubia recte *Grotius* inſeruit.

Ἐς χθόνα παπταίνω, καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἄλα φεύγω·
Γᾶ δέ μοι ἀσπαστὰ, τάχα δάσκιος εὔαδεν ὕλα,
Ἔνθα καὶ, ἢν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
Ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς,
Καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθῦς ἁ πλάνος ἄγρα. 10
Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλαταίνῳ βαθυφύλλῳ,
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν,
Ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἄγριον, οὐχὶ ταράσσει.

vſ. 6. Παπταίνω] Παπταίνων eſt in Ed. *Trincav.* Veneta, ſcribique verſus potuit: Ἐς χθόνα παπταίνων καὶ δένδρεα, τὰν ἄλα φεύγω.

vſ. 7. Γᾶ δέ μοι ἀσπαστὰ,] Pro vulgatis, Γᾶ δέ μοι ἁ πιστὰ, illud e Cod. Pariſ. *Grotius* recepit; cumque in alii eſſet Edd. τάχα δ' εὔσκιος, vel τάχα δ' ἄσκιος, recte dedit cum *Gesnero* τάχα δάσκιος· quod et in MS. eſt Leid. Sinceras lectiones edidit *Brunckius*, ut et Γᾶ δ' ἐμὶν, pro Γᾶ δέ μοι.

vſ. 10. Ἁ πλάνος ἄγρα] Pro ἁπλανῶς ἄγρα, ut eſt in Edd. *Stobaei*, et Leid. Cod. recte ſic emendavit *Henr. Stephanus*, quem alii ſunt ſequuti. — In vſ. 12. nollem nuper ἄχον eſſet editum.

vſ. 13. Ἁ τέρπει — τὸν ἄγριον] Sic recte partim *Henr. Steph.* partim *Grotius* correxere vulgata: ἀτερπῆ ψοφέοισα τὸν ἀγρεῖε (MS. ἀγρεῖκον) οὐχὶ ταράσσει. In Cod. *F. Urſinus* invenit ἃ τέρπει. ἄγρικον *Stephanus*, ἄγριον formam uſitatam dedit *Grotius*.

vſ. 13. τὸν ἄγρικον. Sic ſcripſi ex editione Io. Heskin, qui ipſe a Wintertono habuit; ſed genuina non eſt haec lectio, quam non agnoſcunt veteres editiones; ſcribendum credo: ἃ τέρπει ψοφέοισα, τὸ δ' ἄγριον οὐχὶ ταράσσει. BRUNCKIUS.

Εἰδύλλιον ε'.

Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
Σκιρτητᾶ Σατύρῳ, Σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδᾳ·
Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Ἀχῶ,
Καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ·
Ὅσσον γὰρ τήνων τις ἐμίσεε τὸν φιλέοντα, 5
Τόσσον ὁμῶς φιλέων ἐχθαίρετο, πάσχε δ' ἄποινα.
Ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις,
Στέργετε τὸς φιλέοντας, ἵν', ἢν φιλέητε, φιλῆσθε.

vſ. 1. Ἤρα Πὰν] Hi octo verſus in Floril. ſunt *Stob. Gesn.* p. 389. *Grot.* p. 247. In Ed. prima *Trincavelli* ut in Leid. Cod. adſcripta leguntur iſta: ἐκ τῶν Μόσχου τοῦ Σικελοῦ βουκολικῶν.

vſ. 2. Σάτυρος δ' ἐπεμαίνετο Λύδᾳ] Apud *Stobaeum* etiam a *Grotio* vulgata, ἐπεμήνατο Λύδαν ſic recte *H. Stephanus* emendavit, quem ſequuti ſunt alii. Ἠιθέωι Ἀπαλ. Θρ. Ζ.

vſ. 6. Πάσχε δ' ἄποινα] In Cod. Leid. legitur πάσχε δ' ἃ ποίει· quod et in ſuo *F.* invenit *Urſinus*, probavitque; cui alii adſtipulantur. Dat quidem illud ſenſum commodum, ſed eumdem praebet elegantior lectio vulgata: πάσχε δ' ἄποινα· *iuſtam poenam patiebatur.* ἄποινον aeque ac ἀμοιβὴ vox eſt μίση.

vſ. 7. Πᾶσιν τὰ διδ.] Πᾶσι τὰ διδ. Ed. *Br.*

Εἰδύλλιον ζ.

Ἀλφειὸς, μετὰ Πῖσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθοισαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
Ἔδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱρᾶν·
Καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὰν δὲ θαλάσσαν
Νέρθεν ὑποτροχάει, κἀ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ· 5
Ἁ δ' ἁ κῖδε θάλασσα διερχομένᾳ ποταμοῖο.
Κῶρος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
Καὶ ποταμὸν δια φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβῆν.

vſ. 1. Ἀλφειὸς] Ut *Moſchi* leguntur octo hi verſus in *Stob. Gesn.* p. 400. *Grot.* p. 265. Adſcriptum in Ed. Veneta *Trincavelli*: ἐκ τοῦ (τῶν) Μόσχου τοῦ Σικελικοῦ.

vſ 4. Καὶ βαθὺς ἐμβαίνει] Adſcriptnm a viro *D.* ὑββαίνει· placeret ſi reperiretur ὑββαίνειν· ut in uſu fuere Poëtarum ὑββάλλειν· καββάλλειν· et pauca ſimilia.

vſ. 7. Κῶρος δεινοθέτας] Hoc alibi nusquam fuit inventum et aptiſſimum foret Κῶρος ἀγανοθέτας, quod idem ille, cui ὑββαλλει placebat, voci adſcripſerat: dantur tamen in Socraticis, quibus vulgatum quis tueri poſſit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ

εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα.

Λαμπάδα θεὶς καὶ τόξα, βοηλάτιν εἵλετο ῥάβδον
Οὖλος ἔρως, πήχην δ' εἶχε κατωμαδίην·
Καὶ ζεύξας ταλαεργὸν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρων,
Ἔσπειρεν Δηῶς αὔλακα πυροφόρον.
Εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ, πλῆσον ἀρόρας, 5
Μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ] Velut *Moſchi* legitur in Anthol. IV, c. XII, 49. — In huius epigrammatis vſ. 5. vitioſum erat πρῆσον ἀρούρας· πλῆσον ἀρούρας eſt ex coniectura *Vulcanii:* βρέξον ἀρούρας, quod mihi placuit, in hunc vſ. *Brunck.* recepit. VALCK. — βρέξον ἀρούρας. Ex emendatione Cl. Valck. in Diatribe Euripidea p. 52. In Anthol. p. 469. legitur πρῆσον... Codices quidam πλῆσον, commodiori ſenſu; ſed verum eſt βρέξον. Notus Ὑέτιος Ζεύς, de quo videndi interpretes ad Tibullum I. 7. 26. BRUNCKIUS.

Leguntur in eadem Anthologia I, 3, c. LXXX, tanquam ἀδήλου, ſex verſus, duorum, ut puto, carminum fragmina, quorum tres primi mihi quidem *Moſchi* videntur; ſunt autem hi:

Αἴθε πατήρ μ' ἐδίδαξε δασύτριχα μῆλα νομεύειν·
Ὤσκεν, ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος, ἢ ὑπὸ πέτραις,
Συρίσδων καλάμοισιν ἐμὰς τέρπεσκον ἀνίας.

Verſus certe ſunt bucolici; quorum adeo ſimiles alii in Anthologia Graeca non reperientur.

THEOCRITI, BIONIS ET MOSCHI

CARMINA

GRAECE

CUM

COMMENTARIIS INTEGRIS

L. C. VALCKENARII,

R. F. P. BRUNCKII, I. TOUPII.

VOL. II.

BEROLINI

E LIBRARIA SCHOLAE REALIS.

MDCCCX.

L. C. VALCKENARII

ADNOTATIONES

IN

ADONIAZUSAS

THEOCRITI.

Sive in Eidyllium XV.

PRIMUM IN ARGUMENTUM POEMATIS.

ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ.] Eximii huius carminis, quo unico in ſuo genere, *Sophronis* Mimorum leniri quodammodo poteſt deſiderium, argumentum vetus, edito longe melius, atque altero tanto auctius, hoc Amicus meus *D. Ruhnkenius* invenit in membrana Biblioth. Regiae Pariſinae quod ante hos paucos dies mecum benevole communicavit:

Ἐπιγράφεται μὲν τὸ Εἰδύλλιον Συρακόσιαι, ἢ Ἀδωνίζουσαι. τὰ δὲ πράγματά εἰσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. ὑποτίθεται γάρ τινας, Συρακουσίας τὸ γένος, ἐπιδημησάσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ κατὰ τάξιν ἐπὶ + θέας ἐξιούσας τὴν προ-
5 πομπὴν τοῦ κοσμηθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης, τῆς Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου γυναικός. ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις καλουμένοις (ἑορτὴ δὲ ἦν ὑπὲρ τοῦ Ἀδώνιδος τελουμένη,) κοσμεῖν εἴδωλα τοῦ Ἀδώνιδος, καὶ μετὰ τῶν ὑπερεχουσῶν ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν.
10 Παραγίνεται ἡ Γοργὼ πρὸς Πραξινόην, καὶ παραλαβοῦσα αὐτὴν ἐξέρχονται ἐπὶ τὴν θέαν. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι + θεμένων τὰ Ἴσθμια. Ἔστι δὲ κεχωρισμένον τοῦ ποιητικοῦ προσώπου· καὶ γὰρ πρόσωπα εἰσάγονται, ἥ τε Γοργώ, καὶ ἡ Πραξινόη, καὶ ἡ p. 188. A.
15 τῆς Πραξινόης θεράπαινα· ἄρχεται δὲ Γοργώ. Προϊόντος δὲ τοῦ εἰδυλλίου καὶ ἕτερα πρόσωπα παρεισάγονται. Γραῦς τις, Ἀνήρ, καὶ Γυνὴ ἀοιδός.

In his iſta quidem prae ceteris ſunt digniſſima notatu, quia rem prorſus absque hoc Grammatico ignoraremus, quae leguntur v. 11. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι + θεμένων τὰ Ἴσθμια. vocem illic θεμένων una li-

tera interiecta corrigendam arbitror, ut legatur, θεωμένων τὰ Ἴσθμια. De hac vero correctione, et commoda *Sophronis* mentione antequam nonnulla dicam; dum vacat, alia quaedam ex hoc argumento iuvat tractasse. In v. 1. fateor ex vulgatis scribi potuisse Ἀδωνιάζεσαι, pro Ἀδωνί-
B. ζεσαι· sed formam aeque legitimam obscurare nolui. Ab Ἄδων, Ἄδωνος, nemo negabit Ἀδωνίζειν potuisse produci: in multis talibus duplex forma obtinuit: dicebant Γεφυρίζειν et Γεφυριάζειν· Μυκτηρίζειν et Μυκτηριάζειν· Δωρίζειν et Δωριάζειν· hoc attigit *H. Stephan.* in Append. Thes. de Dial. Att. p. 213. Ἀσκωλίζειν et Ἀσκωλιάζειν, *D. Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 37. In similibus hic illic a viris doctis fuit ad *Hesychium* erratum.

Recte deinde addit antiquus Grammaticus v. 2. — τὰ δὲ πρόγματά εἰσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. quae aberant etiam ab edito Argum. (conf. argumenta vulgata Eid. III, IV, VI, VIII, IX.) Idem significatur, ac si Comoediae praefigeretur, ἡ σκηνὴ τοῦ δράματός ἐστιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Alexandriae scena est figenda Dialogi qui inscribitur *Demosthenis*
C. ἐγκώμιον, inter opera *Luciani* T. III. p 490 – 527. quod et animadvertisse videtur *la Crozius.* Haec Theocritea acta fingi Alexandriae viri Docti dudum noverant; sed hoc quum *Carolus* forte *Boyleus* ignoraret, acerbis usus hac etiam in re verbis, ipsum docuit *R. Bentlejus* in Respons. ad illius obiect. quam Latinam fecit *Lennepius* Noster p. 247, atque adeo vere *Bentlejus* monuit, Syracosias hic colloqui mulieres; quae in Aegyptum Alexandriam commigrassent, et hic habitantes maritos quaeque suos, liberos haberent, et servos; ancillas certe; mulieres tamen fuisse de plebe, non primi ordinis matronas, quae aulam frequentaverint. — Faciunt Boyleanae istae matronae, ut *Antonii* recorder *Banierii*: *Dans les Mémoires de Littérature de l'Académie Roy. des I. et B. L.* T. III. p. 98. et seqq. Historia legitur cultus Adonidis, quam, Aca-
p. 190. A. demicorum more a *Banierio* scriptam eleganter, iucunde legas: in illa p. 102. 103. Theocritei enarratur Eidyllii argumentum; quod qui contulerit cum Theocriteis ea etiam complecti fatebitur, de quibus ne per somnium quidem Poeta noster cogitaverit, dum haec scribebat, Alexan-

driae degens, Regi Ptolemaeo Philadelpho, huiusque ſorori eidemque conſugi Arſinoae cariſſimus. Ponam eorum tantum initium:

> *Ce Poëte raconte, que les Dames de Syracuſe s'embarquoient, pour aller à Alexandrie, où cette ſolemnité les appelloit.*

Siccine vero Syracuſis in Aegyptum usque proficiſcebantur feſti diei celebrandi cauſa? An ergo domi colere diem Adonidis anniverſarium non poterant? Quae vir egregius enarrare ſe ſcribit ex *Theocrito*, πᾶ κεῖται παρὰ Θεοκρίτῳ; *Eamus* quidem inquiunt Syracoſiae Theocriteae B.
verſus aulam Regis Ptolemaei v. 22; ſed mane iſtius diei aedibus quaeque ſuis exierant, atque ante medium diem elapſum domum redeunt: vid. v. 7. 8. 9. 10. 43. 147. Alia quoque narrat velut ex Theocriteis *Banierius*, quae forſan ex meliore crederet exemplari Regio derivata, cui minus eſſet illorum nota res antiquas enarrandi conſuetudo: *un conte doit être embelli.*

Vere itaque Grammaticus in Argum. v. 2. ὑποτίθεται γάρ, inquit, τινὰς Συρακουσίας τὸ γένος ἐπιδημησάσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. In his melius forte iudicari poterit, quod praebet editum argumentum, παρεπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· mihi lectio Pariſina ſatisfacit; niſi quod ſcribi malim ἐπιδημούσας. haec deſcribentibus Monachis aeque noti C.
erant παρεπίδημοι ἐπὶ γῆς, ac ἐπιδημοῦντες ξένοι. — Sed ſequentia (ἐπὶ θέας ἐξιούσας τὴν προπομπὴν τοῦ κ. Ἀ.) leviter ſunt vitiata: ſcribere debuit, ni fallor, *Syracoſias iſtas*, ἐπιδημούσας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, κατὰ τάξιν ἐπὶ θέαν ἐξιούσας τῆς προπομπῆς τοῦ κοσμηθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης. Multo frequentius in talibus πομπῆς fit mentio, quam προπομπῆς· ſed in Adoniis Alexandrinis ſemidei ſignum ad mare usque piae cultrices *comitabantur*, προέπεμπον.

Melius etiam vulgato quod ſequitur ex Codice Pariſ. τοῦ κοσμηθέντος Ἀδώνιδος ὑπὸ Ἀρσινόης. vulgatur, τοῦ κομισθέντος. et paulo poſt iſta leguntur in Editionibus *Theocr.* ἔθος δὲ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τοῖς Ἀδωνίοις διακομίσαντας τὰ εἴδωλα τοῦ Ἀδώνιδος μετὰ τῶν νομιζομένων ἐπὶ τὴν θάλασσαν κομίζειν. totidem nobis literas easdemque nuper Oxo-

nii repraesentarunt; sunt vero sine dubio vitiata: quem
p. 191. enim, obsecro, nexum inter se habent, quidve significant
A. ista: ἔθος εἶχον — διακομίσαντας — κομίζειν; saltem διακομίσαντες requireretur. Quanto haec melius et verius narrantur in exemplari scripto: ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις καλουμένοις (ἑορτὴ κ. τ. λ.) κομιεῖν εἴδωλα τοῦ Ἀδώνιδος, καὶ μετὰ τῶν ὑπερεχουσῶν ἐπὶ τὴν θάλατταν κομίζειν. *exornare Adonidis simulacra, atque illa cum primariis matronis ad mare deducere.* Reginae quidem personam non dedecebat, in pompa gestare Adonidis quandam effigiem; sed Syracusiae *Theocriti* hac de re nihil habent, narrantes Arsinoën festum curasse, et pompam instruxisse magnifice: Gorgo, Βᾶμες, ait v. 23,

> Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· ἀκούω χρῆμα καλόν τι
> Κοσμῆν τὰν βασίλισσαν.

B. Cantrix Argîa, (sive aliud fuerit mulieri nomen datum) in hoc admirabili Poëmate v. 111. ad Venerem,

> Τὶν δέ, ait, χαριεσδομένα,
> Ἁ Βερενικείᾳ θυγάτηρ,
> Ἀρσινόᾳ πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν.

Cum huic solemni pompae Syracosiis nostris mulierculis, harum etiam ancillis (v. 66. 67.) interesse licuerit Alexandriae, morem fuisse suspicor, ut sequentis diei summo mane signum Adonidis a primariis duntaxat matronis ad mare deportaretur abluendum; sive a viris gestaretur, quos tamen αἱ ὑπερέχουσαι, atque adeo αἱ ἐν ὑπεροχῇ οὖσαι, sed hae solae, tanquam scilicet! piae prae ceteris cultrices,
C. dum profanum hinc vulgus arcebatur, fuerint comitatae. Hoc quidem constare videtur ex argumento, cuius antiquitatem nobis vel unum *Sophronis* nomen demonstraret. Quod paulo ante dicebam, fide nititur ore *Theocriti* canentis mulieris v. 132.

> Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω
> Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα.

profanos hinc abfuisse, mulieres etiam de plebe, proxima, ni fallor, monstrant: comis enim solutis et finibus relaxatis (*Catulli* Carm. LV, 11. *nudum sinum reducens*, est *Ho-*

meri Κόλπον ἀνιεμένη in Il. X, 80.) velut attonitae hinc illuc redituro Adonidi cantantes vale dicerent:

Λύσασαι δὲ κόμαν, καὶ, ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνεῖσαι
Στήθεσι φαινομένοις, λιγυρᾶς ἀρξώμεθ' ἀοιδᾶς.

Ne tamen aliae mulieres de plebe, quales erant hae Syracoſiae, Gorgo, Praxinoë, earumque ancillae, prorſus arcani eſſent ſacri expertes, ſummo mane ſequentis diei celebrandi, Sicyonia cantrix, tum recantandum a religioſis cultricibus, breve canticum ipſo ſolemnis pompae die iam decantabat v. 136 — 144. Haec ſi *Ioannes Iacobus Reiskius*, vir eruditiſſimus, ad animum retuliſſet, non, ut equidem arbitror, iſta minus meditata tam inclementer ſcripſiſſet in ſuis ad *Theocr.* Animadverſ. p. 246. p. 192. A.

[„In hoc verſu carmen incipit alterum, quod altero „die poſt canendum erat, cum Adonis ad mare deduce„batur, et rurſus ad Proſerpinam remittebatur.] Inepte „itaque et contra decorum haec a Poeta finguntur uno ſpi„ritu ab illa Argiva cantrice recitata." — Quam ſevere! B. Bona verba, quaeſo. — Dat illa, ſi Muſis placet, vir Clariſſ. „At ferenda haec ſunt in poeta, qui duo ingenii „ſui monumenta diverſis accommodata temporibus ſimul „effundere volebat. Multa in vetuſtate ſunt ad hunc mo„dum ἀνοικονόμητα." Multa certe ſunt in libris veterum ad modulum noſtra aetate philoſophantium, ſuarumque formularum cantorum, ἐκ οἰκονομηθέντα. — Qualia vero *Reiskius* permulta ſcripſit, etiam in *Theocritum*, cuius centum minimum verſus ſuis ille coniecturis violavit; qualia de *Danielis Heinſii* Lect. Theocr. (de quibus proſtat et *Hemſterhuſii* cogitate tamen ſcriptum iudicium, ſed ſenis, et *Hemſterhuſii; et duo cum faciunt idem, non eſt idem*:) ſi ante hos annos centum et ſeptuaginta, ſi modo vivente fuiſſent *D'Orvillio* publicata, vah! quibus eſſent illa modis ab ipſis iſtius aevi Germanis eruditis, vel a Vanni Criticae ſcriptore, excepta. *Nunc alii ſunt mores*, et *Conſueta vitia ferimus; non reprehendimus.* C.

Illud vero mirum videri poterit, Adoniorum illud feſtum, ut in aliis Graecis urbibus celebrabatur, Alexandriae celebratum nusquam legi, quantum recordor, apud

Athenaeum, aut etiam alios veteres; praeterquam in hoc luculento *Theocriti* carmine; cum tamen certo constet, a mulieribus illud Alexandrinis, quotannis probabiliter, in aetatem usque *Cyrilli* Archiepiscopi Alexandrini, atque adeo ad initium seculi quinti illic fuisse celebratum. *Cyrillus* enim Comment. in *Iesaiae* cap. XVIII, Opp. T. II. p. 275. ad intellectum, ut ille quidem arbitrabatur, Divini vatis, totam historiam nobis Veneris enarrat et Adonidis,
p. 193. A. ab ipsis huius orsus natalibus; tamen, quod vere scribit, Theologus eruditissimus p. 274. E. ἐκ ἕξω βαίνων τȣ̃ πρέποντος λόγοις Χριστιανικοῖς. festo tandem Adoniorum Alexandrino denarrato, καὶ, inquit p. 275. D. μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν ἐν τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱεροῖς ἐτελεῖτο τὸ παίγνιον τȣ̃το. quid fecerint mulieres superstitiosae paulo post his verbis enarrat *Cyrillus*. E. et p. 276. A. κεραμον λαβόντες, εἶτα γράφοντες ἐπιστολὴν πρὸς τὰς ἐν Βύβλῳ γυναῖκας ὡς ηὑρημένȣ τȣ̃ Ἀδώνιδος, καὶ ἐνθέντες τε αὐτὴν τῷ κεράμῳ, καὶ σφραγίσαντες, καθίεσαν εἰς τὴν θάλασσαν, τελετάς τινας ἐπ' αὐτῷ ποιησάμενοι, καὶ, ὥς γε (οἱ πέμποντες additur a *Procopio*) ἔφασκον, αὐτομάτως εἰς Βύβλον ἀπεκομίζετο κατὰ φανερὰς τȣ̃ ἔτȣς ἡμέρας, ὃν δὴ καὶ ἀποδεξάμεναι γυναῖκές τινες τῆς Ἀφροδίτης φίλαι, εἶτα λαβȣ̃σαι τὴν ἐπιστολὴν, ἐπαύοντο τȣ̃ θρηνεῖν, ὡς ηὑρημένȣ παρὰ τῆς Ἀφροδίτης τȣ̃ Ἀδώνιδος. *Cyrilli*, non nominati, eadem paene verba cum ad-
B. numeraſſet *Procopius Gazaeus* Commentar. in *Iesaiae* caput XVIII, p. 258. (Edit. *Curterii*, quae exstat operis egregii unica) ista tandem subdit: καὶ δὴ καὶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἡ τοιαύτη πανήγυρις ἤγετο μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, φησὶν ὁ τὴν ἐξήγησιν τὴν παρȣ̃σαν εἰπών. apud *Suidam* in v. Ἄδωνις, memoratur πένθος ἱερὸν — ἐν Λιβάνῳ τὸ ἐπ' Ἀδώνιδι, καὶ Βύβλῳ, vid. ibi *Kusterus*, *Luciani* locus T. III. p. 454. et *Th. Reinesius* de Deo Endovellico p. 336. Nihil horum, ubi de Adoniis agit, in Graecia sua Feriata protulit *Io. Meursius*.

Tandem in argumento, quod nunc primum prodiit, vere hoc carmen dicitur v. 13. κεχωρισμένον τȣ̃ ποιητικȣ̃ προσώπȣ, (in argum. Eid. VIII. legitur, ὁ λόγος ἐκ τȣ̃ ποιητικȣ̃ προσώπȣ,) atque adeo, δραματικὸν, sive μιμητικὸν, vel διὰ μιμήσεως ὅλον· nec mirum quum ex *Sophronis* il-

lud Mimo *Theocritus* expresserit: una tantum loquitur in C.
Eid. II. Simaetha; estque adeo et illud carmen ὅλως μιμητικόν· ex *Sophronis* etiam Mimo expressum: auctor argum. τὴν δὲ Θεστυλίδα ὁ Θεόκριτός ἀπειροκάλως ἐκ τῶν Σώφρονος μετήνεγκε μίμων. Mimi fortasse nomen (suis enim erant adpellationibus insigniti singuli) latet in voce Μηδικῶν, quam pro voce Μίμων in Regio Codice Parisiis legit *Ruhnkenius*. Dantur et inter *Theocriti* carmina plura μικτὰ ἐκ τῶ διηγηματικῶ καὶ τῶ ποιητικῶ· qualia sunt Epica quae dicuntur, *Homeri* ex. gr. Ilias, et Odyssea. Theocriti carmen διηγηματικὸν praebet Eidyllium septimum, inscriptum *Thalysia*, praebet et *Hylas*, sive XIII. Recte scriptor argumentorum haec monuit esse ὅλως διηγηματικά. Quid ista distent inter se, ex Rhetoribus, sed omnium optime intelligi poterit ex *Platone* de Republ. III. p. 392 — 394.

Semper iniquus *Platoni*, *Athenaeus* XI. p. 505. B. p.194. A.
sua, inquit, civitate *Homerum* eiecit *Plato*, καὶ τὴν μιμητικὴν ποίησιν, αὐτὸς τὰς διαλόγας μιμητικῶς γράψας, ὧν τῆς ἰδέας οὐδ' αὐτὸς εὑρετής ἐστι. Tum ex *Aristotelis* opere de Poetis, nobis perdito, haec habet, ἐκᾶν ἐδὲ ἐμμέτρας τὰς καλαμένας Σώφρονος μίμας μὴ φῶμεν εἶναι λόγας (scribendum omnino εἶναι διαλόγας,) καὶ μιμήσεις, ἢ τὰς Ἀλεξαμένα τοῦ Τηΐα, τὰς πρώτας γραφέντας τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων. Quod Sophistarum literatissimus maledictum esse existimabat, eam laudem *Plato* profecto ducebat sibi maximam; qui, praeter *Aristophanis* Comoedias, omnium studiosissime lectitabat Sophronis Mimos; sic ut illos in Dialogis, convenientia cuique personae tribuendo, velut exemplar optimum, exprimeret imitando: *Olympiodorus* in vita *Platonis*, quam ex schedis *Isaaci* Patris evulgavit *Mericus Casaubonus*, editam ad calcem *Diogenis Laërtii Wetsten*. T. II. p. 584. Ἔχαιρε δὲ πάνυ καὶ B.
Ἀριστοφάνει τῷ Κωμικῷ, καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. Quinimo fertur *Plato Sophronis* Mimographi libellos, primum, ut fit, a civibus neglectos, ex Sicilia detulisse Athenas, et suo exemplo commendasse popularibus; quotidie praeterea lectos sic semper probasse, ut, maior octuagenario, hos

libellos habuerit pulvinari ſuppoſitos, in quod obdormientis os illud divinum reclinabat: haec partim tradidit *Diogenes Laërt.* III, 18: partim tradiderunt alii, quorum teſtimonia conduxit *Menagius* ad *Diogen.* ubi quod legitur *Plato* ἠθοποιῆσαι πρὸς αὐτῶν, mutandum arbitror in πρὸς αὐτόν, nempe Σώφρονα· *mores hominum expreſſiſſe ad ex-*
C. *emplum Sophronis.*

Solus nobis ex veteribus narrat in Hiſtoricis ſuis *Ioannes Tzetzes*, a Dione Syracuſano, amico ſuo, emptos *Platonem* (praeter ſcripta *Philolai*, quod aliunde noveramus) *Sophronis* habuiſſe Mimos: de quibus tum vera quaedam addit, ne illa quidem indigna, quae hic a me proponantur: ſic itaque *Tzetzes* Hiſtor. Chil. X, vſ. 1001, et ſeqq.

εἶχεν — ὁ Πλάτων
Καὶ τὴν τοῦ Φιλολάου δὲ βίβλον Πυθαγορείου,
Ὁμοίως καὶ τοὺς Σώφρονος μίμους Συρακουσίου·
Ἐωνημένας πρὶν αὐτῷ ἐκ Δίωνος τοὺς βίβλους.

paucis tum interiectis, quae nihil huc faciunt, ſic pergit:

p. 195. A. Ἐκ μίμων δὲ τοῦ Σώφρονος μιμεῖται διαλόγους·
Ὁ Σώφρων ὅσα γράφει γὰρ εἰσὶ τῶν ἀμοιβαίων,
Ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, σύμπαντα κεκτημένα.

Absque iſto vaniſſimo ſed docto nugatore multa ignoraremus. Quae ſupra tradidi pleraque, etiam argumento novo deſtituti, fortaſſe cognoviſſemus; illud non item, quod hoc uno in loco narratur v. 11. Παρέπλασε δὲ τὸ ποιημάτιον ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θεωμένων τὰ Ἴσθμια. ſic, ut iam ante dicebam, p. 189. corrigendam iudico vocem ſcriptam θεμένων. Hanc primum coram *Ruhnkenio* meo legenti, Iſthmiorum, fateor, in mentem veniebant *curatores.* Apud *Livium* XXVII, c. 30. cum Argos veniſſet Rex Philippus, *curatio Heraeorum*, *Nemeorumque*, *ſuf-*
B. *fragiis populi ad eum delata dicitur*: ſed re expenſa conſtitit mihi planiſſime, *curare Olympia*, vel *Iſthmia*, vel *Nemea*, etc. uſu veterum conſtantiſſimo dici, non θέσθαι, ſed θεῖναι τὰ Ὀλύμπια, ſive τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα· ut primus loquutus eſt *Herodotus* II. c. 160. in ceteris

eadem obtinet ratio: perinde autem est, sive τιθέναι τὸν ἀγῶνα dicatur, seu διέπειν, sive ἄγειν, seu προστῆναι τᾷ ἀγῶνος· sive tandem ποιεῖν τὸν ἀγῶνα. ut enim scripsit *Xenophon* Ἑλλην. VIII, p. 373. 14. ποιεῖν τὰ Ὀλύμπια σὺν Πισάταις τοῖς πρώτοις φάσκεσι προστῆναι τᾷ ἱερᾷ· scripserunt *Aristophanes*, *Demosthenes*, ceterique. — cui huius etiam generis permulta sunt ad manum, nusquam inveni medium θέσθαι adhibitum in istis loquendi formulis. — Praeterea οἱ παρὰ Σώφρονα θεώμενοι sive αἱ π. Σ. θεώμεναι τὰ Ἴσθμια, aptissime respondent ταῖς παρὰ Θεοκρίτῳ τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀδώνια θεωμέναις Συρακκσίαις· quae ipsae C.
v. 23. Βᾶμες, aiunt,

Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν.

Proprium quinimo hac in re verbum erat Θεᾶσθαι. *Ammonius* Grammat. p. 69. Θεατὴς, inquit, ὁ ἀγώνων καὶ θεάτρων. — ἁμαρτάνεσιν οὖν οἱ λέγοντες, Θεωρῆσαί με δεῖ τὸν ἀγῶνα· δέον εἰπεῖν Θεάσασθαι. — Quique in mimo *Sophronis* ridendos se praebebant, Isthmiorum spectatores, fortasse fuere Syracusii; quos, origine Corinthios, ex Sicilia Corinthum commeasse, sive ad mercatum, seu Isthmia spectanda, nemo sane sciens antiquitatis dubitabit: Isthmiorum erant praefecti et moderatores Corinthii; qua de re *P. Wesselingius* egit ad *Diodor. Sic.* I. p. 710. De Isthmiorum celebritate notabile testimonium est *Livii* L. p. 196.
XXXIII, c. 32. *Isthmiorum statum ludicrum aderat; semper quidem et alias frequens, cum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis artium viriumque ac pernicitatis visuntur; tum quia propter opportunitatem loci per duo diversa maria (bimarem Corinthum* dixit *Horatius,) omnium Graecorum undique conventus erat: Plutarchus* in T. Q. Flaminino p. 374. eamdem, quam *Livius*, historiam pertractans, Ἰσθμίων, inquit, ἀγομένων, πλῆθος μὲν ἀνθρώπων ἐν τῷ σταδίῳ καθῆστο, τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα θεώμενον, etc. ubi potius scribendum θεωμένων. conf. p. 376. C. *Omnibus Graecis*, quos Isthmiorum fuisse scribit *Livius* θεωμένας, continebantur utique etiam οἱ Σικελιῶται, et Ἰταλιῶται· inter Sicilienses Graecos primarii erant Syracusani. Sed en testem diser-

B. tum *Dionem Chryſoſt.* Or. IX. p. 138. Sinopenſis illic narrat Diogenis admirator *Dion*, Corinthi degentem hunc humanae ſtultitiae irriſorem, Ἰσθμίων ὄντων, καταβῆναι εἰς τὸν Ἰσθμόν· ad illum audiendum non adeo Corinthios, ſed acceſſiſſe Ἰωνίας τε καὶ Ἰταλίας καὶ Σικελίας ὅσοι παρῆσαν, καὶ τῶν ἐκ Λιβύης τινὰς, καὶ τῶν ἐκ Θεσσαλίας, καὶ ἀπὸ Βορυσθένας.

Quod paulo ſuperius innuebam, dubitari poſſe, utrum οἱ παρὰ Σώφρονι θεώμενοι, an αἱ παρὰ Σώφρονι θεώμεναι τὰ Ἰσθμια hic deſignarentur; ea de re certiores nos facere potuiſſet Grammaticus addendo, quod ſaepius additur ad illius nomen apud veteres, παρὰ Σώφρονι, ἐν τοῖς Γυναικείοις, ſive ἐν τοῖς Ἀνδρείοις. Iam vero *ſpectantes* ſive ludos ſeu in theatris *feminae* dici debuere θεώμεναι. Θεάτρια, *ſpectatrix*, forſan uſitatum in ſermone quoti-
C. diano, noſtris in libris vix invenitur: quod *Pollux* II, 56. ait, καὶ Θεάτρια, καὶ Συνθεάτρια, ἡ παλαιὰ Κωμῳδία· nititur uno loco perditi dramatis *Ariſtophanis*, quem profert *Pollux* X, 67. quo *guttum Samium* quem vocat *Gellius* N. A. XVII, c. 8. λήκυθον, dicit aliquis ſe geſtaſſe, ut haberet συνθεάτριαν. et praebet multa talia in — τρια Comicus, quae nusquam alibi reperias.

Iſthmia autem ſpectantes atque inter ſe ſuo more garrientes mulieres, ſive Corinthiae, ſeu in locis vicinis natae, quas, ne ſuae civitatis matronas Syracoſias offenderet, in Mimis ſuis loquentes facere potuit *Sophron*, aptius utique convenirent cum *Theocriti* Syracoſiis Adonia agitantibus Alexandriae. Et profecto qui quidem eadem
p. 197. A. olim fuiſſe, quae nunc ſunt, hominum novimus ingenia, tanquam rem minime dubiam ſtatuemus, quibus in Graecia veteri ludis vel certaminibus intereſſe feminis licuerit, feminarum ingentem ſemper adfuiſſe turbam. Iam vero tales fuere ludi plerique; praeſertim Iſthmii. Nusquam, opinor, in Graecia Feminarum genus maiore fuit in honore, quam Corinthi; quo ſapienter ut in urbem maritimam, populoſam, atque ex mercatura opulentiſſimam, omnibus commodis mercatores et naucleros alliciebant Magiſtratus: de Corintho agens *Strabo* VIII, p. 581. A. *illic*, τό τε Ἀφροδίτης, ait, ἱερὸν οὕτω πλέσιον ὑπῆρξεν, ὥστε πλείας ἢ χιλίας ἱεροδούλας ἐκέκτητο ἑταίρας, ἃς ἀνετίθεσαν τῇ

θεῷ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες. καὶ διὰ ταύτας οὖν πολυωχλεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἐπλετίζετο. Possent ea de re permulta dici, quae in locis *Pauli* scribentis ad Corinthios illustrandis suum usum habere, ne viri quidem severiores et gravis- B.
sima tractantes negarent. Quid vetat in his observatis, quibus verba Poetae non onerantur, hac occasione in usum saltem quorundam de Batava iuventute, antiquitatis Graecae partem attigisse? In Graecia ludi omnium augustissimi fuere sine controversia Olympici: his ludis feminae excludebantur, sive virgines haberentur, seu viris essent nuptae: de muliebri genere lex unam tantum nominatim excipiebat, omnium inter Eléas honoratissimam, quae Cereris esset Χαμύνης dictae Sacerdos: haec, una mulierum, sedens ex adverso Hellanodicarum, Olympiorum erat spectatrix: reliquae mulieres per dies certaminibus sacratos aliorsum secedere erant coactae: adeo autem severa erat lex, ut de monte Typaeo iuberet praecipitari, si qua mulier deprehenderetur adesse certamini. Cum Nero C.
quinquennale certamen instituisset *primus omnium Romae, more Graeco triplex, — quod appellavit Neronia; — ad athletarum spectaculum invitavit et virgines Vestales: quia Olympia quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur*: scripsit ista *Suetonius* in Nerone c. XII, sed, ut equidem arbitror, unâ syllabâ minus, *Cereris Sacerdoti:* una enim tantum fuit uno eodemque tempore: non nescio dici posse, designatas sibi invicem in hoc munere sacerdotali succedentes; quales suo more Graeci vocant τὰς ἀεὶ οὔσας· et *Cicero*, quantum recordor, semel dixit *omnes Siciliae semper praetores*, in Verr. V, c. 12. qualia neque in Thesauros referunt, neque in Indices. — Sed illud mihi hic commentum non placeret: — virgines Vestales cum Cereris Sacerdotibus videbantur Monachis coniungendae; verum, ut dicebam, una tantum p. 198. A.
fuit. Qui Olympiaca, spectator ipse locorum, et legum et consuetudinum investigator accuratissimus, copiose nobis explicuit, et permulta solus ex antiquis, *Pausanias*, in Eliacis Poster. VI, p. 502. f. Ἔστιν, inquit, ἀπαντικρὺ τῶν Ἑλλανοδικῶν βωμὸς λίθου λευκοῦ. ἐπὶ τούτου καθεζομένη τοῦ βωμοῦ θεᾶται γυνὴ τὰ Ὀλύμπια, ἱέρεια Δήμητρος Χα-

μύνης, (nominis ratio mira datur et incredibilis p. 505. f. paulo melior p. 506. init.) τιμὴν ταύτην ἄλλοτε ἄλλη λαμβάνουσα παρὰ Ἠλείων. ſed quod proximum additur monſtri ſimile eſt: Παρθένους δὲ οὐκ εἴργουσι θεᾶσθαι. interpres: *Neque vero virginibus interdictum ludicra ſpectare.* Hanc notam, nemini huc usque ſuſpectam, ut hominis inſulſi, qui forte legerat Cereris ſacerdotes virgines fuiſſe, atque adeo indignam *Pauſania*, huius contextu
B. eiiciendam, paulo confidentius, quam meus mos eſt, edico: Cereris iſta Chamynae ſacerdos Eléa Γυνὴ dicitur a *Pauſania*, non παρθένος· ſed fac virginem fuiſſe, vel ſaltem ἐν παρθενικῇ σκευῇ, qualis Pythia fuit vates, grandis aetate, quippe minimum quinquagenaria; (Schol. in *Ariſtoph.* Plut. v. 9.) quid illam mirum fuiſſe ſacri certaminis ſpectatricem, ſi virgines illinc non arcebantur? Tandem quis Hellanodica cernere poterat, *virgines* eſſent, an, Pannychidis inſtar illius, *devirginatae?* Sed hac in re nemo, credo, mihi obloquetur. — Ubi Panthea *Luciani* T. II, p. 490. Ἀκούω, ἔφη, πολλῶν λεγόντων (εἰ δὲ ἀληθές, ὑμεῖς οἱ ἄνδρες ἴστε) μηδ' Ὀλυμπιάσιν ἐξεῖναι κ. τ. λ. hic ab erudito interprete poterat exſpectari nota, qualem dedit *Moyſ. Solanus*, docens feminis non licuiſſe his inter-
C. eſſe ludis: ſed et *Io. Iac. Wetſtenius* in libris noſtris Sacris locum invenit, ubi hac de re ageret, in Epiſt. ad Hebr. XII, 1. *Solanus*, in obſervatis ſuis accuratus, locum alium *Aeliani* deſignare etiam potuerat de Nat. An. XI, c. 8. — Quod vero ſupra dicebam de ſeveritate legis, ex monte mulieres praecipitantis, ſi qua forte detegeretur viris ſpectatoribus intermixta, conſtat ex eiusdem *Pauſaniae* Eliacis Prior. p. 359. Κατὰ τὴν ἐς Ὀλυμπίαν ὁδὸν — ἔστιν ὄρος ἐκ Σκιλλοῦντος ἐρχομένῳ πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον· ὀνομάζεται δὲ Τυπαῖον τὸ ὄρος. κατὰ τούτου τὰς Γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ὠθεῖν νόμος, ἢν φωραθῶσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι τὸν Ὀλυμπιακόν, ἢ καὶ ὅλως ἐν ταῖς ἀπειρημέναις σφίσιν ἡμέραις διαβᾶσαι τὸν Ἀλφειόν. Quod addit *Pauſaniias*, Θαῦμα μέν, οὐ ψευδὲς δέ, unam duntaxat, Καλλιπάτειραν, ab aliis dictam Φερενίκην, legem iſtam violaſſe:
p. 199. A. hiſtoriam tum narrat *Pauſanias*, in quam admittenda eſt egregia emendatio *Palmerii* in Exercit. p. 393. Erat ex

lege mulier virilis animi de rupe praecipitanda, vel derogandum legi: in illius itaque gratiam, et patris, et fratrum, et filii, qui omnes fronde Olympiaca capita habuerant velata, ſapienter Eléi iudices ſeveram legem migraverunt. Quinimo poſtea temporis primariae mulieres equarum celeritate victoriam in Olympicis ludis reportarunt: prima harum Ageſilai Regis Lacedaemoniorum ſoror fuit Cyniſca: *Plutarchus*, et alibi, et T. II. p. 222. B. de Ageſilao, cum videret indignabundus civium quosdam equis alendis ſuperbientes, ἔπεισε τὴν ἀδελφὴν Κυνίσκαν εἰς ἅρμα καθίσασαν Ὀλυμπίασιν ἀγωνίσασθαι: conf. *Pauſanias* p. 222. 243. 252. 406. Adſcribam ex Anthologia MS. ineditum, vetus certe, epigramma:

Ἀδέσποτον ἐπὶ τρισὶν ἑξαμέτροις πεντάμετρον. B.

Σπάρτας μὲν βασιλῆες ἐμοὶ πατέρες, καὶ ἀδελφοί,
Ἅρμασι δ' ὠκυπόδων ἵππων νικῶσα, Κυνίσκα
Εἰκόνα τάνδ' ἔστησα. μόναν δ' ἐμὲ φαμὶ γυναικῶν
Ἑλλάδος ἐκ πάσας τόνδε λαβεῖν στέφανον.

In his ἔστησα ſcripſi, pro ἔστησε, quod meus ſaltem praebet Cod. apographus.

Nunc denique redeo ad Argumentum τῶν Ἀδωνιαζουσῶν. Primum ponam verba quaedam *D. Heinſii*, quibus caput Lectionum Theocritearum XXI, et ſua orditur in hoc Eidyllium obſervata:

„Non eſt dubium quin Sophron in γυναικείοις mi-
„mum aliquem fecerit, quo lepide et quaſi digito ſub-
„lato muliebrem ἀδολεσχίαν et linguae intemperantiam C.
„perſecutus ſit: quem hoc idyllio noſter poëta ſit expri-
„mere conatus, in quo multa ſibi permittit, quae, quia
„e trivio ſunt, maximam venuſtatem habent: quando-
„quidem in eiusmodi ſaepe ne a ſoloeciſmis temperarit,
„ut ex veterum iudiciis ſcimus; omnia enim facillime
„excuſantur et placent διὰ τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμη-
„νείας, quam ex illo expreſſit noſter poëta.

Haec pauca *D. Heinſii* mihi videntur multis aliorum obſervatis longe anteponenda; eo autem et haec protuli, et ſaepe *Heinſio* patrocinatus ſum, quia iuvenis excellen-

tis in *Theocritum* merita deprimere contumeliosis verbis conatus *Reiskius* nimis frequenter nuperum editorem Anglum, *Thomam Wartonum*, habuit adstipulato-
p.200. A. rem. In istis divinum fuisse *Heinsium* demonstrat argumentum carminis a me publicatum. De *Sophrone* autem, reliquias Mimorum aliquando in unum collecturo perutile futurum observatu, hoc Scholion, veteris certe Grammatici, in Codice Coisliniano ad Carmen *Gregorii Nazianz. Montfauconius* Biblioth. p 120. se scribit invenisse: ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸν Συρακούσιον Σώφρονα μιμεῖται. οὗτος γὰρ, μόνος ποιητῶν, ῥυθμοῖς τισι καὶ κώλοις ἐχρήσατο, ποιητικῆς ἀναλογίας καταφρονήσας. Carmen illud *Gregorii* videatur, editum a *Iac. Tollio* in Insignibus Itiner. Ital. p. 96. 98. Ista nota, et carminis illud exemplum hac in re magni sunt momenti. Noverant ex *Suida* et ex *Hesychio Milesio* viri Docti, Mimos *Sophronis* scriptos καταλογάδην, *oratione soluta*; nihil praeterea, gravissimum hac in re testem citare potuissent *Aristotelem*; qui in opere
B. nobis perdito de Poëtis, apud *Athen.* XI. p. 505. C. *Sophronis* mimos ἐμμέτρους fuisse negat. Ex Scholio veteri discimus, quod tamen etiam ipsa fortasse quae supersunt Mimorum nos docere fragmenta potuissent, non metricam et certis pedibus velut incedentem, sed numerosam tamen, sive numeris suis illigatam, *Sophronis* fuisse orationem, atque adeo apte verbis ab illo comprehensas fuisse sententias, quas ille κώλοις, *incisis*, fuerit complexus: periodum scilicet conficiunt κῶλα et κόμματα. legatur initium libelli *Demetrii* περὶ Ἑρμ. §. 1 — 7. optime, me iudice, κῶλα dixit *Dionys. Halicarn* οἷς ἡ φύσις ἀξιοῖ διαιρεῖν τὸν λόγον· περὶ Συνθέσεως Ὀνομ. p. 42, 31. Quid distent μέτρον et ῥυθμὸς multi tradiderunt: mihi res commode videtur intelligi posse ex *Ciceronis* Oratore c. XX, c. LI. *Quinctil.* I. O. IX, c. IV, p. 843 — 847. et ex Pro-
C. legomenis in *Hephaestionis* libellum, primum ab *Hudsono*, tum a *Pearcio*, sub *Longini* nomine Editis, §. 5. et seqq. — Quod vero praeterea *Heinsius* tradit, ne soloecismis quidem abstinuisse *Sophronem*, cum mulieres suo faceret more colloquentes, ex uno didicerat *Etymologico Magno*; quo multa continentur ex antiquis in *Theocri-*

tum

tum Scholiis, *Amaranti*, *Munati*, *Theonis*, derivata; nonnulla etiam ex *Apollodori* in *Sophronis* mimos ducta commentariis, olim lectis ſub titulo τῶν περὶ Σώφρονος. de hoc opere quaedam a me notata ſunt ad Schol. in *Euripidis* Phoen. p. 593. — In *Etymologico M.* in v. Ὑγιὴς, — p. 774, 41. cum adnotaſſet Grammaticus τὸ παρὰ Σώφρονι Ὑγιώτερον κολοκύντας· πῶς, ait, οὐ λέγει (vel λέγεται ex MS.) ὑγιέστερον; ῥητέον ἂν ὅτι ἑκοντὶ ἥμαρτε, τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἐμμηνείας μιμησάμενος· ὃν τρόπον κἀκεῖ ἐσολοίκισε, Ταπωμένα τοῦ κιθῶνος· ἀντὶ τοῦ, ἐνέχυρα θείς. ὁ τόκος νιν ἀλφθερώκει. Φιλόξενος. De his bene meritus *Gisb. Koenius* partem ſaltem veri detexit in notis ad libell. *Gregorii* de Dial. p. 158. ultimum recte, ut arbitror, corrigens ex *Heſychio*, Ἀλιφθερώκει, *perdiderat:* plurale quidem verbum Τῶτε, *accipite*, velut *Sophronis* adnotatur in Schol. ad *Ariſtoph.* Acharn. vſ. 203. quod alteri favere videtur *Koenii* coniecturae: ſed a participio Ταπωμένα mutando idem *Heſychius* retrahere Noſtratem debuerat: verbi veteris, a *Sophocle*, *Euripide*, *Platone*, *Sophiſtis*, adhibiti, (quod reſtitui poterit in Epiſt. XIV. inter *Socraticas*, p. 35, 16. nam πεπτώμενοι legendum, *privati*, non ἡττώμενοι·) formam Doricam *Sophronis* dat *Heſych.* ubi Ταπωμένα redditur στερομένη. De illa vero, quae *pignori tunicam poſuerat*, dici potuit ab interprete, ἐνέχυρα θεῖσα, et a muliere ſoloeciſſante *Sophronis*: Ταπωμένα τῶ κιθῶνος ὁ τόκος νιν ἀλιφθερώκει· *Tunica privatam uſura peſſumdederat.* In hunc cenſum referri poſſe videntur et illa *Sophronis* apud *Etymolog.* p. 197, 54. Σώφρων καὶ Ἐπίχαρμος τὸ βαπτίζω βιπτάζω λέγασιν. quae mulierum vitioſa fuiſſe videtur pronunciatio: male ſcribitur apud Eumdem in v. Μακάρτατος p. 573, 53. μεμπτέον Σώφρονα λέγοντα Φωρωτάτας — καπήλας. imo vero venuſte mulier illic *furaciſſimos* ſic dicere potuit *caupones*: nec mulierem Syracoſiam dedecebat *Herculem* Ἥρυκλον dixiſſe. *Heſychius:* Ἡρυκαλον, τὸν Ἡρακλέα Σώφρων ὑποκοριστικῶς. + Ἥρυλλον, τὸν Ἡρακλέα, ὑποκοριστικῶς. ultima vox, ad Ἥρυλλον pertinens, (noti ſunt Βάθυλλος, Θράσυλλος, etc.) ad alteram, ni fallor, male fuit relata, me iudice ſcribendam literà minus: una litera ſuo more pronunciata, *Her-*

p. 201. A.

B.

C

cules a muliere dici potuit Ἥρυκλος· Messenii Θέοκλος, et Μάντικλος memorabuntur *Patroclis* occasione ad Adoniaz. vs. 140. — Rectissime autem apud *Etymol.* in v. Ὑγιής, ἑκοντὶ dicitur *Sophron* in talibus ἁμαρτῶν· et cur tandem? ut ibidem additur — τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας μιμηταμένος. Haec ut intelligantur, adhuc pauca quaedam dicenda sunt. *Ciceronis* insignis est locus III. de Orat. c. XII, *cum audio socrum meam* (loquitur ibi L. Crassus. Conf. *Ciceron.* Brut. c. 55.) *Laeliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod, multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quae prima didicerunt) eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire: sono ipso vocis ita recto et simplici est, ut nihil ostentationis aut imitationis afferre videatur:* hoc etiam vocari potuit, vel ab *Amaranto*, vel ab alio veteri Grammatico, τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας· *Ciceronis* vero observatio de Cornelia Gracchorum matre, de Laelia C. F. primi ordinis matronis Romanis, est sane verissima: sed in suis mimis *Sophron* vilioris conditionis plerasque atque e plebe mulieres Graeculas fecerat loquentes: in his, ex mente Critici veteris, τὸ ἄκακον τῆς γυναικείας ἑρμηνείας est *rustica* quaedam muliebris pronunciationis et antiquatae *simplicitas*: vocem ἄκακον, ne alia congeram, sic fere adhibet *Hermogenes* II, p. 389. ἐννοίας tractans ἀφελεῖς καὶ καθαρὰς — καὶ γυναίων — καὶ γεωργῶν ἀγροίκων, καὶ, ὡς ἀληθὲς εἰπεῖν, ἀφελῶν τε καὶ ἀκάκων ἀνθρώπων. huiusmodi χάριτες fuerunt αἱ εὐτελεῖς καὶ κωμικώτεραι, σκώμμασιν ἐοικυῖαι, οἷον αἱ Ἀριστοφάνες χάριτες καὶ Σώφρονος· ut scribit *Demetrius* περὶ Ἑρμ. §. 128. in talibus ab eloquentiae magistris et Criticis frequentantur voces ἑρμηνεία et ἀπαγγελία· quarum haec bis terve restitui debuerat *Thomae Magistro* p. 365.

p. 202. A.

B.

Non alibi lecta, permultâ fuerunt, ut in Graecis Syracosii *Sophronis*, sic in Latinis Equitis Romani *Laberii* Mimis. Exiguos hos duo libellos nos quidem centeni his in oris incorruptae Antiquitatis amatores integris undecim Sancti *Augustini*, (cuius tamen opus eruditum *de Civitate Dei* perditum nollemus,) voluminibus perlibenter redimeremus. Quod si forte exiguus hic meus libellus in

manus inciderit laboriosi cuiusdam et eruditi, quales certe sunt inter istos Theologos plures, ex Benedictinorum S. Mauri sodalitio; haec ab admiratore *Calvini*, viri etiam Latine et Graece perdocti, dici minus moleste feret, ubi legerit, Romana maiestate dignum, *Laberii* Prologum in C.
Macrobii Saturn. II, c. VII; et praeterea cognoverit, Sanctos Patres, quos vocant, a me quoque fieri suo merito permagni; quorum quidem scripta otiosus in Muséo Frisiaco, etiam nunc Sapientum et Doctorum hominum receptaculo, diligenter legerim: sed, quod *Sophronis* Mimorum amator dicere solebat *Plato*, τὰ νῦν λεγόμεν' ἐστὶν εὐχαί.

Nihil, opinor, vetat, quo minus in his observatis, a poëmate *Theocriti* semotis, ingenio interdum morem geram. Ut vero tandem ad rem redeam, schedulam ad me misit *Ruhnkenius* meus, cui haec inessent:

„Sophroneis Tuis forte hoc quoque addi poterit: „Lexicon Sangerm. MS. Ἀποκηδήσαντες, ἀντὶ τοῦ ἀπο„κακήσαντες. Ὅμηρος. παρὰ δὲ Σώφρονι Ἀποκαδεῖ, ἀντὶ „τοῦ ἀσθενεῖ, κεῖται. Hinc mutilus Suidae locus ita red- p. 203.
„integrandus: Ἀποκηδήσαντες. Ὅμηρος, ἀποκακήσαντες, A.
„ἀφροντιστήσαντες. παρὰ δὲ Σώφρονι Ἀποκαδεῖ, ἀντὶ τοῦ „ἀσθενεῖ, κεῖται. Vide an his etiam uti possis ex eodem „Lex. Sangerm. MS. Ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι. Ἕρμιππος Ἀθηνᾶς γοναῖς· ἀπὸ τῆς τραπέζης τουτονὶ τὸν στη„μονα ἄττεσθ' ἐπινοῶν. Suidas in Ἄισμα. — σημαίνει „δὲ καὶ τὸ δίασμα. καὶ Σώφρων.

Utrumque placebit novorum hoc in genere cupidis. *Homeri* Ἀποκηδήσαντε, in Il. ψ, 413. ab antiquis etiam interpretibus vexatum, verba docebunt *Eustathii*, quae *Barnesius* adscripsit: in Schol. Ἀποκηδήσαντες redditur, ἀφροντιστήσαντες, ἀμελήσαντες. reddi etiam potest ἀποκακήσαντες, vel ἀποκνήσαντες. Κῆδος est μέριμνα, *sollicitudo, quae animum divorsum trahit*, φρόντις· ὁ ἄφροντις, vel ἀφρόντιστος, et ἀμέριμνος, ab *Homero* saepe vocatur B.
Ἀκηδής· verbum hinc Ἀκηδεῖν, ab *Aeschylo* iam adhibitum in Próm. v. 507. de *Homero* dubitari potest, utrum scripserit in Il. ψ, 70. ἀκηδεῖς, vel ἀκήδεις, an, quod ego genuinum arbitror, ἀκηδής,

Εὔδεις, αὐτὰρ ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ,
Οὐ μέν μευ ζώοντος ἀκηδής, ἀλλὰ θανόντος,

ultima commode pendent ab ἔπλευ, Ἀχιλλεῦ, ex verſu praecedente: Ἀκηδὴς frequentatur ab *Homero*; Ἀκηδεῖν nusquam alibi locorum apud *Homerum*, ut puto, reperietur.

Pro Ἀκηδεῖν, vel ἀφροντιστεῖν, dicebatur et Ἀποκηδεῖν· ſed hoc eximie ſignificabat *ceſſare a cura*, παύεσθαι κηδόμενον. Ἀπεκήδαν ab Atticiſta Grammatico redderetur
C. ἐπαυόμην κηδόμενος· vel τοῦ κήδας ἔληγον. vid. modo *Suidas* in Ἀπαλγήσαντας· in Ἀπεπόνων· Ἀποκεκραιπαλισμένος· Ἀπόμηνίσας· Ἀποπρεσβεύει· Ἀποσπεδάζων. — Eadem vis eſt praepoſitionis in eiusdem originis, ſed diverſiſſimae ſignificationis, verbo apud *Herodotum* L. IX, c. 31. ὡς ἀπεκήδευσαν Μασίστιον. *Vallae*, vel alterius, optimum eſt in Latinis, *poſteaquam Maſiſtium eluxerunt*. *Livius* L. XXXIV, c. VII, §. 10. *Quid aliud in luctu, quam purpuram atque aurum deponunt? quid, cum eluxerunt*, (ὅτε ἀπεκήδευσαν) *ſumunt?* De Polo, nobili hiſtrione Tragico, *Gellius* VII, N. A. c. V. *unice*, inquit, *amatum filium morte amiſit. Eum luctum cum ſatis viſus eſt eluxiſſe, rediit ad quaeſtum artis.* Ad *Herodoti* Ἀπεκήδευσαν a me notata P. 706, 51. et ad Eiusdem Ἀποτύψωνται, P. 122, 84. qui quidem legerit, huius generis, quae ſunt in mundo, plura non requiret.

p. 204. A. Pro ἀφροντιστεῖν non adhibuiſſet, opinor, *Sophron* Ἀποκηδεῖν· ſed potius Ἀσάλλειν. *Heſychius*: Ἀσάλλειν, ἀφροντιστεῖν. Σάλα γὰρ ἡ φροντίς. dici potuerat, Σάλη γὰρ, καὶ Σάλος, ἡ φροντίς. hinc Doricum Ἀσαλὴς, hinc Ἀσαλέα, uſurpatum a *Sophrone*: Auctor *Etymologici M.* p. 151, 47. Ἀσαλὴς, ἡ ἄφροντις, (*nullis curarum fluctibus iactata*,) ἡ μηδενὸς φροντίζουσα· Σάλη γὰρ ἡ φροντίς. † Ἀσαλὴς, (Ex duobus diverſis Lexicis Etymologicon illud conflatum monſtrat Cod. Leidenſis; ſed iam ante coaluerant, quam Codex D'Orvillianus, ſatis antiquus, ſcriberetur) ὁ ἀμέριμνος· Αἰσχύλος, Ἀσαλὴς μανία. οὕτως Ἡρωδιανὸς, καὶ Ἀπολλόδωρος. (*Apollodorus* ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος) καὶ γὰρ Ἀσαλέαν ὁ Σώφρων τὴν ἀμεριμνίαν καὶ

ἀλογιστίαν καλεῖ. *Sophron* Ἀσαλέαν dixit, quam vocem alii Graeci, ſi his fuiſſet in uſu, aliter pronunciaſſent; Ionès ἀσαλέην, Attici certe Poëtae ἀσαλιαν, vulgo Graeci ἀσάλειαν. Apud *Heſychium*, cuius hinc et alia poterunt B.
emendari, pro Ἀσάλγαν, ſcribendum arbitror *Sophronis* Ἀσαλέαν. lectu digna dedit *H. Stephanus* Th. L. G. III, p. 737. 738. et in Indice Theſ. in Ζάλη, et Ζάλος.

Iſta quidem ſatis plana ſunt; ſed minus liquet, qua ratione Ἀποκαδεῖ a *Sophrone* poni potuerit pro ἀσθενεῖ. adhiberi poterit ad ἀσθενεῖν *Raphelius* in *S. Lucae* A. A. XX, 35. Incertas hic nolo coniecturas periclitari, et hoc inter δυσνόητα refero *Sophronis*, Grammaticis etiam antiquis tenebricoſa. Ne κῆδος quidem, vel κήδεσθαι, a *Theocrito* aliisque κᾶδος et κάδεσθαι dicerentur: ſed neque talia *Sophronis* Syracoſias mulierculas dedecebant: in uno tantum Pythagorei *Hipparchi* loco κάδεα memini me legere apud *Stobaeum* Floril. p. 574, 47. οὐδὲ γὰρ θέμις ἄνθρωπον ὄντα τῶν ἀλλοτρίων συμπτώματα εὔφορα νομίζειν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴδια κάδεα ἰδόντας, ὅτι πολλαὶ κῆρες κατὰ πάντα τὸν C.
βίον πεφύκαντι. ſed illinc κάδεα prorſus mihi dudum aliena viſa ſunt; et corrigendum credidi: ἀλλὰ καὶ τὰ ἰδιά κα δεῖ, ἰδόντα, ὅτι etc. id eſt ἀλλά γε καὶ τὰ ἴδια δεῖ συμπτώματα εὔφορα νομίζειν. Doricum illud κα, frequens in Doricis Italicae Philoſophiae reliquiis, ſaepe locis vitiandis occaſionem praebuit. Κᾶδος dicere potuit *Sophron*, ut dixit certe, Aeolice ſcribens, *Alcman*: *Apollonius Alexandrinus* in libello περὶ Ἀντωνυμίας, ſectione περὶ τῆς ΟΣ, Ἀλκμὰν συνεχῶς (hoc mutari nolim in συχνῶς) Αἰολίζων φησὶν, — τὰ ἐὰ κάδεα. Saepe difficulter conſtitui poteſt, η ſcripſerint, an α. exemplo ſit in vita quotidiana vox uſitatiſſima, ſed in libris noſtris rarior, *pultem* ſignificans: primum dicta Ἀθέρα, Ionice ſcribebatur et Attice Ἀθάρη, Dorice Ἀθάρα, a *Sophrone* tamen, ut ab *Hellanico*, qui ſcripſit Ionice, ſcripta dicitur Ἀθήρα. haec ex li- p.205.
bellis mihi conſtiterunt ineditis penes *Ruhnkenium* A.
meum; qui haec ex *Phrynichi Sophiſt. Adpar. MS.* et ex *Gloſſar. Sangerm. MS.* mecum communicavit: iſta primum ſunt *Phrynichi*:

„Ἀθάρη διαφέρει ἔτνους, ὅτι μὲν κυάμων ἢ πίσων ἢ „ἁπλῶς κατερείκτων τινῶν, ἡ δὲ ἀθάρα, πυρῶν ἑψημένων „καὶ διακεχυμένων ὥσπερ ἔτνος. Haec contracta ſunt ex „multo integrioribus Phrynichi, quae conſervavit Lex. „Sang. MS. Ἀθάρη καὶ αθέρα καὶ ἀθηρα καὶ ἀθάρα τὸ αὐτὸ „φασίν. ἔστι δὲ ἀθάρη, ἡ ἐκ πυρῶν ἑψημένων καὶ διακεχυ„μένων ὥσπερ ἔτνος τροφή. διαφέρει δὲ τᾶ ἔτνας, ὅτι τὸ „μὲν ἔτνος ἐκ κυάμων ἢ πισῶν ἢ ἁπλῶς κατερικτῶν τινῶν „οὖν (L. ὠντινωνοῦν) σκευάζεται. ἡ δὲ ἀθάρη, ὥσπερ εἴρη„ται, πυρῶν ἢ ἑψημένων καὶ διακεχυμένων. ἔστι δὲ ἡ χρῆ-
B. „σις τῆς λέξεως πολλὴ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, κατὰ μὲν τὸ „τέλος διὰ τοῦ η προκγομένη, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ „α, κατὰ δὲ πολλὰς ἄλλας κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ α, „κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ η. οὕτως δὲ καὶ Ἑλλάνικος καὶ „Σώφρων ἐχρήσατο. ἐκτείνασι δὲ καὶ τὸ α, ὡς ἀπὸ τοῦ „ἀθήρα (f. leg. Ἀθῆρ) τῆς λέξεως μεταληφθείσης. Ἴσως „δὲ, φασὶν, ἀθέρα ἦν ἡ λέξις διὰ τοῦ ε, ἡ ἐκ τῶν ἀθέρων „κεκαθαρμένη τροφὴ, καὶ ἑψημένη ἐκ τῶν πυρῶν. ὕστερον „δὲ τὸ ε εἰς τὸ α εξετάθη, ὥσπερ καὶ τὸ ἔθος εἰς ἦθος. τὸ „μέντοι ἀθέρα εἰς τὸ ἀθάρα Δωρικῶς γέγονεν. οἱ δὲ ἀθάρην „λέγοντες Ἰακῶς φασί. καὶ γὰρ καὶ ἄλλως ἐχρήσαντο Ἰα„κοῖς διὰ τὴν ἄνωθεν συγγένειαν, ὥστε τὸ ἀθάρη παρὰ τοῖς „Ἀττικοῖς λεγόμενον τὴν μὲν παραλήγασαν κατὰ τὴν Δώ„ριον, τὴν δὲ κατάληξιν κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἔσχεν διάλεκτον. „Ἀριστοφάνης Πλούτῳ, (v. 673.)

Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη.

C. „Κράτης Ἥρωσιν,

Οὐκοῦν ἔτνας χρὴ δεῦρο τρυβλίον φέρειν,
Καὶ τῆς ἀθάρης.

A *Theocrito* aliena Dorica tractaturis, cum alibi non reperiantur, hinc repeti poterunt.

Quod vulgo Graeci dicebant Διάζεσθαι, et Δίασμα, *ordiri telam*, et *orſum*, ut redduntur iſta in Gloſſ. *Philoxeni*, et *Cyrilli*, *Sophron* Ἄττεσθαι dixiſſe videtur, vel Ἄσμα, vel, quod mihi fit veriſimilius, Διάττεσθαι. *Suidas*: Ἄσμα — σημαίνει καὶ τὸ δίασμα. καὶ Σώφρων. καὶ Ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς Διάζεσθαι. μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ

ἐγένετο. dederat forte Grammaticus antiquior: καὶ Σώφρων Διάττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι. praeterea formam memorasse videtur Διάσσεσθαι, unde illud fluxerit Doricum Διάττεσθαι· vid. Epist. ad *M. Röverum*, *Ursini* libello praefixa p. 76. illinc Doricum est apud *Hesych.* Δίκγμα errorem suum Editor, a *T. H.*, ut centies, monitus correxit ad ista: Ἐνεδιάσθη, εἰσενεπλάκη. Illinc Δήττετο, pro Διήντετο, apud *Hesych.* recte emendatum a *Kustero.* Vulgo Graecis in usu fuit Διάζεσθαι. hoc a Comicis iam adhibitum liquet ex *Pollucis* VII, 33. Incerti versum, nisi tamen, quod suspicor, is ipse sit e Pandora *Nicophontis*, Comici versum apud *Poll.* scribendum puto levissima mutatione: p.206. A.

Ὁ μὲν ἐξυφαίνεθ' ἱστὸν, ὁ δ' ἐδιάζετο.

vel potius, ὁ δὲ διάζετο. *Alter quidem telam detexebat; alter vero exordiebatur.* Vulgatur Ὁ δ' εξυφαινεθ' ἱστος. ἱστὸς placuit *H. Stephano;* est qui ἱστὸν corrigat; est qui διέζετο. sed rectum est διάζετο. Διάζετο, ante Διαθεει, posuerat procul dubio *Hesych.* ut, in Διήντετο, legitur Διάζετο ἱστόν. Bene etiam se habet ἐξυφαίνεθ' ἱστόν· quod mutandum non est in ἐξύφαινεν. Ponam tantum ex Eclogis *Stobaei Cant.* p. 12. A. *Sophoclis* verba ex Phaedrae choro: Περιώσι' ἄφυκτά τε μηδεα Παντοδαπᾶν βελῶν ἀδαμαντίναις Τφαίνεται κερκίσιν αἶσα. nunc, ne litera quidem mutata, clara *Sophoclis* est sententia, quam velut obscuram praetermisisse suspicor *Grotium*: dedit *Canter.* ex Cod. περιώσια φυκτά τε, et παντοδαπὰν βελάν. vid. *Moeris Att.* in Ὑφηναμένη· et *Piersonus.* — Tandem Ἀττεσθαι *Hermippum* Comicum dixisse in Ἀθηνᾶς Γοναῖς, ex *Glossario* discimus *MS.* quo verba nobis Comici suis numeris servata sunt: B. C.

Ἀπὸ τῆς τραπέζης τατονὶ τὸν στήμονα
Ἄττεσθ' ἐπινοῶ.

ultimum hoc praefero scriptae lectioni ἐπινοῶν. Proprio dictum illud, an figurato sensu capiendum sit, latet. In his scribendis occupatum mittit ad me amicus Clariss. *D. Ruhnkenius*, Parisiis ex Regio Codice descriptos, *Apol-*

lonii Alexandrini duo libellos optimarum rerum plenos. Alterum περὶ Ἀντωνυμίας aperienti mihi quae mox in oculos incurrebant, nova prorsus, Dignissimo Possessore minime nolente, hoc in loco deponam: Μόνη διπλασιάζεται παρὰ Δωριεῦσιν ἡ Αὐτὸς, ἐν τῷ Αὔταυτος.

Αἱ δὲ μὴ ἐγὼν μάθον ταῖς αὐταύταις χερσίν.
Σώφρων.

p. 207. A. Intelligerem equidem sic scripta: *αἱ δὲ μὴ ἐγὼν ἔματτον τ. α. χ. nisi vero ego subegissem his ipsis manibus.* Doriensibus tribuere non debebat, quod unius legerat in Mimo *Sophronis*, mulieri congruum: αὐτὸ τοῦτο, et αὐτὰ ταῦτα eleganter a Graecis usurpantur. αὐταύταις χερσίν, una dixit Sophronéa, ni fallor, muliercula. Quia eiusdem generis est, addam quae eadem praebet eruditissimi Grammatici pagina *MS.*

Τινὲς επεχείρησαν εἰς τὰ ὀνόματα μεταλαμβάνειν τὴν Αὐτὸς, καθὸ ἰσοδυναμεῖ τῷ μόνος. Τυδείδης δ' αὐτός περ ἐών, (Il. Θ. 99.) καὶ, καθὸ ἄρθρα ἐπιδεκτικὴ, τῶν εἰς ος πρωτοτύπων μὴ ἐπιδεχομένων τὰ ἄρθρα, συγκρισίν τε καὶ παραγωγὴν ἀνεδέξατο· ὡς ἐν Ἀλκινόνι Ἐπίχαρμος,

Αὐτότερος αὐτῶν.

Ex hoc specimine aestimetur, qua cura ex hoc opere *Apollonii* Dyscoli sua excerpserit *Is. Vossius;* quae tamen, B. qualiacunque sint, utiliter publicata, debemus *Jo. Fred. Reitzio*, operi *Maittairii* de Dialectis Hagae renovato subiecta. In istis Excerptis Vossianis horum nihil invenietur. Huc multo plura non difficulter a me conduci possent *Sophronéa*, quae Doctis Lectoribus in hunc viderentur censum referenda: sed prudentis erat monitum *Corinnae*: Τῇ χειρὶ σπείρειν.

Quoniam vero supra mentionem feci *Laberii*, ne illud minus considerate videar scripsisse, testem *Gellium* producam. A *Gellio* notantur, tanquam qui verba nova adhibuerint, *Q. Claudius Quadrigarius* historicus, Noct. Att. XVII, c. 2. et Poëta *Laevius*, L. XIX, c. 7. sed contra L. XVIII, c. XI. Grammaticum *Caesellium Vindicem petulanter* ait *insciteque* fecisse, *quod Furium veterem Poëtam dedecorasse Linguam Latinam scripsit huius-*

modi vocum fictionibus, quae ipsi *quidem neque abhorrere a poëtica facultate visa sint, neque dictu profatuque ipso tetrae aut insuaves esse.* Absque *Gellio*, sicut alia centena, ignorassemus prorsus elegantias, quibus *Mimiambos* suos exornavit *Cn. Mattius.* L. XX, c. IX, *Delectari*, inquit, *mulcerique aures suas dicebat Antonius Iulianus figmentis verborum novis Cn. Mattii, hominis eruditi; qualia haec quoque essent, quae scripta ab eo in Mimiambis memorabat:* C.

Sinuque amicam reficit frigidam caldo,
Columbulatim labra conferens labris.

Idem (sic scrib.) *id quoque iucunde lepideque fictum dictitabat:*

Iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
Quos concha purpura imbuens venenavit.

Laberii si supereſſent Mimi, vix dubito, quin sapientem Poëtam tueri possemus adversus criminationes *Gellii;* qui ex nullius scriptis tot nova, licenter ipsius iudicio ficta, quam ex *Laberii* collegit, L. XVI, c. 7. *Laberius*, inquit, *in Mimis, quos scriptitavit, oppido quam verba fuxit praelicenter; nam et* Mendicimonium *dicit, et* Moechimonium; *et* Adulterionem, Adulteritatemque, — *et* Depudicavit, pro *stupravit; et, quod in Mimo posuit, quem Cophinum scripsit,* (imo, *inscripsit,*) Manuatus est, *pro furatus est. — multaque alia huiuscemodi novat, neque non obsoleta quoque, et maculantia ex sordidiore vulgi usu ponit: — ut* Elutriare lintea, *et* Lavandria *dicit, quae ad lavandum sint data.* In his subsisto: etiam, quae ponit ibi postrema *Gellius, maculantia ex sordidiore vulgi usu*, personis congrua, in Mimis *Laberii*, ut *Iulio Caesari* placuerunt, eius admiratori, (*Macrob.* II. Sat. c. VII. legatur) placerent hodiedum et nobis. Si modo quod decet personam observetur a Poëta, barbara et soloeca videri possunt pervenusta. Ad haec transferri potest, quod, Graecos sequutus, de Tragicis personis scribit *Cicero* de Off. I, c. 28, *tum servare illud Poëtas dicimus, quod deceat, cum id, quod quaque persona di-* p. 208. A. B.

gnum est, et fit, et dicitur. L. III, c. 29, *cum tractaretur Atreus, personae serviendum fuit.*

Si *Laberius* et *Publius Syrus*, et, ante illos, Siciliensis *Sophron*, perversorum fuere suae aetatis morum censores et correctores, facta quoque turpia et dicta in Mimis illorum exprimi debuerunt: quinimo haec Mimorum velut propria iudicabantur argumenta: vid. *Salmasii*
C. Exercit. *Plin.* p. 109. Exemplum ex Mimo *Laberii* dabit *Nonius Marcellus* in v. *Hillas*; ex *Sophronis* Mimo *Apollonius Alexandr.* περὶ Ἀντωνυμίας, ubi agit περὶ τῆς ὁ Δεῖνα· — Ὁ Δεῖνα — παρὰ Συρακουσίοις δίχα τοῦ α,

Οὐχ ὁ δεῖν τὺ ἐπίκαζε;

sed, hoc ut intelligatur, ante ex loco *Laberii*, sive huius simili Theocriteo, illic pro ἐπίκαζε, quod Graecum non est, verbum genuinum reponi debet, forma scriptum Dorica Siciliensium; nam in his verborum in ἄζω et ίζω desinentium formis magna fuit Dialectorum varietas.

Dorica *Sophron* usus est asperiore Dialecto veteri, sicut et *Epicharmus*; recentiore *Theocritus* atque ad Ionicam nonnihil emollita. Carminibus *Theocriti* subiecit
p. 209. A. *Aldus* Venetiis Γένος Θεοκριτοῦ· et, praeter alia, notam Grammatici de duplici quoque Dialecto Dorica veteri et nova; quarum illa fuerit τραχεῖά τις, καὶ ὑπέρογκος, καὶ οὐκ εὐνόητος· ἡ δὲ νέα, ἣ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρα παρὰ τὴν Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος. ut sic scribatur, quod iam olim monui, vel certe παρὰ τὴν τοῦ Ἐπιχάρμου καὶ Σώφρονος, certa postulat Linguae ratio; qua minus spectata, quod *Aldus* dederat, παρὰ τοῦ Ἐπιχ. κ. Σ. exhibent *Andr. Schottus* Observ. II, c. 50, hic quidem ex Codice Toletano; ex Ald. Edit. *Jo. Alb. Fabricius*, *Mich. Maittairius*, aliique.

In Ed. Romana Zach. Calliergi duplex primo Eidyllio praefigitur, argumento subiecta, nota; haec primum: Δωρίδι καὶ Ἰάδι διαλέκτῳ χρῆται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνειμένῃ καὶ χθαμαλῇ Δωρίδι, παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμου καὶ Σώ-
B. φρονος· ἃ μὴν καὶ ἀπολιμπάνεται καὶ Αἰολίδος. tum ista: Ἄλλως. Ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ, καὶ νέα. καὶ ἡ μὲν παλαιὰ

τραχεῖά τις ἐστι. ἡ δὲ νέα, ἣ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα. Iſtam Editionem Romanam, qua primus Scholia publicavit Calliergus, non ante nactus ſum, quam argumentum huius carminis ex Pariſino Codice iam eſſet typis deſcriptum.

Ipſa veterum Grammaticorum ſi ad nos perveniſſent in *Theocritum* Scholia, in Adoniazuſas ſaltem, et in Pharmaceutriam, Mimorum *Sophronis* quaedam probabiliter in illis legeremus fragmenta; cuius bis tervo tantum fit in editis Scholiis mentio. Apud alios hic illic, apud *Athenaeum* praeſertim, in libello nondum edito *Apollonii Alexandrini* περὶ Ἀντωνυμιῶν, in *Etymol. M.* in libello *Demetrii Phalerei*, *Pollucis Onomaſt. Scholiaſtis*, *Stobaeo*, loca quaedam ex *Sophronis* Mimis ſuperſunt. C.

Quicquid ferme *Sophronis* apud veteres ſparſum legitur haec mihi ſcribenti obverſatur; in his perpauca tantum invenio, quae in Adoniazuſis videri queat expreſſiſſe *Theocritus*: ſed et haec, quantulacunque etiam ſint, ſuis a me locis commemorabuntur.

ADNOTATIONES
IN
ADONIAZUSAS
THEOCRITI.

p. 210. V. 1. Γοργοῖ φίλα, ὡς χρόνῳ] Sic ex optimis Codd. fuit editum, quos *Sanctamandus* et *D'Orvillius* adhibuerunt, pro Γοργὼ φίλα. Γοργοῖ dedit et *Wintertonus*, formam in talibus legitimam. Distichon in Epigramm. inedito Thessal. *Antipatri* (neque enim illud publicavit *Io. Boivinius*) scribi debebat:

> Αἰπόλος ἢ μεθύων ἐκ ἄν ποτε, φασὶ, συνῴκει·
> Γοργοῖ, τοιαῦται Σιδονίων ἄλοχοι.

Sed id ipsum Γοργοῖ in hoc *Theocriti* carmine saepe recurrit. — Χρόνῳ scribendum censebat *Salmas.* cum Schol. qui illud διὰ χρόνε interpretatur: omittitur et in his formis loquendi διά· Epist. *Socrat.* III, οἶμαι ἐ πολλῆ κὐτὰ δηλώσειν χρόνε. vid. *Thucyd.* p. 392, 70. *Xenoph.* p. 377, 3. etc. Et sane contracta locutio, loquenti apte conveniens, supplenda videtur: ὡς διὰ πολλῆ χρόνε ἦλθες· *quam diu exspectata post longum tandem tempus venisti!* ἐνδοῖ, *quinimo domi est.* Absque ὡς positum, χρόνῳ significat in talibus *tandem*: una litera omissa, sic scribi verba debent *Dionys. Halic.* T. II. p. 33. 25. τὸ χωρίον αἱρεῖ χρόνῳ· φερόμενος δ' ὑπ' ὀργῆς etc. nonnulla notavi in *Eurip.* Phoen. v. 313. conf. *Bergler.* in *Aristoph.* Nub. v. 66. — In hoc uno forte loco paulo audacior quam debueram, ut

Eunoë (vid. v. 27. 54. 67. 68. 76.) *κωφὸν* esset *πρόσωπον*, instar Thestylidis in Pharmaceutria, Entychidos et Phrygiae in hoc carmine v. 42. 67., personam *Eunoae* hinc removi; cui absurde certe dabantur in Edd. et ista v. 3. Ἔχει κάλλιστα. Nostra haec, ὡς χρόνω; ἐνδοῖ. fores, fateor, aperienti ancillae non disconveniunt; sed ancillam a ianua exspectantem alloquutae mox ex domuncula (Ἰλεὸν, ἐκ οἰκήσιν, vocat v. 9.) respondisse mihi videtur Praxinoë. — Proxima autem, ἦνθες in ἦνθον mutato, libenter, cum *Wartono*, contribuissem Gorgoni: Θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθον· tum sequentia iterum Praxinoae: ὄρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ. p. 211. A.

vs. 2. Ὄρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ] *Winterton.* iam dudum ita ediderat, ut pro αὐτῇ scribendum monuit *Toupius* in Epist. ad *Wartonum*, vulgata *Theocr.* T. II. p. 327. ex qua correctiones in hoc carmen a me commemorabuntur. Ad hunc vs. ista scripsit in libro suo *T. H.* „Sic „Etymol. in Δρίφος p. 287, 50. Δρίφος Συρακόσιοι· Φερ' ὦ „τὸν δρίφον. quod videri potest ad hunc locum pertinere; „qui forte sic est legendus: B.

„Θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθε. Φέρ' ὦ δρίφον, Εὐνόα, αὐτᾷ"

Sophronis ista mihi verba videbantur. Δίφρων, voce sic scripta, frequens fit in Theocriteis mentio: est tamen et ista scriptio versus ingenio digna *Hemsterhusii:* apud se tum dixisset Prax. Θαῦμ' ὅτι καὶ νῦν ἦνθε.

vs. 3. Γ. Ἔχει κάλλιστα.] Haec mihi verba nec Praxinoae, cui danda putabat *Wartonus*, neque Eunoae, cui tribuuntur in Edd. sed, cum *Casaubono* et *Reiskio*, uni tribuenda videbantur Gorgoni; cuius idcirco nominis indicem literam huic formulae, ἔχει κάλλιστα, praefixi; C. quodque adeo huic carmini praefigebatur *Eunoae* nomen delevi. Cum hac formula commode *Plauti* locus ex Sticho comparari poterit I, Sc. II, v. 37.

PI. *Mane pulvinum.* AN. *bene procuras mihi; satis sic fultum est mihi.*

— Pro καθίζευ, hic olim etiam scriptum fuisse puto καθίσδευ.

vſ. 4. Ὦ τᾶς ἀδαμάτω ψυχᾶς] Ἀδεμάτε praeferunt Edd. niſi quod in Florent. et Cantabrig. *Wintertoni* ſcribitur ἀδεμάτω. In Codd. MSS. hae ſunt diverſae vocis
p. 212. A. lectiones: ἀδεμάτε· ἀδεμάτω· ἀδαμάτε· ἀδαμάντε· ἀδεμάντε· ἀδειμάντε. — *Ioſ. Scaliger* et *H. Stephanus* corrigebant ἀλεμάτε vel ἀλεμάτω. quod eſſet pro ματαίως poſitum: ad ἀλεμάτως in *Callim.* h. Cerer 91. quaedam, hunc etiam l. adnotavit *Ez. Spanhemius.* — Ἀδαμάτε vel ἀδαμάτω legunt *Caſaubonus* et *Toupius*: hoc, quia a Codicibus confirmatur, recepi. — Ἀδεμάτε, quod habet etiam *Gregorius* de Dial. Dor. p. 169, ſervandum cenſebant *Reiskius* et *Wartonus*: mihi *Scaligeri* inventum ἀλεμάτω blanditur. — In vſ. 5. iam ante hos centum annos πολλῶ μὲν ὄχλω emendate publicavit *Wintertonus*, quem nemo propterea vituperavit: id ipſum recepi pro πολλᾶ μὲν ὄχλου.

vſ. 7. Ἁ δ' ὁδὸς ἄτρυτος] Tentari non debet. *Attritus*
B. quibuscunque tandem malis Graece dicitur Τρυθῆναι· Τρυχῆναι· et Τρυχωθῆναι· labore, fame, ſenectute, morbo, bello. *Qui nullis laboribus frangitur* vel *defatigatur* eximie dicitur Ἄτρυτος. θάλασσα vocatur ἀσίγητος et ἀκάματος, dicique potuit ἄτρυτος. In *Homero* legiſſe ſuſpicor, ἁλὸς ἀτρύτοιο, Auctorem Scholii, ἀκαταπονήτε, πολλῆς, in Il. A, 316. Recte *Etymologus*: Ἄτρυτος, — ἀπὸ τᾶ Τρύω, — σημαίνει τὸν ἀκαταπόνητον. *Euſtath.* in *Hom.* Od Δ. p. 197. 45. Ἄτρυτος ἐν πόνοις λέγεται, ὃν πόνοι ἀ τείρεσι. hoc *Heſychio* in v. Ἀτρυτώνη recte reſtituit *H. Stephanus*, pro ἄτρωτος· forſan eidem reddendum in Ἀβασάνιστος· certe *M. Antonino* Imp. III, 4. p. 70. qui ἄτρυτον ὑπὸ παντὸς πόνε dederat; non ἄτρωτον. Herbam memoravit in Ἀλιεῖ *Alexander Aetolus*, cuius, velut *ambroſiae*, ſucco Sol equos ſuos ſaturaret,

C. ἵνα δρόμον ἐκτελέσωσιν
Ἄτρυτοι, καὶ μή νιν ἕλοι μεσσηγὺς ἀνίη.

male vulgatur μή τιν' ἕλοι, apud *Athen.* VII. p. 296. E. Νὶν, praeter cetera, ſignificat etiam αὐτὲς (Solis equorum duo fuere mares) ex. gr. in *Soph.* Oed. T. v. 878. *Eurip.*

Iph. T. v. 330. 333. ponendum in eiusdem versu, quem praebebit Diatribe in *Euripidea* p. 245. C. — εἰσορῶσά νιν καλές. Homines *laboriosos* Ἀτρύτας vocabant: *Damascius*, apud *Suidam* in v. Ἄτρυτος, dixit φιλοπονίαν ἔχειν ἄτρυτον. Ut vero Latine gravia et molesta *laboriosa* dicuntur, sic etiam a Graecis, Ατρυτα. ingentes *labores* et *molesti*, ἄτρυτοι sunt πόνοι. *Moschus* IV, 69. ἀτρύτοισιν Ἀλγεσι μοχθίζεσαν. *Philo* Judaeus p. 914. C. ἀσκητὴ meminit, πόνοις ἀτρύτοις καὶ ἀκαμπέσι περιποιησαμένε τὸ καλὸν, p. 930. B. κακοπαθειαις ἀτρυτοις, ἃς εἰκὸς γεωπόνους ἀναδέχεσθαι. *Suidae Damascius*: ἀτρύτοις πόνοις ἑαυτὸν πρὸς γεωργίαν ἐξεδίδου. a *Clemente Alex. Strom.* VIII. p. 831. 32. ἡ Υἱοῦ φυσις — dicitur ἀκαμάτῳ καὶ ατρύτῳ δυνάμει πάντα ἐργαζομένη. His antiquior *Archytas* Tarentinus Deum dixerat virtutem non solum habere *sinceram*, *atque ab omni humano affectu puram*, ἀλλὰ καὶ τὰν δύναμιν, ait, αὐτᾶς ατρυτον πέπαται, *sed et ejus vim possidet nulla re defatigatam*: ubi leguntur ista in *Stobaei* Fioril. p. 13, 40. paulo post scribendum, διὰ παθεων ασυμμετρίαν, fatebitur *Adrian.* Noster *Heringa*, cui correctio nihilominus est uni tribuenda: vid. Eius Observ Crit. p. 152. — In *Sophoclis* Ajace v. 799, ubi se dicit Tecmessa,

p. 213. A.

ἀρτίως πεπαυμένην B.
Κακῶν ἀτρύτων.

Schol. Ἀτρύτων] Πολυτρύτων, πάνυ κακέντων. atque adeo πολὺ τρυόντων. *Theocriti* Gorgo, defatigata currendo eleganter,

Ἁ δ' ὁδός, inquit, ἄτρυτος·

via longa est et molesta: sive reddatur illud Ἄτρυτος cum *Scholiaste*, πολλὴ, (ἡ δὲ ὁδὸς πολλὴ,) seu ἀργαλέα, sive tandem δύσβατος, res eodem recidit. *Via quae* euntem *defatigat* eleganter hic ὁδὸς dicitur Ἄτρυτος. Istiusmodi adiectiva duplicem fere vim habent vel activam vel passivam. ea ne nos res nunc teneat, satis erit laudasse observata *T. Hemsterhusii* ad *Lucian.* T. I. p. 179. et ad *Thom. Mag.* in v. Ἀθέατος. C.

Nihil adeo ad hunc locum dare constitueram: sed

Amicus meus *D. R.* vocem Ἄτρυτος, hic a viro Primario tentatam, dignam cenſebat, ad quam excuſſis loculis harum rerum ſtudioſo Lectori quaedam adnumerarem. Eius obſequutus conſilio, nunc ne literae quidem praefixae vim rariorem indictam praetermittam: Ἄτρυτα κακὰ docte redduntur a *Schol. Sophoclis* πολύτρυτα, πάνυ κακῶντα. *Heſychius* initio Lexici, Τὸ α, inquit, — δηλοῖ ψιλόμενον — καὶ τὸ μέγα, ὡς τὸ Ἀχανὲς πέλαγος· καὶ τὸ πολὺ, ὡς ἐν Ἀξύλῳ — ὕλῃ. Ad haec *Homeri* in Il. Λ, 135. *Scholiaſtes*, Ἀξύλῳ] Καταξύλῳ, πολυξύλῳ· τὸ γὰρ α νῦν ἐ κατὰ στέρησιν, ἀλλὰ κατ' ἐπίτασιν. *Euſtathius*, p. 773,
p. 214. A. 1. εἴη δ' ἂν πάντως καὶ ἡ Ἀξύλευτος, πολύξυλος· εἰσαγόσης τῆς στερήσεως ἐπίτασιν, καὶ, ὡς εἰπεῖν, πλατυζόσης τῇ ἐνδείᾳ. quae ſatis ſunt arguta: mallem ex Lexicis ſuis, quae periere, quaedam aliunde ignota nobis excerpſiſſet, Homerici Ἄξυλος ſimilia: ſed, ut verum fatear, in Homerico melior mihi vulgatâ *Porphyrii* videtur interpretatio: *Euſtathius*: Ἄξυλος ὕλη, — κατὰ Πορφύριον, ἀφ' ἧς οὐδεὶς ἐξυλεύσατο. *ſylvam* vocant Poetae *nemoroſam*: ἄλσος, *Callimachus* h. Cereris vſ. 27.

Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διά κεν μόλις ἧνθεν ὀϊστός.

ἧνθεν eſt ex Codd. vellem ἔνθοι dediſſent ex more *Callimachi*. *nemus*, *Ovidius* Met. VIII, 418.

B. *quod nulla cecideraſ aetas.*

Quod ſi nihil eſſet, praeter Homericum Ἄξυλος, ut ſolet id unum ferme hanc in rem proferri, dubitari certe poſſet de iſta literae α poteſtate. Sed dantur hujus generis multo plura, quam vulgo exiſtimantur. Illa, cum haec ſcribenti ſint ad manum, hic a me proponentur. Quibus nihil facere adeo videbuntur ad *Theocritum*, noſtratibus iſta relinquant iuvenibus exigenda, atque aliquando adaugenda.

DIGRES-

DIGRESSIO A THEOCRITEIS,

C.

De vocibus, in quibus α dicitur ἐπίτασιν δηλῶν.

In his, quae pleraque mihi tantum ex Grammaticis innotuerunt, vice fungar *enarratoris*, atque adeo futurum me fateor, quales ſemper eſſe Literatores et Criticos plerosque perhibent, (ut ſaepe dicentem Geometram audivi Graece perdoctum, *Samuelem Königium*, non vanum ſui oſtentatorem,) qui ſe Philoſophos profitentur, atque adeo veri haberi volunt, et habentur, inveſtigatores, novarumque rerum, quae uſum praeſtent humanae ſocietati, inventores, *des génies inventeurs*. ſic noſtram ſolemus, aliorum contemptu, apud plebem, quae latiſſime patet, antiquarum rerum ignorantiam tegere, ſemper ſcilicet homunculi, atque ἀνθρώπινα δρῶντες. p. 215. A.

Utrum vis iſta literae praefixae ſignificatum ſimplicis intendens, vere his, quae prolaturus ſum, inſit, nec ne, hic a me non disputabitur: ea res, ampliora ſpatia deſiderans, nunc commode tractari non poterit. Dum vero voces a me proferentur de rariſſimis pleraeque, qualia nos, pro ſapientia ſcilicet! noſtra nova vocare ſuevimus Grammatici, nova proferendi mihi nonnullae ſaltem praebebunt occaſionem.

Ἄβιος. — *Harpocration*: Ἄβιος. τὸν Ἄβιον Ἀντιφῶν ἐπὶ τοῦ (ſic dedit *Aldus* ex Codd.) πολὺν βίον κεκτημένα ἔταξεν. ὥσπερ Ὅμηρος Ἄξυλον ὕλην λέγει, τὴν πολύξυλον. Hinc illud alii ſumſerunt: *Heſych.* Ἄβιος, πλάσιος· ὡς Ἀντιφῶν ἐν Ἀληθείας α. ſic legendum, vel β', probabilis eſt *Mauſſaci* coniectura. Attigit *T. H.* in *Lucian.* I. p. 401. Ne altera quidem uſitata literae poteſtate Ἄβιος a me lectum fuit, niſi in iſto *Luciani* loco: B.

utrum ſpectavit et illam in his *Plato* de LL. IX. p. 873. C. ὃς ἂν ἑαυτὸν κτείνῃ — μηδὲ αἰσχύνης τινὸς ἀπόρᾳ καὶ ἀβίᾳ μεταλαχών. an Ἀβίᾳ poſuiſſe videbitur pro ἀβιώτᾳ; Ἄβια *Heſych.* etiam explicat ἀ βιώσιμα. dici ſic potuerunt βρέφη ἡλιτόμηνα, *foetus non vitales;* ſed vero, ἀβίᾳ lectum illic in libris quamvis fuerit antiquis, ego *Platonem*, qui ſaepe *vitam non vitalem* βίον vocat ἀβίωτον, hic etiam ἀβιώτᾳ ſcripſiſſe iudico: talem αἰσχύνην parere calamitates cenſentur, ξυμφοραὶ, ἃς ἀβίωτον ζῆν
C. κεκτημένῳ ſecundum *Platonem* de LL. XI. p. 926. B. iſta *Platonis* ſtudioſus mihi conſideret ex Menexeno T. II. p. 246. D. ἡμῖν ἐξὸν ζῆν μὴ καλῶς, καλῶς αἱρεῖμεθα μᾶλλον τελευτᾶν, πρὶν ἡμᾶς τε καὶ τὰς ἔπειτα εἰς ὀνείδη καταστῆσαι, καὶ πρὶν τὰς ἡμετέρας πατέρας καὶ πᾶν τὸ πρόσθεν γένος αἰσχῦναι· ἡγέμενοι τῷ τὰς αὑτᾶ αἰσχύνοντι ἀβίωτον εἶναι. an non ad haec apte reſponderet ἄπορος — καὶ ἀβίωτος αἰσχύνη; — ſi lex artibus obeſſet promovendis, atque hae tandem funditus perirent, ὁ βίος, ὧν καὶ νῦν χαλεπὸς, εἰς τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἀβίωτος γίγνοιτ' ἂν τὸ παράπαν, iudice *Platonis* Socrate in Politico p. 299. v. ult. Qui toties, et ſaepius, vocem adhibuit, ab optimis Poetis uſurpatam, ἀβίωτος, hunccine crederemus, ut lectores fatigaret, ἀβίᾳ ſcripſiſſe; quia quingentis minimum annis, poſtquam eſſent ſcripta, ſuis in exemplaribus ἀβίᾳ
p. 216. inveniſſe videntur Grammatici? — Sophiſtam *Anti-*
A. *phontem*, de cuius voce agitur in initio huius adnot. verbis et nominibus novam ſaepe vim indidiſſe ſignificandi adparebit *Harpocrationem* conferenti in vocibus Ἁγνεύετε τὴν πόλιν· Ἀνδρεία· Ἀπαθῆ· Ἀχαριστεῖν· Δεήσεις· Ἔμβιος· et Ἐπαλλάξεις.

Homerus in plauſtris vagantium Scytharum meminit tanquam Ἀβιων, in Il. N. v. 6. Inter diverſa vocis interpretamenta non ſane miror illam etiam πολυβίων Grammaticis in mentem veniſſe: πολύβιοι dici poterant, vel μακρόβιοι et πολυετεῖς, vel, voce ducta a Βία, πολυδύναμοι. Nihil horum invenietur, ubi tamen permulta dantur a ſe diverſiſſima, apud *Strabonem* VII, p. 454 — 456. vel apud *Stephanum Byz.* in Ἄβιοι, vel de Scytha-

rum istorum moribus agentem *Nicolaum Damasc.* in *Stobaei* Floril. p. 70, 5. Sed Lexicographis et Scholia- B.
stis τὸ ἐπιτατικὸν α hic etiam debuit in mentem venire: *Etymologo* p. 3, 22. p. 233, 1. ad Ἀβίων, — ἵν' ᾖ, inquit, πολυβίων καὶ πολυετῶν. eadem sunt in *Schol.* in *Hom.* aliud etiam praebet *Eustath.* p. 881, 4. ἢ ὅτι μακρόβιοι, κατ' ἐπίτασιν τοῦ α· ἢ πολύβιοι, ὅ ἐστι πολυδύναμοι· ἀνδρεῖοι γάρ. a *Strabone* quoque dicuntur VII. p. 479. A. δυνάμει πεποιθότες, — ἢ ἀμύνασθαι ῥᾳδίως ἐπιόντας, ἢ κωλῦσαι τὴν ἔφοδον. Victum atque ad vitam necessaria hi Scythae secum semper circumvectantes, vere a *Nicolao Stobaei* p. 69, 47. dicuntur δυσμαχώτατοι· quippe qui ipsum Darium in fugam coniecerint. — Inter tot diversas vocis interpretationes, illam miror, πολὺν βίον ἐχόντων, non incidisse Grammaticis, quam specioſe commendare potuerant. Iustitiae piis istis cultori- C.
bus, dum per arva cum gregibus suis migrarent, rerum ad vitam iucunde transigendam semper fuit affatim: si fruges veterum erant, ut fuerunt, agricolarum solae divitiae, ὁ πλοῦτος, (Δημήτηρ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο, *Hesiod.* ap. *Etymol.* p. 677, 16. Schol. *Theocr.* in Eid. X, 19. etc. *annus fertilis*, τὸ πολὺ ἔτος, dabat, τὸν πολόετον, sive πλοῦτον, agri cultoribus,) dici poterant πολὺν βίον ἔχοντες. Abiis Homericis,

Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus:
— etiam fruges tellus inarata ferebat.

De his *Homeri* Scythis dici potuerunt, quae cecinit *Caesar Germanicus*, ubi tres *Arati* versus ex Phaenom. 111. 112. 113. sic elegantius expressit in Virginis καταστε- p. 217.
ρισμῷ p. 110. A.

Ignotique maris cursus; privataque tellus
Grata satis; neque per dubios avidissima ventos
Spes procul amotas fabricata nave petebat
Divitias; fructusque dabat placata colono
Sponte sua tellus.

Sed en testem, ex omnibus qui produci possent,

Homero, ſeculorum tamen aliquot intervallo, proximum *Aeſchylum*, ex cuius Prometheo ſoluto verſus faciles atque elegantes habet *Stephan. Byz.* in v. Ἄβιοι, quos ſic arbitror nomine Σκυθῶν interſerto legendos: erant iſta Promethei ſcenici verba, a Caucaſo Herculi ad
B. Heſperidas iter praemonſtrantis:

Ἔπειτα δ' ἥξεις δῆμον ἐνδικώτατον
[Σκυθῶν] ἁπάντων, καὶ φιλοξενώτατον,
Γαβιὰς· ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε γατόμος
Τέμνει δίκελλ' ἄρραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
Γύαι φέρεσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

Homeri Ἀβίας ab *Aeſchylo* dictos Γαβίας, *Stephano* Grammatico narranti fidem adhibuimus; forſan hac etiam in re nimis credulo: potuit enim is vitio Codicis ſui decipi; cur, obſecro, *Homeri* Ἀβίας, Γαβίας diceret *Aeſchylus?* Alii hoc verum arbitrentur: — ἀλλ' ἐκ ἐγώ τις ταχυπειθής· Οὐ Δᾶν. De Γ, ex F Aeolico nato, vocibusque permultis Aeolicis quae ſuperſunt, praefixo,
C. dici multa poſſent, quae hinc alieniſſima iudicarem. — Nunc tandem obſervationem ſubiiciam, quae meis his plerisque excitandis occaſionem praebuit, quam, cum aliis permultis, ex ineditis libellis ſuis mihi *Ruhnkenius* ſubminiſtravit, τῷ ὄντι τὰ τῶν φίλων ἡγέμενος κοινά. Haec ſunt in Pariſino *Lex. Sangerm. MS.*

„Ἄβιος, ὁ ἀβλαβὴς, παρὰ τὴν βίαν, οἷον ὁ κρείσσων „βίας. καὶ Ἄβιοι, οἱ Νομάδες, παρ' Ὁμήρῳ, οἷον οἱ τὸν „πολιτικὸν καὶ κοινωνικὸν οὐκ ἔχοντες βίον. ὁ μέντοι Εὐρι„πίδης ἐπὶ τᾶ δυσβίᾳ ἐχρήσατο τῇ λέξει. κέχρηνται δὲ αὐ„τῇ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐστερημένε τῆς ζωῆς. ἀλλὰ καὶ πολύβιος „κατ' ἐπίτασιν τοῦ α ἄβιος λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. „Apud Platonem l. c. Scholiaſtes MS. ἀβίᾳ explicat „ἀβλαβοῦς, ἢ ἄνευ βίας."

p. 218. A. Ἀβληχρός. *Orion* Thebanus *Etymol. MS.* penes Clar. Noſtrum *Ruhnkenium*: „Ἀβληχρόν. δύναται τὸ α „κατ' ἐπίτασιν σφόδρα ασθενές. Βληχρὸν γὰρ τὸ ασθενές, „ἀπὸ τῆς τῶν προβάτων φωνῆς· τὸ γὰρ Βληχρὸν ἐπ' αὐ-

„τῶν εἴρηται. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ τάττεται „τὸ Βληχρὸν, ὡς εἶναι παρὰ τὸ βάλλειν εἰς γῆν. ποτὲ δὲ καὶ „τὸ ἀναιρεῖν, ὡς δύνασθαι τὸ ἀσθενὲς δηλῶν, καὶ πάλιν τὸ „ἰσχυρὸν, τοῦ α ἀναίρεσιν καὶ ἐπίτασιν δηλοῦντος. ἔτως εὗ- „ρον ἐν τῷ περὶ Παθῶν Ἡρωδιανῷ. adſcripſerat *R. Haec contraxit, Orionem laudans, Etymologus M.* — Alios etiam veteres adhibe Grammaticos; ab his incertior redibis quam veneras. Illud inprimis mireris, quod ab *Orione* dicitur, α accipi poſſe κατ' ἐπίτασιν in Ἀβληχρὸς, et paulo tamen poſt dici, ſaepius ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ poni τὸ Βληχρόν. hanc vocis vim firmat *Heraclides Mileſius* apud *Euſtath.* in *Hom.* Il. Θ. p. 589, 30. Unum *Pindarum* nominant, qui vocem Βληχρὸς poſuerit ἀντὶ τοῦ ἰσχυροῦ, *Etymologus M.* p. 200, 15. et *Suidas*: ſic ille: Βληχρὸν, τὸ ἀσθενὲς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ Ἀλκαίῳ, καὶ ἄλλοις· Πίνδαρος δὲ ἐπὶ τοῦ ἰσχυροῦ αὐτὸ λέγει. tribus voculis omiſſis, eadem fere cetera dat *Suidas*: ubi *Pearſonus* recte adnotaverat, non Βληχρὸν, ſed Ἀβληχρὸν apud *Homerum* legi. Ab hoc initio profectis vera ratio tandem patebit. *Imbecillum*, *infirmum*, *lene*, et *mite*, etc. quodque adeo hac in parte ovium *balantium*, βληχωμένων, naturam imitaretur, Iones praeſertim antiqui Βληχρὸν dixerunt, ſive Ἀβληχρόν. Apud Atticos neutrum, opinor, invenietur. α in Ἀβληχρὸς fuit, non ἐπιτατικὸν, ſed, me iudice, ut in multis, otioſum, ſive πλεονάζον. *Pindarus* tamen, (is unus nominatim ex perdito carmine citatur,) voci Βληχρὸν praefixiſſe videtur in aliis uſitatiſſimum α στερητικὸν, atque adeo voci ſignificanti *imbecillum* vim attribuiſſe *robuſti*. Qua vero dicebam, eadem ſignificandi poteſtate alii veteres nobis quidem noti vocem adhibuerunt, ſive ſcripſerint Ἀβληχρὸν, ſeu Βληχρόν. Ἀβληχρὸν ſcripſit *Homerus*; Βληχρὸν *Alcaeus*; hoc frequentavit *Hippocrates*; huiusque imitator *Aretaeus*, *Nicander*, *Plutarchus*, aliique adhibuerunt. De tribus rebus diverſiſſimis Ἀβληχρὸν *Homerus* poſuit; *teneram* minime bellatricis Veneris *manum*, quam vulneravit Diomedes, vocans Ἀβληχρὴν, in Il. E. 337; *muros infirmos*, quos nihili faciebat Hector, τείχεα Ἀβληχρὰ, οὐδενόσωρα, Il. Θ. 178; *lenem mor-*

B.

C.

tem, qua Ulyſſes conficeretur, θάνατον Ἀβληχρὸν, in Od. Λ. 134. et Od. Ψ. 282. — In horum locorum pri-
p.219. A. mo male nonnulli veterum, Ἀβληχρὴν, *ſiniſtram* interpretabantur: *Homeri* Tydides et *Virgilii* — *Veneris violavit vulnere dextram.* — Ad ſecundum locum *Euſtathius* verba quaedam nobis dat, ex *Apionis* et *Herodori* in *Homerum* commentario, quibus absque eo caruiſſemus, *Alcaei*, p. 589, 32, Βληχρὸν, τὸ ἀσθενὲς, ὡς Ἀλκαῖος,

Βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί.

Tranquilla ventorum leniter ſpirantium flamina. Lyrici verbis ſubiicit *Euſtathius Nicandri* verſum:

Βληχρὸν μυὸς οἷα μυληβόρε ἐν χροΐ νύγμα.

Sic ſcriptis *Nicandri* verbis, et *Alcaei*, ex *Euſtathio*, quem non nominat, uſus *Henr. Stephanus* Theſ. L. G.
B. I. p. 754. G. noverat utique, mures *molas* non mordere; neque adeo a *Nicandro* ſcribi potuiſſe μυὸς οἷα μυληβόρε. quae facile mox venerat in mentem, emendata fuit lectio μυχηβόρε ab *Angelo Maria Bandinio* enotata ex Cod. Medicéo *Nicandri*, ubi verſus iſte legitur, in Theriacis 446, ſic ſcriptus:

Βληχρὸν γὰρ μυὸς οἷα νυχηβόρε ἐν χροΐ νύγμα
Εἴδεται.

Utrumque in antiquis iam Codicibus lectum haec indicant in *Scholiis*: τὸ δῆγμα αὐτῆς σμικρὸν, καὶ ὅμοιον μυός ἐστι Νυχηβόρε, δηλαδὴ τοῦ ἐν νυκτὶ ἐσθίοντος, ὃ ἂν εὕρῃ· εὕρηται δὲ καὶ Μυχηβόρε· ἵν' ᾖ, τῆ ἐν μυχοῖς ἐσθίοντος· quid in ſuo Codice legerit *Eutecnius* dignoſci nequit. —
C. Praeterquam in *Aeliani* loco apud *Suidam*, Ἀβληχρὸς *Homericum* vix alibi reperietur: dicitur ibi quis mortuus πρᾴως, καὶ σὺν γαλήνῃ, καὶ ἀβληχρῷ θανάτῳ. — Opponuntur ſcilicet ὀξεῖς θάνατοι, et ἀβληχροί, ſive βληχροί. Eleganter, ut omnia, *Cicero* de Senect. c. XIX. *Adoleſcentes*, dicit, *mori ſic mihi videntur, ut cum aquae multitudine vis flammae opprimitur: ſenes autem ſic, ut ſponte ſua, nulla adhibita vi, conſumtus ignis ex-*

ſtinguitur. et, quaſi poma ex arboribus, cruda ſi ſint, vi avelluntur; ſi matura et cocta, decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas. Ciceronis iſta neſcio quis diſticho illigavit non invenuſto, quod ſic omnino cum *P. Burmanno Sec.* Anthol. Lat. T. I, p. 551. ſcribendum cenſeo:

Poma ut in arboribus, ſic ſunt et corpora noſtra: p.220 A.
Aut matura cadunt; aut cito acerba ruunt.

Iuvenum mors miſerabilis plerumque eſt *acerba*, ὀξὺς θάνατος· ſenum *lenis*, ſopori quippe ſimillima, βληχρὸς, vel ἀβληχρός.

Animam ſenilem mollis exſolvit ſopor.

is verſus eſt in Oedipo *Senecae* 787, factus ex *Sophocléo.* Sic opponuntur ὀξεῖς πυρετοὶ, *febres acutae;* et βληχροὶ, *lenes*, *levesque*: σφυγμοὶ ὀξέες, *citati pulſus;* et βληχροὶ, *debiles* et *languidi.* *Hippocratea* dabit *Foeſius* in βληχρὸς πυρετός. *Plutarchus* in Pericle p. 173. A. Περικλέης ἔοικεν ὁ λοιμὸς λαβέσθαι λαβὴν ἐκ ὀξείαν, ὥσπερ ἄλλων, ἐδὲ σύντονον, ἀλλὰ βληχρᾷ τινι νόσῳ κ. τ. λ. Quia vocem ſic ſcriptam et alibi adhibet bis terve B. *Plutarchus*, ita legendum recte ſtatuit *Bryanus* Not in T. I. p. 104. In Excerptis legitur ex *Cteſiae* Perſicis p. 646, 40. ἀσθενῶς εἶχεν Ἄμυτις, εἰ καὶ βληχρῶς, καὶ οὐκ ἰσχυρῶς. Raro legitur apud recentiores βληχρός· a quo, ſignificatu, nihil diſtat Homericum Ἀβληχρός — Sic litera α eſt ſupervacua in Ἀσπαίρειν· Ἄσταχυς· Ἄσταφις· Ἀσφοδελός· Ἄνηστις· Ἄγαυρος· ſimilibusque. In Ἀβληχρὸς etiam πλεονάζον τὸ α agnovit *Euſtathius* in Il. Θ.

Ἄγονος. *Heſychius*: Ἄγονον, πήγανον, ἢ πολύγονον. Non tantum *ſterile* et *infoecundum* dicebant Ἄγονον, ſed et *quicquid generationem impediret*; contra πολύγονα et *foecunda*, et *quibus vis* ineſſe videretur *genitalis.* *Rutam*, multiplicis uſus herbam, quam vulgo C. Graeci Botanici πήγανον vocabant, vocum obſoletarum cuſtos, *Nicander* dixit Ῥυτὴν, Ther. v. 524. ubi τὸ τρίς-

φυλλον, (ſic vocem τριόφυλλον corrigit, cuius penes me ſunt emendationes, *Bentlejus*) ſive τριπέτηλον, canit

Χαίτην μὲν λωτῷ, ῥυτῇ γε μὲν εἴκελον ὀδμῇ.

Schol. explicat, τὸ φύλλον ἐμφερὲς τῷ λωτῷ, τὴν δὲ ὀσμὴν τῷ πηγάνῳ· iſta ſcribens paulo poſt: Ἴόλαος δὲ, ἐν τῷ περὶ Πελοποννησιακῶν πόλεων, τὸ πήγανον ὑπὸ Πελοποννησίων Ῥυτὴν καλεῖσθαι φησίν. Ῥυτῆς meminit et *Nicander* in Alexipharm. v. 306. et 528, et iam ante, forſan ubi Laconem fecerat loquentem, *Cratinus*: ad *Heſych.* in Ῥυτὰ, dedit iſta *Photii Io. Alberti*: Ῥυτὰ, (f. Ῥυταὶ,) πήγανα. οὕτω Κρατῖνος. Vocem Peloponneſiacam, Ῥυτὰν, *rutam*, cum colonis in Italiam delatam, nemo mirabitur: ſed *Iolai*, mihi aliunde ignoti, teſtimonio illinc excitato *Ios. Scaliger* iam uſus eſt Coniect. in *Varron.* p. 45. — *Rutam* vero, ſive τὸ πήγανον, non mirarer ſi ipſe *Nicander* in Georgicis dixiſſet Ἄγονον. De *Ruta* agens *Plinius* H. N. XX, c. XIII, circa finem, *mirum*, inquit, *eſt, cum ferventem rutae naturam eſſe conveniat, — generationes impediri hoc cibo: ideo (in) profluvio genitali datur, et venerem crebro per ſomnia imaginantibus. Praecavendum eſt gravidis abſtineant hoc cibo; quo* (ſic legerem) *necari partus invenio. Dioſcorides* III, c. 52. Πήγανον, ait, γοφνὴν σβέννυσιν ἐσθιόμενον, καὶ πινόμενον. — paulo poſt, ἔστι δὲ καὶ ὀξυωπές· deinceps, — τὸ ἄγριον (diſtinguunt a ruta *ſativa*) — κινεῖ — καὶ καταμήνια, τὰ δὲ ἔμβρυα φθείρει. cur πήγανον dicatur, atque alia tradidit *Io. Brodaeus Stapelius* in *Theophraſti* Hiſt. Plant. VII, c. VI, p. 797. — Dignum vero obſervatu *Dioſcoridis* πήγανον eſt — ὀξυωπές· ut enim *Heſychii* πήγανον Ἄγονον ſignificat τὸ ποιῶν ἀγονίαν· ſic dicitur ὀξυωπὲς, τὸ ποιῶν ὀξυωπεῖς τὰς ἀμβλυωπεῖς. *Ovidius* in Remed. Amor. v. 801.

p. 222. A.

B.

Utilius ſumas acuentes lumina rutas;
Et quidquid Veneri corpora noſtra negat.

Si πολύγονον eadem ratione hic ſignificaret, de quo tamen dubito, τὸ δοκῶν σπέρματος εἶναι ποιητικὸν, ut *Heraclides* dicebat *Tarentinus* in Sympoſio, teſte *Athen.*

II. p. 64. A. de bulbo, cochlea, ovo, ſimilibusque; de tali *eſca*, quas *molliculas* vocat *Plautus* in Caſina II, 8, 56. *pulpamenta*, in Pſeudolo IV, 1, 37. ſi iocoſe quis C.
dixerit Ἄγονον, non abſurde reddi potuit πολύγονον, βολβὸν, ex. gr. de quo tot venuſta veterum nobis dicta ſervavit *Athen.* I. p. 5. C. D. II. p. 63. E. F. p. 64. A — F. VIII. p. 356. E. F. Quae pag. 64. leguntur Medicorum de bulbis teſtimonia his commode potuerant *Ovidii* admoveri, quae paulo ante laudatis verſibus proxima praemittuntur in iſto perdocto carmine:

Ecce cibos etiam, (medicinae fungar ut omni
Munere,) quos fugias, quosve ſequare, dabo.
Daunius, an Libycis bulbus tibi miſſus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.
Nec minus erucas aptum vitare ſalaces;
Et quidquid Veneri corpora noſtra parat.

Daunium bulbum in Medicis Graecis nemo requiret. p. 222.
Sed in locorum apud *Athen.* primo p. 5. C. *Philoxenus* A.
Leucadius, Βολβὲς, inquit,

Ὡς πλείστας διάτρωγε· τὸ γὰρ δέμας ἀνδρὸς ἀνορθοῖ.

Ultimum hoc interpretari licet *Ariſtophanis* phraſi, ex eodem *Athen.* I. p. 29. A. ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον. — *Philoxenus* iſte Leucadius carmen condiderat epicum inſcriptum Δεῖπνον, ex quo verſus illic quatuor et decem exhibentur in loco Comici *Platonis* ex Phaone: ex iſthoc dramate pervenuſtam eſſe ῥῆσιν repetitam intellexi ex integri operis Libro VII. p. 325. A. Πλάτων δ' ἐν Φάωνι φησὶν,

Τρίγλη δ' ἂν ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι· B.
Παρθένε Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφυ, καὶ στύματα μισεῖ.

hi duo hexametri verſus non ſunt *Platonis*; ſed paene ultimi eorum, quos ex *Coena Philoxeni Leucadii* protulit *Plato* Comicus *Athenaei* L. I, quique nobis ſervati ſunt in Epitome p. 5. Quid itaque? an hic erravit *Athenaeus*, *Platoni* tribuens quae eſſent *Philoxeni?* vix opinor; credere malim integrum locum ex Phaone *Pla-*

tonis hic ab Auctore repetitum. Duobus istis versibus ad *Alciphr.* p. 26. usus, *St. Berglerus* hoc tamen non animadverterat. Gravius errat, quod in tot millenis diversis viro Summo nonnunquam evenisse quis homo natus mirabitur? gravius, inquam, errat hoc in loco *Casaubonus*, Animadvers. VII, c. XXI, p. 562, 37. ubi
C. „deest, ait, ecloga Sapphûs: nam, qui versus hexame-
„tros subiectos putant illius esse, falluntur: sunt enim
„Archestrati, ut scimus ex libro primo". fefellit ipsum memoria: scimus ex L. I, versus esse *Philoxeni;* deinde non *Sapphus*, sed Ecloga *Platonis* ex Phaone hic deficit: ad nomen duri Phaonis, huius amans perdite *Sappho* obversata mox animo *Casauboni* fecit, ut scribentis etiam calamo nomen effluxerit. — Sed Athenaïcus iste rerum optimarum thesaurus, qui toties in his etiam observatis mihi profuit, quid si locum nobis subministraret, in quo de *mollibus escis* id ipsum, quod tractare coepi, vocabulum reperiretur Ἄγονος; Hodie etiam *ostrea* vel inprimis habentur ὑποβινητιῶντα βρώματα, quae sic vocat *Menander* apud *Athen.* I. p. 9. C. IV. p. 132. F.
p. 223. A. XII, p. 517. A. Apud hunc III. p. 85. C. τὰ πλεῖστα τῶν ὀστρέων καὶ τῶν ἄλλων ὀστραδέρμων memorari dicuntur in loco *Epicharmi* ex Hebes nuptiis: quos illic deposuit *Athenaeus*, *Epicharmi* Trochaici tetrametri catalectici, (quibus numeris omnes decurrunt ex ista Comoedia ab *Athenaeo*, ubi piscium nomina recensentur, prolati,) nostris in Edd. sunt vitiosissimi: in ultimis ταὶ κόγχοι ταὶ ἀμαθίτιδες dici videntur κακοδόκιμοί τε κηυγόνοι· (sic *Aldus* edidit:) *Casaubonus* Anim. III, c. 8. p. 165, „*legO*, inquit, κήγονοι, et fortasse etiam ἀδόκιμοι· *male* „*audiunt, ceu generationis inimicae.*" si lectum fuit εὐδόκιμοι, κἤγονοι· vox Ἄγονοι hic forsan ab interprete reddi potuit πολύγονοι. Postremà, vix sine libris melioribus restituenda, sic vulgantur:

B. Θάτεραι δέ τ' αἱ κόγχοι αἱ ἀμαθίτιδές τε
Κακοδόκιμοί τε κηυγόνοι,
Τὰς ἀνδροφυκτίδας πάντες ἄνθρωποι καλέοντι,
Ἄμμες δὲ λεύκας τοὶ θεοί.

Ultimus Trochaïcus legitimus erit, una tantum litera elisa:

Πάντες ἄνθρωποι καλέοντ', ἄμμες δὲ Λευκὰς τοὶ θεοί.

Isthoc in loco haec quoque erunt sincera, si sic scribantur:

ὀστρεα συμμεμυκότα·
Τὰ διελῆν μὲν ἐντὶ χαλεπά, καταφαγῆν δ' εὐμαρέα.
Μύας, ἀναρίτας τε, καρύκας τε, καὶ σκιφύδρια·
Τὰ γλυκέα μὲν ἔντ' ἐπέσθειν, ἐμπαγῆμεν δ' ὀξέα.

Ceteris abstineo, ut insanabilibus, nisi vocem hic illic omissam Codices praebuerint. C.

Ἀγύμναστος. *Hesych.* Ἀγυμνάστοις, πολυγυμνάστοις.

Ἀδάκρυτος. Pro πολυδάκρυτος positum a *Sophocle* Scholiastae monuerunt in Trach. v. 107. et in Antig. v. 893. ubi Antigone, Τὸν δ' ἐμὸν, ait, πότμον ἀδάκρυτον Οὐδεὶς φίλων στενάζει. hoc ab aliis Grammaticis adnotatum non opinor.

Ἀδράστεια. *Cornutus* de N. D. C. XIII. in fine: Ἀδράστεια, ἤτοι παρὰ τὸ etc. — ἢ τῇ στερητικῇ μορίῳ νῦν τὸ πολὺ ἐπιδηλῶντος· — πολυδράστεια γάρ ἐστι. Non attigit illud Auctor *Etymol. M.* attigit Scholiast. inditus in *Platonem*.

Ἄεδνος. *Hesych.* Ἄεδνον, ἄφερον, ἢ πολύφερνον. p. 224. A.

Ἀζαλής. *Hesych.* Ἀζαλὲς, πολύπνεν, καὶ ὀλιγόπνεν. Quid illud sit minus liquet. Si recte scriptum est, certe quod paulo post legitur, Ἀζαλέον, ἄγαν ζέον, θερμὸν, ἢ ξηρόν· partim ex errore natum ipsius Grammatici: Ἀζαλέον est ξηρόν. sed altera explicatio, ἄγαν ζέον, θερμὸν, pertinet ad vocem longe diversam Αἰζαὸν, qua ratione Dorienses scripsisse vocem videntur satis Poëtis usitatam αἰζηόν. *Hesychius.* Αἰζηοὶ, νεανίσκοι, οἱ τῷ αἵματι ζέοντες, ἢ οἱ ἄγαν θερμοὶ, καὶ θυμώδεις. *Etymol.* p. 31, 56. Αἰζηὸς — ὁ ἀεὶ ζέων, καὶ ἀκμάζων κατὰ τὴν ἡλικίαν, etc. Iterum *Hesych.* Αἰζαὸν, τὴν μέσην ὥραν.

Ἄζειρος. *Hesych.* Ἀζείρα, ἀζώστα, ἢ πολυζώστα.
B. *Zonam*, sive *cingulum* Ζειρὰν etiam vocabant veteres; ut et χιτῶνα ἀνεκεκοιλαμμένον· prout mihi scripsisse videntur Grammatici. *Eustathius* in Il. Λ. p. 772, 51, Ζεῖρα — σημαίνει, φασὶ, ζωνην, καὶ χιτῶνα, καὶ χλαμύδα, ἣν μέχρι καὶ ἐσάρτι παρεφθείροντες οἱ Λυκιακοὶ Ἡμίζαρον λέγουσιν. sed Ἡμίζαρον dixisse suspicor Lyciacos recentiores τὸ σιμικίνθιον, *semicinctium*, quo tunicam praecingebant. Nisi apud *Eustath.* nusquam Ἡμίζαρον legerat *Ducangius*.

[Ἀκαίειν absurde *Aemilius Portus* in Indicem verborum *Xenophonteum* retulit, quod interpretatur *vehementer urere*. *Legitur*, inquit, *ad marginem* ἀποκαίειν 329. C. (*Ed. Leuncl.* MDXCVI.) Recte *H. Stephanus* in suam Ed. secundam recepit K. Ἀ. IV. p. 135,
C. 35. ἄνεμος βορρᾶς ἐναντιος ἔπνει, παντάπασιν ἀποκαίων (πάντα addendum ex Codd.) καὶ πηγνὺς τὰς ἀνθρώπας. Latine arbores, herbas, hominum artus, *urere*, *deurere*, *perurere* frigus dicitur, inprimis boreae penetrabile: *deustas arbores*, et *perustos artus* dixit *Livius*: vid. et *Davis* in *Cicer.* Tusc. p. 160, 161. Sic adhibentur a Graecis Καίειν, et Ἀποκαίειν. Huic verbo ne locum quidem dedit *Aem. Portus* in Indice. quod legerat et K. Ἀ. VIII. [p. 239, 34.] in his: ἦν — ψύχος ἄτως, ὥστε — καὶ — πολλῶν καὶ ῥῖνες ἀπεκαίοντο καὶ ὦτα. apud *Suidam* in Ἀπεκαύθησαν· πολλοὶ ὑπὸ κρύας ἀπεκαύθησαν χεῖρας καὶ πόδας· quae pleniora leguntur in v. Βέλιμος. Comici *Philippidae* versus est in *Plutarchi* Demetrio p. 894. C.

Δι' ὄνγ' ἀπέκαυσεν ἡ πάχνη τὰς ἀμπέλας.

p. 225. Verba, qualia fingebat *Portus*, nulla sunt in Lingua
A. Graeca.]

Ἀκρότητος. *Hesychius*: Ἀκρότητα. πολυκρότητα αὐτοῖς γενόμενα. ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι μηδὲ συμπεσεῖν ἀκρότης. In his *Kustero* res minus feliciter successit. Primum hinc separetur + Ἀκρότης, initium sequentis

notae. Deinde ſic locum reſtituendum arbitror: Ἀκρότητα, πολυκρότητα τοῖς [φθόγγοις] γενόμενα, ὥστε μηδὲ συγκροτεῖσθαι μηδὲ συμπεσεῖν. Pertinent iſta ad verſum *Cratini*, qui huc usque latuit apud *Athen.* IV. p. 164. F.

Μέλη πάραυλα, κἀκρότητα κύμβαλα·

Intelliguntur *Abſona carmina, et cymbala ſonos edentia diſſonos, atque adeo immodulatos.* conf. *Caſaub.* B.
Anim. p. 296. In Thamyra dixerat *Sophocles*, teſte *Athen.* IV. p. 175. F.

Ὤιχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη,
Λύρα μόναυλος, ἥ τε . . . .

quae praeterea leguntur illic necdum integritati potuerunt a me reſtitui. Praeter iſtum, unicum praebet ex eadem fabula locum *Athenaeus* XIV p. 637. A. *cuius mentem* ſecundum *Caſaub. ne Oedipus quidem caperet.* Quid vetat anapaeſtos *Sophocleos*, ne litera quidem mutata, hic emendate ſcriptos poſuiſſe?

Πηκταὶ δὲ λύραι, καὶ μαγαδίδες,
Τά τ' ἐν Ἕλλησιν ξόαν ἡδυμελῆ, —

Quae ad ſententiam implendam cum *Caſaubono* requi- C.
reremus, nihil illa faciebant ad inſtitutum *Athenaei.* Iſta, Τά τ' ἐν Ἕλλησιν, — niſi me fallunt omnia, demonſtrant, haec ipſius in ſcena fuiſſe Thamyrae verba in fabula *Sophoclis*, ex qua, tanquam Satyrica, nihil nobis *Stobaeus* aliive potuerunt conſervare, quod ad mores vitamque civilem ſpectaret.

Ἀκύμων. *Heſych.* Ἀκύμονος, πολυκαμάτου, ἢ πολυκύμονος. πολυκυμάντου corrigi debebat, non πολυκυμάτου· ſic dicebatur, a Κυμαίνειν, ut ἀκύμαντος. quod forte quis miretur legi in Graeco ad *Eſtherae* caput III. additamento, (eleganter ſcripto, ut ſunt iſtius interpolatoris omnia,) ficta ſcilicet Artaxerxis epiſtola, v. 15. ἐβαλήθην — τὰς τῶν ὑποτεταγμένων ἀκυμάντους διαπαντὸς καταστῆσαι βίας· ἀκυμάτους Codex dat Alex. ubi figurate p. 226.
κόλπος ἀκύμων memoratur a *M. Antonino* Imp. XII, 22. A.

ſimilia quaedam adſcripſit *Gatakerus;* ſed haec horumque ſimilia ad contrariam vim, quam tradit *Heſych.* nihil faciunt.

[Ἀμάλκιον *Henrici Valeſii* iudicio in hanc eſſet claſſem referendum: *Plinius* H. N. IV, c. XIII. *Reliqua*, inquit, *litora, incerta ſignata fama, ſeptentrionalis Oceani*, (*Amalchium eum Hecataeus adpellat*,) *a Paropamiſo amne, qua Scythiam alluit, quod nomen eius gentis lingua ſignificat congelatum.* Solinus initio cap. XIX. *Oceanum ſeptentrionalem — Hecataeus Amalchium appellat, quod gentis illius lingua ſignificat congelatum.* erudite plerumque verboſus, hic tacet ad
B. *Solinum Salmaſius: Henr.* vero *Valeſius* in *Harpocrat.* ad v. Μαλκιόμεν, cum dixiſſet, quid eſſet Μάλκη, et Ἀμαλκιεῖν, ab *Etymologo* (p. 76, 5.) reddi per μὴ ῥιγοῦν, — „hinc, ait, Amalcium mare Hecataeus Ocea„num ſeptentrion. vocari dixerat, quod eſt congelatum „mare. — nomen eſt Graecum, ἀμάλκιον, ut ἄξυλος „ὕλη, et ἄκνηστις, (hoc omitti potuiſſet) pro ὑπερμάλ„κιον." Haec mihi pace *Valeſii* valde videntur incerta. De Μάλκη, et Μαλκιᾶν, ſive Μαλκίειν quae dici poſſent, praeter notata ab aliis, huius certe non ſunt loci: in *Photii* nota ad *Heſych.* ſcribi ab *Albertio* debuerat, Μαλκιεῖν, τὸ νεναρκηκέναι ὑπὸ κρύους. μεμαρκηκέναι Graecum non eſt.]

C. Ἄξυλος. vid. paulo ſuperius dicta p. 32. (214.)

Ἄξυνος. *Heſychius:* Ἄξυνος, ἀκοινώνητος, πολύξενος. Editori confudiſſe Gramma icus videtur Ἄξυνος cum Ἄξεινος vel Ἄξενος· mallem hanc vocem admoviſſet vitioſae Ἀκείνης, quae ſupra redditur ἀκοινώνητος. Hoc Ἀκείνης, et centena vitioſa referens ex *Heſychio H. Stephanus* in Indicem Theſauri, ſe longe minus eruditos Lexicorum conſarcinatores in fraudem induxit ſua unius auctoritate. Ἀκείνης Graecum eſſe nego: ὁ ἀκοινώνητος dictus fuit Ἄξενος· ſed et dici commode potuit Ἄξυνος. Ξυνὸς, pro κοινὸς, hic illis apud Poëtas, ſaepe apud *Pindarum*, legitur, ſed ſaepius ſuſpicor a notiori

fuiſſe formâ noſtris in libris obliteratum. Ξυνὰ, Ξυνὴ, Ξυνοὶ, Ξυνὸν, proſtant apud *Heſych.* apud quem quod legitur, Ξυνοὶ, κοινοὶ, καὶ ὅροι· errori anſam dedit: *termini communes* alicubi dicti videntur Ξυνοὶ ὅροι. talia ſunt in iſta farragine permulta, ad eamdem rationem accipienda. Ut Ξυνήων dictus etiam videtur Ξυνεών. vid. Not. in *Eurip.* Phoen. p. 161. Cyri amici, οἱ ὁμότιμοι, aliquoties in *Xenophontis* K. Π. dicuntur Κοινῶνες. vere, ut puto, *Pollux* VIII, 134. οἱ Κοινῶνες, ait, Ξενοφῶντος ἴδιον. *Pindarum* enim in Π. 111, 50. ξυνῶνι παρ' εὐθυτάτῳ ſcripſiſſe arbitror; non κοινῶνι. Noſtris in Edd. *Xenophontis* operum, aut in Codd. quorum penes me ſunt lectiones, non invenietur quod eſt apud *Suidam*, et ſuo loco repetitum, et in v. Ἀνακοινώσασθαι. Ξενοφῶν δὲ καὶ Ἀνεξυνᾶντο εἴρηκεν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς. Locum *Xenophontis* ἐν Ἑλληνικοῖς requirenti, quo ſpectaret iſta *Suidae* gloſſa, monſtravit *Ruhnkenius* meus L. I. p. 432. A. in Ed. *Leuncl.* (Ed *H. Steph.* p. 253, 19.) ἀνεκοινᾶτο ὅ, τι ἔμελλεν ἢ λέγειν ἢ πράττειν. p. 227 A. B.

Ἄπυρος. Quae per orbem furens vagabatur, Io in *Aeſchyli* Prom. Vincto v. 877,

Ὑπό μ' αὖ σφάκελος, καὶ φρενοπληγεῖς
Μανίαι θάλπαισ', οἴστρᾳ δ' ἄρδις
Χρίει μ' ἄπυρος·

Schol. Ἄπυρος] πολύπυρος, διὰ τὸ σφοδρὸν καὶ πολὺ τᾶς πάθας. haec imago *Schultenſio* placuit, ubi *Iobum* ſuum nobis pingit ad mentem iniqui cenſoris *igne* ſacro, *qui non ſufflaretur, conſumendum* p. 540. et ἄρδιν απυρον egregie reddit *telum non igne humano, ſed divino, ſaeviens: Aeſchyli, Pindari*que, grandiſona dicta, *Sophoclea* quoque e choris, quibus vir iſte admirabilis, quem iuvenis ut praeceptorem et venerabar et amabam, in commentariis utitur ad ſublimia *Iobi* et amicorum dicta, aliis tenebricoſa, feliciter illuminanda, *Alberto Schultenſio*, peritiorem, ut equidem arbitror, interpretem nunquam habuerunt. C.

Ἀσπερχής. *Homeri* ſunt loquendi formae, Ἀσπερ-

χὲς κεχολῶσθαι, Ἀσπερχὲς μενεαίνειν, aliaeque harum ſimiles. Verbum Σπέρχεσθαι, in ſcriptis Ionicis ſignificans *iraſci*, de quo uſu dixi, ſuum *Herodoto* reſtituens περισπερχθέντων, L. VII, c. 207. p. 601, 602. proprie notabat *propellere* et *feſtinare*: Ἀσπερχὲς, cum
p.228. A. notare potuiſſet σχολαίως; *tarde*, ſemper adhibetur ab *Homero*, et paucis aliis, pro ἐ σχολαίως, atque adeo pro ἀδιαλείπτως, ut redditur a Grammaticis. *Etymologus*: Ἀσπερχὲς, ἀδιαλείπτως. τὸ α κατ' ἐπίτασιν, τετέστι τὸ ἄγαν ἐσπευσμένον· παρὰ τὸ σπέρχω. *Euſtath.* in *Hom.* Il. Δ. p. 336, 7. ἔστιν Ἀσπερχὲς, τὸ πολυσπόδαστον, ὃ Περισπερχὲς λέγει ὁ Σοφοκλῆς, κατ' ἐπίτασιν καὶ αὐτός. eadem et plura dat in Od. A. p. 12, 11. Ἀσπερχὲς, κατ' ἐπίτασιν, τὸ πολυσπερχὲς, καὶ ἐντρεχές. — Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ Περισπερχὲς λέγει. in Ajace *Sophocles* vſ. 999. περισπερχὲς πάθος dixit: e multis, quae proſtant ibi in Scholiis, pauca tantum *Suidas* excerpſit in voce, quam attigit *D'Orvillius* in Miſcell. Obſ. IX. p. 116.

Ἀσταγὲς, et Ἀστακτὶ, quamvis, me iudice, huc
B. non pertineant, et vere α habeant στερητικὸν, ſecundum Grammaticos tamen veteres in hunc cenſum ſunt referenda. Ab *Heſychio* Ἀσταγὲς redditur: — πολὺ καὶ λάβρον· quodque *Suidas* in Epigramm. legit, Ἀσταγὲς ὕδωρ interpretatur per τὸ πολυσταγές. Ex *Nicandri* Ther. vſ. 308. Ἀσταγὲς αἷμα protulit ad *Suidam Kuſterus*; — qui reſtituit *Apollonio Rhod.* III, 804. — (δάκρυα) δ' ἔῤῥεεν ἀσταγές· noveratque id ipſum dudum ante monitum a *Caſaubono* in Lect. *Theocr.* p. 269. Huius immemor, ut ſuum, quale erat, dedit id ipſum *Jan. Rutgerſ.* V. L. I, c. 3. — Ἀστακτὶ — Στένοντες eſt in *Sophoclis* Oed. in Col. v. 1642, 3. ex Scholiis, πολυστακτὶ, πολυδακρύτως *Suidas*, ut ſolet illinc ſua, deſcripſit. *Platonis* Phaedon, cum poculum venenatum,
C. ſibi ſemper et animo et vultu conſtans, velut hinc illuc abiturus, ebibiſſet Socrates, ἐμοῦ γε, ait p. 117. C. βίᾳ καὶ αὐτὲ ἀστακτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα. ut apud *Suidam* incertus, ἔκλαιεν ἀστακτὶ, ſcripſit *Aelianus* de N. A. X, c. 17. κλαίοντες ἀστακτὶ, καὶ ἀμέτροις τοῖς δακρύοις. vulgatur

tur ibi ἀστακτεί· ſed in hoc adverbio melior eſt altera ſcriptio: contra recte ſcribitur Ἀκλαυτεὶ in *Callim.* h. Dian. v. paene ult. Πανομιλεὶ, in *Aeſchyli* VII. c. Theb. v. 302. apud *Thucyd.* Ἀμαχεί· Ἀκηρυκτεί. etc. qualia dantur permulta, hic non proferenda: apud *Athen.* ſcribitur Ἀγελαστεὶ, VI. p. 261. D. melior eſt, me iudice, in hac voce altera ſcriptio, Ἀγελαστὶ, quam in eadem hiſtoria dat *Euſtath.* in *Hom.* Od. Σ. p. 659, 24. qui in Od. Υ. p. 718, 45. nobis rarius adnotavit Ἀμερμηρεὶ, ſignificans ἀφροντίστως. In *Aeliani* loco *Trillerus*, *legendum*, ait, *videtur aut*, ἀστακτὶ, *aut*, *quo magis inclino*, ἀειστάκτοις· ſed in hoc genere literarum Medicus eruditus *Trillerus* non cernebat, ut — *aquila*, *aut ſerpens Epidaurius;* atque adeo ſaepius *inclinabat* ad abſurda. p. 229. A.

Ἄστονος. Cymbam Charontis, τὴν νεκυάμβατον, dixiſſe videri poteſt *Aeſchylus* in VII. c. Theb. v. 864,

Τὰν ἄστονον, μελάγκρροκον, θεωρίδα.

mihi vero placet illic altera lectio vetus, ἄστολον. *Schol.* Ἄστονον, ἤτοι κακοστένακτον· ἢ Ἄστολον, καὶ κακῶς ἐσταλμένην. Illa quidem, ſecundum *Virgilium*, cum alveo accepiſſet

Ingentem Aeneam, gemuit ſub pondere cymba
Sutilis;

gemuit, gravata, βριθομένη. In Epigramm. forſan *Antipatri* Anthol. III, c. 33, 15. B.

Εἰ καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων
Ὀλκὰς, μὴ προλίπῃς Διογένη με κύνα.

cauſae vero nihil adeo eſt, cur illa prae ceteris theatri iſtius tenebricoſi *lamentabilis*, et πολύστονος, dici potuerit: nobis hic ſufficit, in hunc tamen ſenſum vocem Ἄστονος a Grammaticis vel in iſto loco, vel alibi repertam. *Heſychius:* Ἄστονον, ἀμπὸν, μεγαλόστονον. Pro voce *nihili*, ἀμπὸν, poni illic ex emend. *Iſ. Voſſii* potuerat ἄλυπον. Ductuum ſimilitudo in ΛΥ, ΛΙ, et Μ, permultos errores in libris antiquis peperit: ob hanc cau-

ſam in Codd. ſaepe permutantur Καλύψαι, et Κάμψαι, illam cauſam non videtur animadvertiſſe *J. P. D'Or-*
C. *villius* in *Charit.* p. 444. In IV *Regg.* IV, 35, συνέκαμψεν recte praetulit *Grabius* lectioni Codicis Alex. συνεκάλυψεν. hoc contra male admiſit in *Pſalm.* LXVIII, 11. ubi probari debebat ex Alex. Cod. συνέκαμψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. In *Levitici* I, 12. διελῶσιν exhibent Edd. vera lectio videtur μελιῶσιν· quod velut alterius Interpretis adnotatur in *Hexaplis* quae dicuntur: verbum Hebr. נתח nusquam διεῖλε, ſed redditur ab Alexandrinis per ἐλιχοτόμησεν, et ἐμέλισε κατὰ μέλος. pro μελεῖσαι tamen, vel μελίσαι, κατὰ μέλεα διελεῖν dicitur ab *Herodoto* P. 59, v. 99. — In *Iobi* cap. XIII, 11. recepit *Grabius* ex Rom. Ed. ἐχὶ δεινὰ αὐτῶ στροβήσει ὑμᾶς· lectio Cod. Alex. in margine poſita, δειλία, aeque vitioſa, facile monſtrat genuinam δεῖμα· quae dubio vacat. — In Graecis iſtis Bibliis, dum iuventâ vigebam, a me
p. 250. diligenter tractatis, ſexcenta poſſent ſimilia demonſtrari;
A. ſed quam pauci hoc tempore talia ſibi monſtrari deſiderarent! — Ex iſto fonte multa ſunt in *Heſychianis* emendata; multa quoque ſuperſunt corrigenda: unum tantum, quod in oculos incurrit, ponam: Ἠρτυλιμένος, ἠρτυμένος· duae literae ΛΙ coeant in unam Μ. genuinum eſt, Ἠρτυμένος. Supra, pro Ἀρτυλία, ſcribendum Ἄρτυμα, διαθήκη· vidit *Jo. Alberti*, vir eruditus, atque in hoc genere laboris patientiſſimus.

[Ἀτίμητος, mea quidem ſententia, pro πολυτίμητος, nunquam a Graecis fuit ſcriptoribus uſurpatum. Hoc ſi verum eſt, ad iſta *Homeri* in Il. I, 644. quibus iracundus ſe dicit Achilles ab Agamemnone tractatum,

B. ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην·

a linguae patriae tum veteris tum recentioris peritiſſimo *Euſtathio* ſcribi non potuerunt. ex animi certe ſententia, quae legimus p. 692, 34. Σημείωσαι, ὅτι τε ἡμῖν ἐναντίως Ὅμηρος λέγει τὸ Ἀτίμητος· ὁ γὰρ τὸν πολλῆς τιμῆς ἄξιον, κατὰ τὸς ὕστερον, ἔτω καὶ αὐτὸς νοεῖ Ἀτίμητον, ἀλλὰ τὸν ἀδεμιᾶς· καὶ ὅτι ἐκ τῦ Ἀτιμῶ, ἀτιμήσω,

τὴν λέξιν παράγει, ὅπερ ἡμεῖς ἀτιμώσω (ſcribendum Ἀτιμῶ, ὡσω,) φαμὲν, ὡς καὶ πολλαχῇ σεσημείωται. ob ultima conf. *Euſtath.* in Il. A. p. 18, 37. p. 55, 46. in Od. Π. p. 606, 53. Od. Υ. p. 727, 1. Male hinc conficeremus, Ἀτίμητον apud *Homero* recentiores idem ſignificaſſe atque Πολυτίμητον, nempe τὸν πολλῆς τιμῆς ἄξιον, *multo honore dignum;* ut Πολυτίμητον interpretari ſolent Grammatici. Crederes ſyllabam eliſam a vicina C.
vocula τὸν, et ſcriptum ab *Euſtathio*, οὐ γὰρ τὸν οὐ πολλῆς τιμῆς ἄξιον· — ſed error deſcribentis in his ſtatui vix poteſt; nam, ubi eadem Homeréus repetit Achilles in Il. Π, 59. eâdem iterum chorda haec oberrant *Euſtathii* p. 1058, 3. Ὅτι ἀτιμότεροι τῶν αὐτοχθόνων ἐδόκουν οἱ Μέτοικοι, ὡς τὰ πολλὰ διὰ μοχθηρίαν τρόπου τὰς ἰδίας καταλείποντες, (ſcribendum, τὰς ἰδίας καταλιπόντες. in *Palaephati* π. Ἀ. c. I. recte Codices exhibent ſcripti, ᾤχοντο φεύγοντες εἰς τὴν ἰδίαν· pro οἰκίαν, vel οἰκείαν· quod frequentius legitur: ἐν ταῖς οἰκείαις reſtitui procul dubio debet *Philoni Iudaeo*, p. 821. A.) καὶ ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον ἄλλως Ἀτίμητον φασὶ τὸν πολυτίμητον, ἤγεν τὸν ὑπὲρ πᾶσαν τιμὴν, καὶ ἀλλαχοῦ δεδήλωται. — Ellipſis qualis eſt in Latinis, *non modo — ſed ne* etc. quaeque in ſimilibus obtinet Graecis, hic fingi nequit. p. 231.
Errorem eſſe ſuſpicor ipſius *Euſtathii*, in his minus attenti. Scribi, ni fallor, debuerat, priore quidem loco: οὐ γὰρ τὸν οὐ πολλῆς τιμῆς ἄξιον, — ἀλλὰ τὸν οὐδεμιᾶς· poſteriore loco, τὸν οὐ πολυτίμητον. Ad Ἄτιμος, et ſimilia, permulta poſſent ex Attico foro diſputari, quae hinc nimis aliena iudicarentur. Ut paucis rem iuvenibus certe ignotam declarem, *quorum famae publico iudicio ignominiae nota eſt inuſta*, ut Romanis *Infames*, in Graecis civitatibus eximie Ἄτιμοι dicebantur; ſed in his ſaepe accidit, ut cauſa damnationis infamiam perpetuam non irrogaret, atque adeo ut ἄτιμοι declarati, in integrum reſtituti, quales ante fuerant, fierent iterum ἐπίτιμοι. exempla dabunt, ne nunc recentiores nominem, oratores antiqui, *Andocides* p. 10, 12. p. 14, 28. B.
Lyſias p. 371, 13. *Lycurgus* p. 153, 9. *Demoſthenes* p. 497, 15. aliique; nobile praebet exemplum *Xeno-*

phon Ἑλλην. II. p. 269, 23. Hac fere potestate nomen Ἄτιμος frequentarunt *Homero* recentiores, et verbum illi incognitum Ἀτιμῶσαι. Optime *Ammonius* Grammat. p. 26, Ἀτιμᾶταί τις ὑπὸ τῶν νόμων ὁλοσχερεῖ ἀτιμίᾳ. *qui* vero ab aliquo *contumeliose tractabatur* dicebatur Ἀτιμάζεσθαι· *Ammon.* Ἀτιμάζεται δὲ ὁ ὑβριζόμενος ἔν τινι πράγματι. Qua peculiari ratione Ἀτίμητος et Ἄτιμος adhibeantur a *Demosthene*, et ab huius adversario *Aeschine*, docebit *Harpocration.* — *Homero* verbum tantum innotuit Ἀτιμάζειν· Ἄτιμος apud *Homerum* dicitur *honore privatus legitimo*, atque adeo *affectus contumelia*, in Il. A. 171, ubi recte redditur Ἄτιμος in Scholiis ἀτιμαζόμενος· idem supra dicebatur v. 119. ἀγέραστος. Schol. ἄνευ τιμῆς. — Ἀτίμητος in Il. I, 644. et in Il. Π. 59. significat *nullo honore dignum*: quales Athenis contumeliosissime habiti censebantur, *οἱ* Μετανάσται *Homero*, ab Athenienſibus dicti Μέτοικοι. atque hoc tandem in locis ſupra poſitis ſignificari debuit ab *Euſtathio*; non Ἀτίμητον ab *Homero* dici, quem Attici dicerent recentiores *οὐ πολυτίμητον*, ſed *nullo prorſus in pretio habendum*, τὸν οὐδεμιᾶς τιμῆς ἄξιον. Qua tandem ratione Atticiſtae diſtinxerint Πολυτιμήτους et Πολυτίμους, nihil huc facit determinaſſe. *Ammonius* iſta diſtinxit ex mente veterum, qui tamen ſaepius et hic ludunt in ambiguo.]

C.

ἀρήτους. Schaef. ad Dionys. p. 203.

Ἀχανής. Ex uſu literae vulgari Ἀχανὲς eſt *non hians, non hiſcens*, atque adeo *mutus*: unius hic ponam verba *Cyrilli* ex Lex. MS. Ἀχανής, ἄλαλος, ἄφωνος, ὁ μὴ κεχηνώς, μὴ διᾶραι τὸ στόμα (οὐ διῆρε τὸ στόμα, *ne hiſcere quidem audebat*, ipſius eſt *Demoſthenis* de Falſa Legat. p. 223, §. 205. p. 245, §. 372. c. Mid. p. 336, §. 122,) δυνάμενος, ἐνεός, ὁ ἐκπεπληγμένος σιωπῇ. ultima eadem praebet *Suidas*; quae tentari non debebant ab *H. Stephano* Schediasm. VI, c. I. — Sed Ἀχανὲς etiam dixerunt *quidquid valde hiaret*, ſive *vaſtum* eſſet et *profundum*: in initio Lexici *Heſychius*: τὸ α — δηλοῖ ψιλούμενον καὶ τὸ μέγα, ὡς τὸ Ἀχανὲς πέλαγος. hunc etiam vocis uſum (ut et alterum) docte confirma-

p. 232. A.

runt *H. Stephanus* in Thes. L. G. IV, p. 332. et *Io. Piersonus* in *Moer. Attic.* p. 59. In *Hegesippi* Comici loco ex Adelphis si legendum est,

πρὸς τὴν θύραν B.
Ἑστήξετ' ἀχανὴς, προςπεπατταλευμένος,
Ἄφωνος·

ut equidem nunc arbitror cum *Piersono*, secus atque ante hos aliquot annos putabam in nota ad *Herodotum* P. 526, 80, vocis tamen interpretationi, quam dedit *Piersonus*, illam *H. Stephani*, tanquam veram, omnino statuo esse anteferendam: *ad ianuam stabit, os magno diducens hiatu: nec enim*, quod vere scribit *Stephanus*, *ibi dici potest de eo qui stupefactus obmutuit*, *ut patet ex ἄφωνος paulo post sequente.* ore autem paulo hiantis imago ad culinam velut adfixo egregie congruit, tanquam scilicet ex mente coqui, non naribus duntaxat, sed et ore suavitatem odorum, qui ex cibis afflabantur, attracturi. C.
— Sive *vastum maris aequor*, seu *camporum patentium*, vocabant βάθος Ἀχανές· in *Luciani* Dialogo I. p. 313. ariete per vastum mare vecta Helle, dicitur ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐκπλαγεῖσα. De *vasto campi longe patentis aequore* legitur apud *Suidam* in Ἀχανὲς πέλαγος καὶ πεδίον, in his Scriptoris mihi quidem ignoti: Τέλματα δύσπορα (ubi insula exstiterat *Atlantis*, ἄπορον esse dicitur καὶ ἀδιερεύνητον πέλαγος, luto quippe et *limo plenum*, in Timaeo *Platonis*, T. III. p. 25. D.) διαδέχεται, καὶ ἐπὶ τούτοις Ἀχανὲς καὶ ἀνέξοδον πεδίον βάθος, ἐν ᾧ μυρίκαι δένδρων μείζους ἐπεπήγεισαν. Postremum illud Graece doctus fatebitur, opinor, mutandum in ἐπεφύκεισαν· ut sensus enasci possit, quem Interpres expressit: hoc vero dignum videbatur notatu, quia vulgo *tenues* erant p. 233. A.
humilesque myricae. — Primo adspectu non satis liquet, ista quid sibi velint *Suidae*, ex Atticista nobis perdito ducta: Ἔρημον ἐμβλέπειν. ἀκίνητον καὶ νωθρόν· οἷον, ὅταν εἰς ἐρημίαν ἢ πέλαγος μέγα καὶ Ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν. Ἀριστοφάνης Πολυείδῳ. *Sopingii* sententiam recte reiicit *Piersonus*; sed *Suidae* notam, sine dubio vitiosam, iuvenis elegantissimus non intellexit. Grammatici ver-

ba fuerunt: ὅταν εἰς ἐρημίαν, ἢ πέλαγος μέγα καὶ ἀχανὲς ἐμβλέπωμεν. Fingamus iam in Polyïdo, qua fabula forſan irridebat *Euripidis* Polyïdum, qui *Sophocléis* magis abſtinuit, *Ariſtophanis* fuiſſe verba, horum certe ſimilia:

— πέλαγος εἰς ἔρημον ἐμβλέπων
— — [ὁ μάντις] ἀκίνητος [μένει,]
Καὶ νωθρός.

B. de Augure haec dici potuere Polyïdo, qui ſtans in Cretae litore proſpectabat in vaſtum mare immobilis, exſpectans an auguralis ales ex terra mare ſupervolaret, an contra hinc devolaret in terram; illinc ſcilicet ratum auſpicium facturus. In *Euripidis* dramate idem augur exclamabat Polyïdus:

Ἔα, ἔα.
Ὁρῶ γ' ἐν ἀκταῖς νομάδα κυματότροφον,
Ἁλιαίετον· τὸν παῖδα χερσεύει μόρος.

haec, quaeque ſequuntur, legi poterunt in Diatribe in *Euripidis* perdit. dramatum Reliquias (p. 201. C.) una cum eius Hippolyto hic vulgata.

C. Quamvis iam nunc nimis forte multa dederim, non tamen omittenda eſt nota huc ſpectans ex *Phrynichi Adpar. Sophiſt. MS.* quem ſervat Cl. *Ruhnkenius:*

Ἀχανὲς, τὸ μὴ ἔχον στέγην ἢ ὄροφον. ἐπὶ τοῦ λαβυρίνθου, Σοφοκλῆς. De Labyrintho Daedaléo in Creta agentium loca veterum permulta collegit *Io. Meurſius* in Creta L. II. c. 2. Illinc tamen intelligi non poteſt, labyrinthum, a *Callimacho* dictum h. in Del. v. 311,

γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθου,

ἕδος fuiſſe, ſive δῶμα, ſeu οἴκημα, μὴ ἔχον στέγην καὶ ὄροφον· quod traditur in iſta nota *Phrynichi*: *domum* iſtam multiplicem, quam innumeris flexibus Minoi ſtruxerat artificioſiſſime Daedalus, *ſine tectis fuiſſe et lacu-*
p. 234. *naribus*, atque adeo *valde hiantem*, Ἀχανὲς, forſan
A. ἕδος vocatam a *Sophocle*; caecos itaque tantum perplexosque fuiſſe *parietes*: Graeci Grammatici verbis deſti-

tutus hoc tamen *Meurſius* diſcere potuiſſet ex loco, quem omiſit, *Virgilii*, Aen. V, 588,

quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
Parietibus textum caecis iter, ancipitemque
Mille viis habuiſſe dolum, qua ſigna ſequendi
Falleret indepreſnſus et irremeabilis error.

Illic a *Servio* Labyrinthus dicitur *factus a Daedalo perplexis parietibus.* hinc ſuum ſumſit, ut ex *Servio* plurima, *perplexis parietibus aedificium*, *Iſidorus* Origin. XV, c. 2. In templis Graecorum *culminis aperta* ſaepe fuere *faſtigia*: apud *Iuſtinum* XXIV, C. VIII, 4. anti- B.
ſtites et vates *adveniſſe Deum clamant*, *eumque ſe vidiſſe deſilientem in templum* (Delphis erat ſcena huius fabulae) *per culminis aperta faſtigia.* Primum Deorum Heroumque ſimulacra ſub dio collocata ſepto tantum erant cincta: περίβολοι tales ἱεροὶ a *Pauſania* ſaepe memorantur: de Aegyptiis *Clemens Alex.* Strom. V. p. 662, 13. τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων οἱ σοφώτατοι τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἕδος ὕπαιθρον ἀφώρισαν.

Καὶ ταῦτα μὲν ἂν μέχρι τούτων.

Nunc redeo ad Theocritéa. C.

Vſ. 7. Τὺ δ' ἑκαστοτέρω ἐμ' ἀποικεῖς.] Illa quidem lectio, quam videntur etiam ſcripti Codices praebuiſſe *Sanctamando*, mihi non tolerabilis, et veriſimilis primum coniectura videbatur *Scaligeri*, probata ab *H. Stephano*, *Salmaſio*, et *Ti. Hemſterhuſio*, qua legunt μεῦ ἀποικεῖς· haec poſterior; prior coniectura fuit *T. H.* ἐμεῦ οἰκεῖς· μοι ἀποικεῖς *vel* μεῦ ἀποικεῖς, adnotaverat in libro ſuo *Salmaſius*, qui μεῦ in Codice poſtea videtur inveniſſe Palatino. — *Reiskius*, *Poteſt etiam*, inquit, *ſalvo metro*, ἐμοῦ ἀποικεῖς *exarari*: qualia ab Editore *Theocriti* hac aetate non exſpectaſſem. —

Mirarer, ſi nemini forma, nusquam alibi lecta, ἑκα-

στοτέρω displicuisset ut minus Graeca. Recordor quidem
p. 235. A. eorum quae de *Sophroneïs* mulierculis ante fuerunt in his chartis disputata p. 201, 202. et per me sane licet, ut obscuriora quaedam huius Mimi referantur ad illud genus: hoc gladiolo, si placet, difficiles etiam nodi nullo negotio poterunt expediri. ego vero nihil puto mulieribus Syracosiis attributum *a Theocrito*, quod, prorsus barbarum, mordaces Alexandrinorum sales provocasset, qui ne a periculosis quidem iocis in viros Principes iaciendis, natura dicaces, se potuerunt continere. Vocem vitiosam arbitror, quae a nullo veterum fuit Grammaticorum memorata; nihil enim me movent *Aemilius Portus*, *Mich. Maittairius*, similesve literatores, qui vocem Ἑκαστοτέρω, ut Poëticam, ex hoc loco retulerunt in suos Indices. Quae videntur hic illic similia, hoc proferuntur tamen ab
B. Atticistis, ut censoria velut ipsorum animadversione notata ne adhibeantur ab antiquitatis studiosis. *Phrynichus*, Κορυφαιότατον, inquit, ἐνεκαλυψάμην εὑρὼν παρὰ Φαβωρίνῳ. Propiora dantur nonnulla: Καλλιώτερον scribere ausus est *Thucydides* p. 306, 29; *Xenophon* aliquoties, Ἐσχατότερα· ut sane mirum non sit, *Paulum* in Epist. ad Ephes. III, 8. scripsisse Ἐλαχιστοτέρῳ πάντων· melior forma, quam ibi dant Codices, mera Paulinae est corruptela. in hunc Apostoli locum apta collegit *Io. Iac. Wetstenius*, plerisque, quos habuit adversarios, Graece multo eruditior; sed illic non valde credulum *Wetstenium* decepit *Eustathius*, ipse, quod saepe solet evenire, deceptus ab eo qui opus contraxit *Athenaei*: Ὀψοφαγίστατος καὶ Βλακίστατος, inquit *Eustath.* in Il. Λ. p. 814, 22. λέγεται κεῖ-
C. σθαι (addubitabat itaque) παρὰ Σοφοκλεῖ. imo vero dici debebant κεῖσθαι παρὰ Ξενοφῶντι· quod *Athenaeus* tradiderat VII, p. 277. D. conditor vero Epitomes (quam vellem nobis Parisinus Graece doctus, quales illic nunc sunt, quos literis nostris gratulamur, nonnulli, totam publicaret:) intermedia quaedam verba male omiserat: vid. *Casaubonus* initio Animadv. in Athen. quo lecto vir Insignis caveri sibi a levi potuisset errore: posuerat ista duo *Xenophon* in Memorab. III, c. XIII, §. 4. Ab his similibusque multum distat — Ἑκαστοτέρω.

Poſtliminio redeat in ſuum locum Ἑκαστέρω. Ἑκαστέρω et Ἑκαστάτω frequentantur inprimis ab *Herodoto*. Sed, hoc reſtituto, non poterunt in ſua ſede manere vicina, ἐμὶ ἀποικεῖς. Non de nihilo Scholion eſt adſcriptum, πόρρω μοι οἰκεῖς. auctor invenit, ſi vera ſuſpicor, caſum tertium, atque adeo fortaſſe, quod nunc genuinum cenſeo: p.236. A.

τὺ δ' ἑκαστέρω ἄμμιν ἀποικεῖς.

tu longius nobis habitas remota: nobis; mihi, meisque; ſive mihi, et huic *Eutychidi*, quam mecum duco comitem: in v. 67. *Schol.* εἰκὸς τὴν Εὐτυχίδα Γοργᾶς εἶναι θεράπαιναν. ut autem ἡμῖν ſaepe pro ἐμοὶ dicitur; ſic et ἄμμι. *Homericum* Παρ' ἄμμι, παρ' ἐμοὶ redditur ab *Heſychio*.

Ἄμμιν, frequentiſſimum in Theocriteis, dicitur Aeolicum; ſcribitur et ἄμμι, ubi hoc ſuavius aures accidit: Dorienſium eſt ἁμὶν ſive ἆμιν· Ionice ſcribentium, et Atticorum Poëtarum, ſi verſus ſecundam brevem poſtulet, ἡμὶν, ſive ἦμιν· hoc attigi in *Eurip.* Phoen. vſ. 773. Quod B. Grammatici Dorienſibus velut proprium dicant, ἁμὶν, vel ἆμιν, ſecunda correpta nusquam, opinor, legitur noſtris in Edd. *Theocr.* aut in Codd. quorum innotuere lectiones; *Euſtathius* tamen invenit in Eid. VII, 135, ubi vulgatur ἄμμιν· quod, ut ſibi conſtet Poëta, reponi poſſet, in tribus ſaltem locis debet, Eid. VII, 11. VIII, 13. XI, 7. XVIII, 28. XXII, 147, 148. *Theocritum* tractaturis iuvenibus uſui futura ponam verba quaedam veteris Grammatici, quae debemus *Euſtathio* in *Hom.* Il. P. p. 1151, 8. Τὸ ἡμῖν Ἄμμι λέγεσιν οἱ Αἰολεῖς, βαρύνοντες αὐτὸ, καὶ συστέλλοντες τὴν λήγεσαν· Ἀπολλώνιος, (Argon. II, 248,)

Ἄμμι γε μὴν νόος ἔνδον ἀτύζεται.

Δωριεῖς δὲ Ἁμὶν, συστέλλοντες τὸ ι καὶ ὀξύνοντες· Θεόκριτος, (VII, 135,)

Πολλαὶ δ' ἁμὶν ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο.

Πολλάκις δὲ καὶ Ἀθηναῖοι προπερισπῶσιν ἐν συστολῇ τοῦ ι. C.
— Σοφοκλῆς· — Φρύνιχος Μύστῃ,

Ἐβελόμην ἂν ἦμιν, ὥσπερ καὶ προτέ.

Qui rerum bonarum ne minutas quidem faſtidimus reliquias, haud aliunde notum, hinc ſaltem ſenarium lucra-

mur Comici veteris ex Myſte: alium ex eadem fabula, quem debemus *Suidae* in Τευτάζειν, eleganter emendat, ad *Timaei* Lex. p. 182, Cl. *Ruhnkenius*. Huius *Apollonius Alexandr.* περὶ Ἀντωνυμίας *MS.* in Sect. περὶ τῆς Ἡμῖν· Ἡ Ἄμιν Δωρικὴ ἐγκλινομένη συστέλλει τὸ ι ἐν οἷς προπερισπᾶται. αἱ γὰρ αμιν τωυτων μέλοι. ὀξυνομένη τε, ἁμὶν δ' ὑπ' αὐλῆς ει μέλος. Ἀλκμάν. in his duae ſaltem voces emendate ſcribuntur μέλοι, et ὀξυνομένη. ex apographo *Iſ. Voſſii* dederunt p. 430. A. μένοι, et ὀξύνομεν· quibus reliqua
p. 237. etiam obſcurantur. *Sophronis*, cuius verba ubique in hoc
A. opere, ſaepe prima, proferuntur in exemplum, haec fuiſſe arbitror:

Αἰ γὰρ ἄμιν τωὐτῶ μέλοι,

nobis utinam res eadem eſſet curae cordique! τωυτῶν Graece ſcribi non potuit; τωὐτῶ idem eſt ac τῷ αὐτῷ, ſive τᾷ αὐτᾷ. — Θεοῖσιν εἰ δίκης μέλει dicatur, cum *Sophocle* Philoct. v. 1033, an δίκη, perinde eſt: ex eadem ſunt cantilena XV,

Οὔ μοι μέλει τὰ Γύγεω· et, Τὸ σήμερον μέλει μοι.

Anacreontéa ſic ſcribenda *Bentlejus* oſtendit in *Horatii* Carm. II. Od. XVII, 14. — *Utinam*, ut ab Atticis Εἴ, plerumque γὰρ adiecto, Ἰωνικῶς et Δωρικῶς ab *Homero* ſcri-
B. bitur aliisque Αἴ γάρ. *Homerum* ſuum in Od. Γ, 205. Υ, 169, ſequutus *Herodotus* Croeſum facit dicentem I, c. 27, Αἴ γὰρ τᾶτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον νησιώτησι. ſive in talibus εἰ γὰρ ſcribatur, ſeu εἴ γὰρ, ſive εἶ γὰρ, nihil arbitror intereſſe: Αἴ probat cum *Suida Toupius* Emend. in *Suid.* III. p. 131; Εἴ, *St. Bergler.* in *Ariſtoph.* Pac. v. 345. ſed et Ei ferri poteſt, *ſi. Virgil.* Aen. VI, 187,

Si nunc ſe nobis ille aureus aethere ramus
Oſtendat nemore in tanto!

notat ibi *Servius*; et iam bene cepit *Guellius*, *Heynius*, V. C. cum εἰ optantis comparavit. — In verbis autem *Alcmanis* literae, male diſtractae in Codice *Apollonii* Pari-
C. ſino, ſi modo coniungantur, dimetrum dabunt iambicum:

Ἁμὶν δ' ὑπαυλήσει μέλος,

Cantantibus tibiâ modos nobis accinet. Λυσιῳδοῖς (vid.

Athen. XIV. p. 620. E. p. 621. C.) ὑπαυλᾶντα dabit *Posidonius Apamensis*, historicus, ap. *Athen.* VI. p. 252. E. Saltator mimus *Luciani* T. II. p. 313. dicitur ἑνὸς τῶν ὑπαυλᾶντων τὸν αὐλὸν ἁρπάσας.

Sed illud omnino non erat praetermittendum, ut ab aliis ἐμοὶ pro ἐμοῦ, ἡμῖν pro ἡμῶν, sic et ἄμμιν a *Theocrito* nonnunquam scribi, ubi ἡμῶν usus vulgaris vel admitteret, vel requireret: Eid. VII, 135.

Πολλαὶ δ' ἄμμιν (ἀμὶν l. *Eust.*) ὕπερθε κατὰ κρατὸς δονέοντο
Αἴγειροι, πτελέαι τε.

Schol. κατὰ τῆς κεφαλῆς ἡμῶν ἐδονοῦντο. Conf. Eid. VII, 145. XV, 76. XXII, 170.

Structura tamen, quod minime diffiteor, usitatior, posceret Ionum, ἑκαστέρω, vel ἑκαστάτω, οἰκέεις ἀπ' ἡμέων· Attica, πόῤῥω, vel μακρὰν ἡμῶν ἀποικεῖς. *Herodot.* I, c. 134. de Persis, τιμῶσι ἐκ πάντων τὰς ἄγχιστα ἑωϋτῶν οἰκέοντας· — ἥκιστα δὲ τὰς ἑωϋτῶν ἑκαστάτω οἰκημένας ἐν τιμῇ ἄγονται· — νομίζοντες τὰς ἑκαστάτω οἰκέοντας ἀπ' ἑωϋτῶν κακίστας εἶναι. Pro ἑωϋτῶν ἑκάστω, ut erat in *Aldi* Codice, sic recte fuit scriptum ex melioribus; quales, si ab *Hippocratis* studiosis excuterentur, id ipsum praeberent; ubi pro vitiato ἑκάστω, scribendum ἑκαστάτω Graece perdoctus *Anutius Foesius* iam suspicabatur Oecon. Hippocr. in v. Ad hoc et alia *Herodoti* nunc addi poterit ex L. VI. p. 488, 71. ἑκαστέρω οἰκέομεν· ex Cod. MS. restitutum a *Wesselingio*; sed in L. III, c. 101. pro vulgato, ἑκαστέρω, scribendum omnino videtur, οὗτοι τῶν Ἰνδῶν ἑκαστάτω τῶν Περσέων οἰκέασι. — Quod ab alio diceretur, τῆς Κορίνθε μακρὰν ἀπῴκεν· a *Sophoclis* dicitur Oedipo Rege v. 1007. p. 238. A. B.

ἡ Κόρινθος ἐξ ἐμοῦ πάλαι
Μακρὰν ἀπῳκεῖτ'.

In *Stobaei* Excerptis de Rerum Nat. *Grotius* hanc etiam ut incerti ῥῆσιν ex MS. Parisino primus vulgavit p. 127. quam *Sophoclis* esse iudico, et sic ex Codice MS. legendam:

Δοκεῖς τὰ [τῶν] θεῶν ξυνετὰ νικῆσαί ποτε,
Καὶ τὴν Δίκην που μακρὰν ἀπῳκίσθαι βροτῶν;

Audacter et tanquam Sophista *Philostratus* in Icon. p. 775. f. ἐλάται — ἀποικοῦσι τῶν πεδίων, ὡς ἐν τοῖς ὄρεσι
C. ῥᾷον αὐξανόμεναι τὸ ἄνω. ultima, quae *Olearius* loco deiecerat, sic scribit *Toupius* Animadv. in *Schol.* ad *Theocr.* Eid. VIII, 51.

Sed Ἀποικεῖν τινὸς significare etiam potuit *alicunde longe remotum esse.* Haec interdum vis est praepositionis in Ἀποκαθεύδειν· Ἀποκεῖσθαι· Ἀπογενέσθαι. Ultimum hoc est *Thucydidis* I, c. 39, p. 30, 50. τῶν ἁμαρτημάτων ἀπογενόμενοι τῆς ἀφ' ἡμῶν αἰτίας τὸ ἴσον ἕξετε. accuratissimus in talibus *H. Stephanus* dubitabat, an non scribi deberet τῶν ἁμαρτ. ἄπο γενόμενοι. Apud *Suidam* legitur τοῦ κινδύνου ἄπο ἐγένετο, ubi Ἄπο redditur πόῤῥω, μακράν. Legitur in *Aeschinis* Or. c. Ctesiph. p. 68, 1. ἀπαγαγὼν ὑμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος· quibus vox ἄπωθεν eximenda est, supra voculam ἀπὸ olim scripta ut interpretamentum:
p. 239. A. *Demosth.* c. Timocratem p. 442, §. 9. βέλομαι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς ειπεῖν· ἔσται δὲ ταῦτα οὐκ ἀπὸ τοῦ πράγματος. *Harpocration:* Ἀπὸ τοῦ πράγματος, ἀντὶ τοῦ ἄπωθεν· Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος. nihil hic ab ullo fuit adnotatum; ubi error est sive ipsius *Harpocrationis*, seu librarii: non enim in hac leguntur oratione verba, sed in ea quam dicebam κατὰ Τιμοκράτους. — Illud vero multis, sat scio, novum, hic saltem occurret inexspecatum; in istis duabus orationibus, quas primas omnium scripsisse *Demosthenes* videtur, integras paginas legi ad verbum paene easdem: comparet quis in Ed. *Lambini* Parisina p. 394 — 396. p. 398. a §. 113. p. 399, 400. ad pag. 472. §. 254. — ad 476. §. 293. et verum esse deprehendet quod dicebam· tum nobilem utramque causam cognoscat; eumdem videbit Timocratis atque Androtionis, cum Euctemone, accusa-
B. torem Diodorum: Auctor argum. Or. c. Andr. p. 381. in fine, ὁ Διόδωρος, inquit, ἰδιώτης ὤν, ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Δημοσθένους τὸν παρόντα λόγον· καὶ ἔστι δευτερολογία· primus verba fecerat, ut Diodoro maior aetate, Euctemon; huius fuit ἡ πρωτολογία. Orationis c. Timocr. sic orditur argumentum *Libanius*: Διόδωρος μὲν κἀνταῦθα ὁ κατήγορος. — Super his duabus Orationibus multa dici possent, et variorum errores, ipsius etiam *H. Valesii*, corrigi. Nunc unius

modo *Gellii* verba adſcribam, ut leve illis mendum eximam: is N. A. XV, c. 28. *Illud*, ait, *ab utriusque Oratoris ſtudioſis animadverſum et ſcriptum eſt, quod Demoſthenes et Cicero pari aetate illuſtriſſimas orationes in cauſis dixerint; alter* κατὰ Ἀνδροτίωνος καὶ κατὰ Τιμοκράτους, *ſeptem et viginti annos natus; alter anno minor pro P. Quintio; ſeptimoque et viceſimo pro Sexto Roſcio.* Quid obſecro ſibi vult iſta forma loquendi, *orationes in* C.
cauſis dicere, et quidem *illuſtriſſimas?* una litera mutata vocem *Gellii* reſtituet; dederat enim: *quod — pari aetate illuſtriſſimis orationes in cauſis dixerint*: quin tales fuerint iſtae quatuor cauſae, quin adeoque vera ſit mea levis correctio, nemo rerum ſciens dubitabit: *Ciceronis* amabilis ille ſenex *M. Cato*, de Senect. c. XI, *Septimus*, inquit, *mihi Originum liber eſt in manibus: omnia antiquitatis monumenta colligo: cauſarum illuſtrium, quascunque defendi, nunc quammaxime conficio orationes.*

VI. 8. Ταῦτ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γᾶς ἔλαβ' ἐνθών,] Huc mecum *in extremum orbis terrarum cum veniſſet, hanc iſte fatuus emit* (vel *conduxit*) *aediculam*, a tuis adeo aedibus remotam, *ut ne nos eſſemus vicinae,* p 240
ὅπως μὴ γειτονες ὦμες. In hunc mihi ſenſum verba vi- A.
dentur accipienda, quae longe aliter viri ceperunt eruditiſſimi. *H. Stephanus* in hunc locum, „quod ſequitur, „ait, ἐπ' ἔσχατα γῆς, reſpondet hyperbolae noſtrae prover„biali in eadem re: *Il eſt venu demeurer au bout du mon„de*, de eo qui aedes habet in ultima parte urbis." — *Tou„pius* in Epiſt. ad *Wartonum*,

„ἔσχατα, inquit, γῆς, eſt extrema pars urbis et ab „aula remota."

Haec ut vera crederemus, uno ſaltem Scriptoris idonei loco deberent adfirmari. *Thucydides* VIII, c. 95. aedium mentionem facit in extrema urbis parte ſitarum, τῶν ἐπ' ἔσχατα τοῦ ἄστεος οἰκιῶν. ubi ſcribi olim potuit τῶν ἐπ' ἐσχατιᾷ τοῦ ἄστ. οἰκιῶν. Quae vero dicuntur αἱ ἐσχατιαὶ τῆς οἰκουμένης apud *Athen.* VI, p. 233. D. in verſu *Theocriti* B.
mihi dicta videntur ἔσχατα γᾶς, a muliercula Syracoſia; cui ex Sicilia Alexandriam nave devectae, cur, obſecro,

miraremur Aegyptum dictam ἔσχατα γᾶς, qui in Alexandrinorum Iudaeorum Graecis, quae fecerunt de Hebraicis, ſaepenumero leginus ἀπ' ἐσχάτε τῆς γῆς, et ἕως ἐσχάτε τῆς γῆς; Hoc primum erat.

Deinde verbum Ἔλαβε, me iudice, minus bene reddiderunt, *occupavit*. *Scholiaſtes* interpretatur, ἐμισθώσατο, *conduxit*: reddi etiam potuit *emit*: recte paulo poſt id ipſum verbum ſic interpretatur Grammaticus: in v. 20. Ἑπτὰ δραχμᾶν

Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές.

Schol. Ἑπτὰ δραχμῶν ἠγόρασε ἑ ποκάρια; verbum Λαβεῖν *emendi* ſenſu adhibuiſſe *Ariſtotelem* adnotavit, ne libro
C. quidem deſignato, *H. Stephanus*, nihil praeterea, Theſ. L. G. II. p. 555. D. *Photius* in *Lex. MS.* Λαβὼν, κυρίως καὶ ἀγοράσας, καὶ μισθωσάμενος. Qui fingitur nuper adeo Alexandriam veniſſe cum uxore et familia non numeroſa Dinon, forſan ut mercaturâ facienda rem quaereret, plerisque potius aedes videbitur μισθωσάμενος, quam quidem ὠνησάμενος. ſed hoc tamen inprimis ſignificatu verbum Λαβεῖν in ſermone familiari ſuſpicor fuiſſe tritum: in libris plerisque veterum ſermo viget eruditorum: ut ex. gr. δραχμῆς τι λαμβάνειν ſignificabat *drachma aliquid* πρίασθαι, *emere*; dicebatur in eumdem ſenſum, quod ad linguam patriam attendenti mirum non accidet, ἔδωκα τέτε δραχμήν. vid. inſignis locus *Xenophontis* in iis notulis,
p 241. A. quas in uſum tironum ſcripſi in Eid. I, 57. cum illas ſcribebam non ſane putans fore, ut in unum Eid. a me multa etiam doctis exigenda ſcriberentur.

— ἔδωκα ταύτης δύ' ὀβολὰς,

legitur in loco ex *Alexidis* Ἀπεγλαυκωμένῳ, *Athen.* III. p. 117. F. in quo, cum his proxima nondum emendari potuerint, verſus qui praeceſſit: Λέγε τῶν ἐχίνων ὀβολός. ἀγνεύεις ἔτι· ſincerus erit, ſi ſic ſcribatur: Θὲς τῶν ἐχίνων — vel potius,

A. Θὲς τοῖς ἐχίνοις ὀβολόν. B. Ἀγνεύεις ἔτι.

Echinis obolum pone: quo ſenſu *Terentius* dixit Phorm. IV, 3, 62.

His rebus alias pone ſane, inquit, decem (minas.)

In fine huius ῥήσεως legitur Προσθὲς τὸν οἶνον· *Adpone* ceteris, vel *refer* tandem *in rationes, vinum.* τίθημι ſic bis adhibetur ab ipſo *Demoſthene* I. c. Aphob. p. 502, §. 26, et 34. Ubi *Luciani* Mercurius I, p. 341. τίθει, ait, πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολὲς δύο. vid. notam *T. H.* Verbum Λαβεῖν *vendendi* ſenſu legitur in loco eleganti ex eadem *Alexidis* ſabula ibid. VI, p. 224. F. quem hac ratione ſcribendum iudico: B.

Ἐὰν δ' ἐρωτήσαις, πόσα τὰς κεστρέας
Πωλεῖς, δύ' ὄντας; δέκ' ὀβολῶν, φησί. βαρύ·
Ὀκτὼ λάβοις ἄν; εἴπερ ὠνῇ τὸν ἕτερον.
Ὦ τᾶν λάβε, καὶ μὴ παίζε γ' ἃς ἀ δεῖ· τρέχε.
Ταῦτ' ἀχὶ πικρότερ' ἐστὶν αὐτῆς τῆς χολῆς;

verſuum paene ultimum, in Edd. ſcriptum Ὦ τὰν λ. κ. μ. π. τὰς ἀ δεῖ παράτρεχε· ſic mutavit *Grotius* in Exc. p. 561. ut (ἃς ἀ) ſpondéum admiſerit in ſedem quartam; ego, τρέχε poſito, vitium me puto perſanaſſe. C.

Nunc forma vocis, nusquam vel ab aliis, vel a me, niſi hoc in loco *Theocriti*, reperta, Πάραρος, ſic pertractari poterit, ut eâdem opellâ ſua luce alia quaedam paulo obſcuriora communiantur. Ab interprete *Theocriti* Πάραρος reddi potuit *demens*, quia haec proſtabant in Scholiis: Πάραρος, ὁ παρηρτημένος τὴν γνώμην, ὁ ἀνάρμοστος, ὁ ἀχρήσιμος καὶ μάταιος. ἐκ μεταφορᾶς τῶν παρηόρων (παρήορων eſt in Ed. prima Schol. Romana) ἵππων, οἵτινες τῷ ζυγῷ ἀ χρησιμεύουσιν. A ſe relatum in Lexicon Doricum, Πάραρος, vocabulum rectius Doricum dixiſſet *Aem. Portus*, quam Poët. nec, quantumvis hic in Scholiis reddatur ἀνάρμοστος, ab *Henr. Stephano*, hac etiam in voce Grammaticos ſequuto, ad verbum Ἄρω, *apto*, tanquam originem referri debuerat, Theſ. L. G. I. p. 565. A. p. 242. A. Illinc verbum ductum Παραρεῖν, (quod *Heſychius* exponit φληναφεῖν,) atque illud olim putabam adhibitum ab *Eupolide*: ω Ἡρω. III. 76. ſed in Attica ῥήσει ex *Eupolidis* comoedia Παραρεῖν, ſi fuiſſet in uſu, locum non inveniſſet: neque adeo tentari debuerat *Eupolidis* verſus, in *Stobaei* Floril. p. 53. ultimus:

Μαίνεταί τε, καὶ παραῤῥεῖ τῶν φρενῶν, τῷ σῷ λόγῳ.

Hesychius primum scribere debuit: Παραῤῥεῖν, φληναφεῖν. Illud Παραῤῥεῖν τῶν φρενῶν (a quo hoc quoque longe diversum est *Persii* III, 20. — *effluis amens*) comparari quodammodo cum *Herodoti* potest ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν III,
B. c. 155. *Theocriti*, τᾶς φρενὸς ἐκπεπότασαι, II, 19. XI, 72. similibusve. haec tamen adeo sunt finitima, ut, me iudice, πάραρος τᾶν φρενῶν *Sophronem* vel *Epicharmum* non dedeceret — Deinde facile liquet, τὸ Πάραρος ex Παράορος contractum; idem Ionicum esse Παρήορος, sive παρήορος. in multis neglectum, subscriptum illud Ἰῶτα commode monstrat originem. In his ferme tantum utar optimo veterum formarum custode *Hesychio:* huius ista suis singula locis leguntur:

Παράορος, σειραφόρος.

Παρήθρει, παρηωρεῖτο. (legitur p. 883, 23.) scribendum videtur Παρηόρει, vel παρηώρει· quod *Plutarcho* restituit *Moys. Solanus* T. III, p. 352, 16.

Παρήορος, ὁ παραιωρούμενος, ἄφρων. καὶ ἵππος ὁ Παράσειρος, ὁ ἐκ τοῦ (ἐκτὸς τοῦ corrigunt) ἅρματος τρέχων.

Παρηρία, μωρία.

C. Παρηρὸς, ὁ μωρός.

Qui ad Theocritéum Πάραρος rite attendisset, huic ultima Παρηρὸς et Παρηρία non fuissent suspecta: sic ab *Hesychio* certe scripta, monstrat proxime praecedens Παρηπαφεν. Quia Editio Oxon. *Wartoni* hic in paucorum est manibus, ne *Toupium* sua laude fraudare velle videar, cuius ingenium atque eruditionem facio sane maximi, quemque hac qua vivimus aetate in Anglia tamen natum his literis gratulor, ponam eius verba quaedam ex Epist. ad *Warton. Theocr.* T. II. p. 328. In hunc itaque locum, „Scribe, inquit, ὁ πάραρος. *homo fatuus et immorigerus.* „Idem Πάραρος et Πάρηρος, Παράορος et Παρήορος. ἀπὸ τοῦ „Αἰωρεῖν scilicet. — Dicitur autem Παρέωρος et Παρήορος,
p.243. „ut Μετέωρος et Μετήορος. et notanda vox. nam alibi fru-
A. „stra quaeras." Istis vero interiecta, partim omissa si fuissent, non desiderassem. Notas ad *Hesych.* in Ἀελλόθριξ indicat *Io. Alberti* ad v. Παρήορος· illic Grammaticus scripsisse

pſiſſe videtur πυῤῥὰς καὶ συνεχεῖς ἔχεσα τὰς τρίχας. vocem rariorem παρηόρας, nedum παρεώρας nusquam lectam, non adhibuiſſet, opinor, Grammaticus, nec certe iunxiſſet cum voce συνεχεῖς. *Dionyſ. Halic.*, (cuius verba profert et *Toupius*) A. R. VII, p. 462, de trigis agens Romanorum in ludis Circenſibus, atque hoc more ducto ab *Homeri* heroibus, δυσὶν, inquit, ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρείπετο Σειραῖος ἵππος ἐυτῆρσι συνεχόμενος, ὃν ἀπὸ τȣ̃ παρηωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι (legi poterit ἐκ ἐζεῦχθαι, vel cum *Toupio* ἐ συνεζεῦχθαι) παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Illic μὴ συνεζεῦχθαι *Valeſio* pla- B. cebat in notas *Mauſſ.* ad *Harpocr.* p. 233. παρεζεῦχθαι, *Sylburgio.* — Unus in triga, duo erant in quadriga Σειραῖοι dicti, vel Σειραφόροι, ſive Παρήοροι. erroribus non vacant de his docte ſcripta a *Iano Rutgerſio* (in locum *Sophoclis* Elec. v. 724.) V. L. I, c. X. *Ez. Spanhemio* in *Ariſtoph.* Nub. v. 122. *Ger. Langbaenio* ad *Longin.* π. Ὕ. p. 110. quibuscum conf. *Sylburgii* adnotat. ad locum *Dionyſ. Halic.* Quod ad *Heſychii* Παράορος, σειραφόρος· adſcripſit ex Lex. Reg. *Io. Alberti*, Παράορι, χαῦνοι, ἢ παραφύλακες. omitti debuerat: οἱ χαῦνοι dici etiam potuere Παρήοροι· ſed οἱ παραφύλακες dicti Παράορι nihil habent cum iſtis commune. — Παρήοροι nusquam, ut equidem arbitror, dicti fuere παρέωροι. nusquam etiam invenientur (niſi vitioſe) per ε ſcriptae voces, a Poëtis ſervatae, Ἀπήο- C. ρος· Ἐπήορος· Κατήορος· Συνήορος. unicum ex hoc genere Μετέωρος in ſermonem fuit communem receptum; nec mirum, cum non tantum Αἰώρα, ſed et olim in uſu fuerit Ἐώρα. ſic ſcripſerint interdum veteres, an ſemper αἰώρα, ex Lexicographis intelligi nequit; ſed verſus modulus declarat, ſcripſiſſe *Sophoclem* in Oedipode Tyr. v. 1273. ſicut vulgatur:

> Οὔ δὴ κρεμαστὴν τὴν γυναῖκ' ἐσείδομεν,
> Πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην. —

Putant quidem viri doctiſſimi, αι ab Attico Poëta, conſonante litera ſequente, potuiſſe corripi; ego ne vocali quidem ſequente diphthongum αι a *Sophocle* correptam ſtatuo; atque adeo hic ἐώρα ab illo ſcribi debuiſſe: *Euſtath.*

in Il. Γ. p. 295, 9. Ὅτι ἡ Αἰώρα καὶ διὰ τȣ̃ ε ψιλȣ̃ ἔχει τὴν ἄρχȣσαν, — δηλοῖ ȣ̓ μόνον τὸ,

p. 244. A. Πλεκταῖς ἐώραις ἐμπεπλεγμένην.

ἀλλὰ καὶ τὸ Μετέωρος. — Frequenter quidem Μετήορος apud Poëtas occurrit; nec tamen Doricum memini me legere Μετάορος· nedum Μέταρος. adeo in his etiam usus dominatur. Πεδάορον tamen, Aeolicum, pro μετάορον, sive μετήορον, invenitur: et vix dubitari potest, quin scripserit *Alcaeus*:

ἄμμεσιν πεδάορον.

ubi in Excerptis ex *Apollonio Dysc.* p. 430. B. παιδάορον vulgatur, in Codice Reg. Paris scriptum legitur παιδα ορον. ut vocem istam vitiose scriptam invenit in Lexico veteri, recepit in suum *Hesychius*, Πελλύρον. emendate scribi debuerat Πεδάορον, μετέωρον. *Aeschylo*, qui talia etiam B. ausus est adhibere, quod restitueram in Choëph. v. 588. λαμπάδες πεδάοροι, video *Stanlejo* iam in mentem venisse; ubi *Pauwii* prostat absurda coniectura. Pro Πεδάορον, unus, ut opinor, *Nicander* scripsit Πεδήορον in Ther. v. 729. vim vocis recte reddidit doctus *Nicandri Scholiasta*, sed vocem a πέδον ortam credidit p. 34, v. 12. Πεδήορον, ait, ὑψηλὸν, ἐκ τȣ̃ πέδȣ μετέωρον καὶ ἐκκρεμές.

Sed, ut me his tandem Dialectorum, si quis ita velit, tricis, ad intelligendos tamen Poëtas omnino excutiendis, expediam, satis nunc erit vim vocis formaeque *Theocriti* Doricae Πάραρος, ex Ionica Παρήορος, et huius usu figurato simillimo paucis adhuc illustrasse. — *Homeri* locus est insignis in Il. Ψ, sed, ut intelligatur, paulo altius repeten- C. dus: in equestri certamine, qua aetate suus adhuc erat uni virtuti locus, et ne adversario quidem superando licebat uti dolo, superaverat Menelaum, florentem aetate, iunior Antilochus,

Κέρδεσιν, ἔτι τάχει γε, παρκφθάμενος Μενέλαον,

v. 515. hac iniuria vehementer exardescens Menelaus, Ἀντίλοχε, dixit, v. 570.

Ἀντίλοχε, πρόσθεν πεπνυμένε, ποῖον ἔρεξας;

Prudenter Menelao, et Regi, et amico, et, quamvis adhuc aetate floreret virili, ſe tamen natu multo maiori, errorem iuvenilem blandis verbis factisque excuſat *Homeri* Neſtorides v. 587.

Ἄνσχεο νῦν· πολλὸν γὰρ ἔγωγε νεώτερός εἰμι p. 245.
Σεῖο, ἄναξ Μενέλαε· σὺ δὲ, πρότερος καὶ ἀρείων, A.
Οἶσθ', οἷαι νέκ ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθεσι·
Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Culpam faſſo praebet amico ſe mox placabilem Menelaus; ita tamen, ut ſemel adhuc ipſi levitatem iuvenilem lenioribus verbis obiiciat v. 602. quem verſum ex more *Homeri* cum *Barneſio* (neque enim Poëtis licuit cuivis promiſcue caeſurae moram indere;) ſcribendum cenſeo:

Ἀντίλοχ', ἦ νῦν μέντοι ἐγὼν ὑποείξομαι αὐτὸς
Χωόμενος· ἐπεὶ οὔτι παρῄορος, ἀδ' ἀεσίφρων
Ἦσθα πάρος· νῦν αὖτε νόον νίκησε νεαίη.

Omnibus reliquis Poëta divinior de centenis voces hic ſe- B.
legit aptiſſimas, quibus irati Menelai de amico, quem magni fecerat, ſententiam explicaret: ὑποείξομαι et νεαίη alibi locorum in eius carmine non reperiuntur; non alibi in hunc ſenſum παρῄορος, hic inprimis conveniens. Callide fecerat Antilochus, ut equi Menelai in currendo de recto tramite declinare debuerint, atque hinc tardius ad metam pervenire: in hoc dolo virtutem et prudentiam Antilochi virilem iuvenilis vincendi cupiditas, Menelao iudice, caecaverat; — νόον νίκησε νεαίη. πάρος, inquit *Euſtathius* p. 1439, 12. μὴ ὄντα σε ἄφρονα νῦν ἡ νεότης ἐνίκησεν. poteratque adeo, qui ante habuerat πραπίδας πυκινῶς ἀραρυίας, *mentis ſenilem ſolide compactae ſapientiam*, (quam Hebraei ob eam vocant rationem חכמה. vid. *Alb. Schultens* de Defect. L. Hebr. §. CCX. et ſeqq. ad *Salom.* Prov. X, 8 ubi C.
eleganter opponuntur חכם לב et איל לב) tum videri levitatem habuiſſe iuvenilem; atque inſtar equi σκληροστόμου, *freno non obſequentis*, et παρῄορον, a iugalibus *male evagantis*, ipſemet fuiſſe παρῄορος. aptiſſimum habet in hac re verbum *exerrandi Statius* Theb. VI, 444.

non cohibente magistro
Spargitur in gyros, dexterque exerrat Arion.

distichon *Ian. Rutgers.* V. L. I, c. X, adhibet *Ausonii*, ex Epitaphio equi admirabilis, inter eius Epitaphia XXXV, p. 212.

Pegasus hinc dexter currat tibi; laevus Arion
Funis eat.

id est, eat dexter dextro ingali *funarius*, παρήορος. *Lora*,
p.246. quibus funales continebantur, adpellatione propria Παρηο-
A. ρίας vocat *Homerus* Il. Θ, 87. Π, 152. — In figurato autem significatu vocis Παρήορος tradendo luculentus est *Eustathii* commentarius in Il. Ψ. p. 1439, 13 — 23. sed *Homeri* Παρήορος, et Πάραρος *Theocriti*, ipsi, ut et aliis, videntur diversissimae originis vocabula: haec optima mihi videtur interpretatio, quam dat *Etymologus M.* p. 653, 49. Παρήορος — καὶ ὁ μὴ κατὰ χώραν (vid. *L. Kuster.* ad *Hesych.* Ἐν πείσῃ. p. 1255.) ἔχων ἀραρυίας τὰς φρένας, ἀλλ' αἰωρεμένας, οἱονεὶ ὁ ἄφρων. — De Αἰώρα, et verbo Αἰωρεῖσθαι, quod saepe vitiatum latet, nostrae vocis origine, eiusque vi propria et figurata, quae dici possent me nimis diu detinerent. Proprie vocem ἐώρα supra vidimus a *Sophocle* positam: proprio sensu verbum adhibuit αἰωρεῖσθαι *Archias* in Antholog. III, c. VIII, ep. 3. *Pausanias* X.
B. p. 869. ubi Phaedram, quae, sicut Sophoclea Iocaste, suspendio vitam finierat, pinxisse dicitur Polygnotus, τό, τε ἄλλο σῶμα αἰωρεμένην ἐν σειρᾷ, καὶ ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἑκατέρωθεν τῆς σειρᾶς ἐχομένην, *ut reliquum corpus in fune oscillaret, ambae manus funem tenaciter utrimque tenerent:* notat ibi *Kuhnius;* docta quoque *Hadr. Iunius* in laborioso libello, Nomenclat. in v. *Oscillum. Macrobius Gronovii* p. 220. *oscilla* memorat, *ad humanam effigiem arte simulata.* p. 232. *sigillaria*, (νευρόσπαστα,) *quae lusum reptanti adhuc infantiae oscillis fictilibus praebent.* p. 241. *Pelasgos* dicit — *coepisse Saturno — oscilla quaedam pro suis* (leg. *huis*, id est *humanis*) *capitibus ferre.* Αἰωρεῖσθαι pr. notat *oscillo iactari;* hinc pendet multiplex usus verbi simplicis et compositorum; inter quae Πα-

ραιωρεῖσθαι, primitus ſcriptum Παραιορεῖν, proximum accedit ad Παρήορος. — *Theocriti* Πάραρος, *Homero* Παρήορος, plene dicitur ab *Archilocho* νόου παρήορος, *a ſana mente aberrans.* Hos etiam quinque Trochaïcos *Archilochi* nobis ſervavit in Florileg. *Stobaeus*, *Gesneri* p. 561, 50. *Grotii* p. 437, exigua mutatione ſic emendate ſcribendos: C.

Τοῖς θεοῖσι πάντα τίθει· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
Ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί.
Πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
Ὑπτίους κλίνουσ'. ἔπειτα πολλὰ γίγνεται κακά·
Καὶ βίος χρήζων πλανᾶται, καὶ νόος παρήορος.

Mitto reliqua: in ultimo horum verſum βίος χρήζων, recte emendatum a *Gesnero*, probavit *Grotius:* Galatea Euryti filia nupſiſſe dicitur apud *Antonin. Liberal.* libelli minime vulgaria complectentis cap. XVII, Pandionis F. Lampro, τὰ μὲν εἰς γένος εὖ ἔχοντι, βίος δὲ ἐνδεεῖ. ἐνδεεῖς βίος memorat etiam *Leonidas* in *Anthol.* III. C. XX. Ep. 3. talis βίος χρήζων dicitur ab *Archilocho;* hic praeterea νόος παρήορος. et occurrunt ſaepenumero, in quos torqueri poſſit *Stilponis* (*Diogen. Laërt.* II, 118.) iocus ex ambiguo, ab illo iactus in *Crateta:* δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου ΚΑΙΝΟΥ. — In iſto *Archilochi* verſu nollem adeo literarum inſtitiſſet veſtigiis *Fred. Lud. Abreſchius* in Dilucid. *Thucyd.* p. 778. ut vocem nobis illuc immiſſam voluerit χρήμη· quam poni potuiſſe putabat pro χρείᾳ· σπάνει. Qui id unus tradidit, *Suidas* virum literatiſſimum in hunc induxit errorem: quem praecaviſſet adhibitus ſive *H. Stephanus*, ſeu *Aem. Portus* in Lex. Ion. Nugax libellus de vita *Homeri*, ſub *Herodoti* nomine vulgatus, ſed, mea quidem ſententia, a Sophiſta quodam pauperculo ſcriptus ingenii exercendi gratia, vid. ex Ed. *Weſſ.* P. 751, 81. et 93. *Suidae* locus in Χρήμη me non tenebit. Unius tandem *Euſtathii* quaedam deſcribam, ad Theocriteum Πάραρος interpretandum poſita in Il. Ψ, p. 1439, 18. Ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ Πάραρος δηλοῖ μὲν ὅπερ καὶ ὁ ἐνταῦθα Παρήορος. γίνεται δὲ οὐ παρὰ τὸ Ἀείρω, ἀλλὰ παρὰ τὸ Ἄρω, τὸ ἁρμόζω· οἱονεὶ ὁ παρηρμοσμένος· ὁ μὴ συνέχειαν ἔχων· ὁ μὴ πυκινός· ὁ μὴ φρενήρης· ὁ ἀραιὸς τὸν νοῦν. P. 247. A. B.

VI 9. Ἰλεὸν, ἂν οἴκησιν] Praxinoë, quas maritus *conduxerat*, vel *emerat*, aediculas, Ἰλεὸν vocat, οὐκ οἴκησιν, *ſerpentis latibulum*, ſive *volutabrum*, non hominis *habitaculum*. Recte *Scholiaſta*, Ἰλεὸν, inquit, λέγεσι τὸν φω-
C. λεὸν, ἀπὸ τῆ τὰ ἑρπετὰ ἐν αὐτῷ εἰλεῖσθαι. cubilia ſcilicet, in quae ſpiris ſe contractis et convolutis abdebant ſerpentes, tanquam ipſorum ἕλυτρα, dicuntur etiam a Poëtis Ἰλεοὶ, et Εἰλυοί. Unius verbi, ſignificantis *volvo*, formae tantum erant diverſae, Ἴλω, Ἴλλω· Ἰλύω· Ἔλω, Ἔλλω· Ἰλέω· Ἑλέω, Ἑλύω· Εἰλίω, Εἰλέω, Εἰλύω. exquiſita quaedam *Hemſterhuſii* publicavit amicus Clariſſ. ad *Timaei* Lex. p. 52. Ab εἰλέω, ἰλέω, ἰλύω, et εἰλύω, proxima ſuperſunt derivata, Εἰλεὸς, Ἰλεὸς, Ἰλυὸς, et Εἰλυός. hae formae pronunciantur υ producto, ſed perinde eſt, Εἰλεὸς ſcribatur an Ἰλεός. Utrumque ſic recte ſcriptum ſuis locis proſtat apud *Heſychium*; ſed harum etiam vocum vitioſa ſcriptio, Εἴελος, et Ἴελος, in iſtam fuit utiliſſimam farraginem recepta: Ἰλεὸς, inquit, θηρίε φωλεός. τίθεται ἡ λέ-
p. 248. A. ξις καὶ ἐπὶ ἀλωπέκων· (de vulpium nempe *cubili*:) ἢ ὁ τῶν ἐντέρων σπαραγμός. male legitur παραγμὸς in Ἴελος· recte στρόφος, in v. Εἰλεός. Quae veteribus Romanis etiam *vermina*, poſtea *tormina* dicebantur, ex contractis inteſtinorum involucris orta, a veteribus medicis Gr. Εἰλεοὶ, a recentioribus etiam στρόφοι dicebantur; quorum hoc ipſe adhibet *Athenaeus* III. p. 116. A. et apud hunc medicus *Philotimus* III. p. 79. D. conf. *T. H.* in *Ariſtoph.* Plut. v. 1162. et *Foeſius* Oecon. *Hippocr.* in v. Εἰλεὸς, et in v. Στρόφος. A *ferarum luſtris* χωρίον mihi dictum videtur Εἰλεοὶ apud *Pauſan.* II. p. 192. v. 9. Ex eodem *Pauſania* commodum mihi veniunt in mentem duo de filiis Lycaonis Arcadis, dicti, L. VIII. p. 602, 6. Τραπεζεὺς καὶ Ἐλεάτας. hi non occurrebant *Hemſterhuſio* in *Lucian.* I. p. 371. *menſam coqui* tractanti dictam τἐλεὸν, ab *Homero* ἐλεὲς,
E. ab aliis etiam εἰλεόν. *Euſtath.* in Od. Ξ. p. 553, 24. ἐκ τέτε Ἐλέατρος, παρὰ τοῖς ὕστερον ὁ δαιτρός· — δῆλον δ' ὅτι ὁ Ἐλεὸς καὶ Εἰλεὸς λέγεται. menſa coquinaria dubium nullum eſt quin ſic dicta fuerit, quia *verſatilis* erat et *rotatilis*, ab Ἑλέω, *volvo*.

Serpentis *latibulum*, praeterquam apud *Heſych.* nus-

quam alibi legi vocatum Ἰλεὸν nisi hoc uno loco *Theocriti*: Ἰλυὸν vero, vel Εἰλυὸν dixerunt *Callimachus*, *Apollonius Rhodius*, et *Nicander*: *Apollonii* locus est Arg. I, 1144. *Nicandri* versus profert Auctor *Etymol. M.* p. 299, 45. Εἰλυὸς, inquit, καὶ Εἰλυθμὸς, σημαίνει τὴν κατάδυσιν, τὸν φωλεόν. Νίκανδρος, Ὅς τε κ. τ. λ. quae, illic etiam vitiata, mendosa vulgantur in Theriacis v. 283, adscribam emendata, partim a *R. Bentlejo*, cuius viri Summi in *Nicandri* saltem Theriaca feliciter ad me pervenerunt centenae correctiones: C.

Σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμορῥόος αὐτίκ' ἐνίψω,
Ὅς τε κατ' εἰλυὲς πετρώδεας ἐνδυκὲς αἰεὶ,
Τρηχὺν ὑφ' ἅρπεζον, θαλάμην ὀλιγήεα τεύχων,
Ἔνθ' εἰλυθμὸν ἔχεσκεν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο φορβῆς.

In his, pro αἱμόῤῥοος· ἐνίσπω· (v. 283.) εἰλυθμὲς, emendata sunt a *Bentlejo*; cui v. 284 pro Τρηχῷ ὑπάρπεζον, Τρηχὺν ὑφ' ἅρπεζαν tribuitur in apographo correctionum, quem nactus sum: ego, v. 283, pro ἐνδυκὲς αὔει, emendavi ἐνδυκὲς αἰεί. non tantum *Homericum* dat Ἐνδυκέως *Hesychius*, de quo *Henr. Stephanus* egit in Ind. Thes. sed et Ἐνδυκὲς, συνεχὲς, — ἐπιμελές. *Apollonio Rhod.* I, 883. pro Ἐνδυκέως, recte *Rutgersius* Ἐνδυκὲς restituit Var. L. V, c. XI. idem significans — συνεχὲς αἰεὶ scripsit *Homerus* p. 249. A. in Od. I, 74. usitata veteribus ratione, de qua egit *H. Stephanus* in Append. de D. A. p. 72. αὔει miror a *Bentlejo* neglectum, quo sensu hic poneretur, inusitatum: meae lectioni favet, quod praebet editum *Etymologicum* l. c. Ὅς τε κατ' εἰλυθμὲς πετρώδεας αἰὲν ἰαύει Τρηχὺν ὑφαρπάζων· — pendent priora huius loci ab Ἔνθ' εἰλυθμὸν ἔχεσκεν, in v. 285. Tandem dant in v. 284 Codices MSS. τρηχὺν ὑπέρπεζον· *Etymol.* Τρηχὺν ὑφαρπάζων· quae facile monstrabant:

Τρηχὺν ὑφ' ἅρπεζον·

bis alibi, quod fateor, vocem adhibens, *Nicander* Ἁρπέζας vocavit τὰς αἱμασιὰς, sive τὲς αἱμασιώδεις τόπους, ut vocem Ἁρπέζας, quam etiam in Indicem retulit Thesauri *Stephanus*, *Hesychius* interpretatur; ubi vid. ab Editore B.

notata. *Nunc* (inquit *Virgilii* Corydon, *ſole* nempe *ſub ardenti*, Ecl. II, 9,)

Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

dixerat *Theocritus* Eid. VII, 20,

Ἀνίκα δὴ καὶ σαῦρος ὑφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει.

Aſperum ſpinetum, Ἔνθ' (αἱμόῤῥοος) εἰλυθμὸν ἔχει, cum exſaturatus iacet, *Nicander* hic vocavit τρηχὺν ἅρπεζον: hanc etiam vocis formam obtinuiſſe vel ex his *Suidae* manifeſtum eſt: Ἅρπεζον, τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τειχίον ἄνευ πηλοῦ, παρὰ Ἡροδότῳ· ὅ τινες ἅρπαζον (imo, Ἅρπεζαν) καλοῦσιν. vocem iſtam *Herodotus* non adhibuit: quid *Suidam* in errorem induxerit oſtendit *P. Weſſelingius* in Diſſert. Herodotea p. 43. — Apta coniunxit *Nicander* Ther. v. 44,

C.

Τρόχμαλά θ', αἱμασιάς τε, καὶ εἰλυὸς —

ubi priora duo paene τρηχεῖαι ſunt ἅρπεζαι, ſive ἅρπεζαι τρηχεῖς.

Serpentum aliarumque ferarum τὰς καταδύσεις, (quas veteres etiam Θαλάμας vocabant; *Euripides* in Phoen. v. 958, *Simmias Rhodius* in Ovo v. 19, aliique; quasque neſcio quis Δυθμὰς dixerat: vid. Epiſt. ad *M. Röver. Urſini* libello praefixa p. 44.) Εἰλυὲς *Apollon. Rhod.* et *Nicander*, exemplaria noſtra hymnorum *Callimachi* vocant Ἰλυὲς, h. Iovis v. 25. ubi in eo eſt Poëta, ut narret montes fuiſſe, cum Iupiter naſceretur, ubi poſtea flumina proſilierint montium nominibus inſignita:

p. 150. A.

Πολλὰ δὲ Καρνείωνος ἄνω, διερῶ περ ἐόντος,
Ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα.

τὸν Καρνίωνα, vel Καρνείωνα, valde ſuſpectum, ſuo loco nunc relinquam. ſenſum vero verborum, quem praebent Latina, *Luſtra conſtruxerunt*, vel, quae dedit *Vulcanius*, *Luſtra ferae poſuere ſibi*, facta ſunt ex his Graeci Magiſtri: πολλὰ δ' ὑπὲρ τοῦ Καρίωνος ἕρπετὰ τοὺς φωλεοὺς ἐποίησαν. *Luſtra* itaque *ponere* Graece dici potuit Ἰλεοὺς βάλλεσθαι. Libenter formam loquendi, mihi quidem novam, uno al-

terove ſaltem exemplo ſimili legiſſem probatam: ſed hic tacent omnes; *Ez.* etiam *Spanhemius*, ille antiquitatis omnis valde peritus, Poëtarum tamen interpres non κριτικώτατος, quippe qui locum *Callimachi*, qui alicuius eſſet momenti, ne unum quidem correxerit. — Verbi Βάλλειν etiam praepoſitionibus iuncti diverſos ſignificatus et deri- B.
vata nomina veterum nemo accuratius tractavit, quam *Euſtathius* in *Homer.* Od. A. a p. 38. — ad finem fere p. 41. In his nihil *Callimachéi* ſimile reperietur. *Urbis* tamen *fundamenta iacere*, vel *ponere*, etiam verbo Βάλλεσθαι deſignatum fuit; ex. gr. a *Philoſtrato* de V. A. Tyan. III, c. 20, πόλιν δὲ ὅπῃ βάλοιντο, ὑπεδίδα ἡ γῆ, καὶ ὑπεχώρει κάτω. Decantatum eſt *Pindari* dictum ex Oda perdita, de navali victoria ad Artemiſium: ὅτι, παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας· illic Athenienſes vere dicuntur *Graeciae libertatis iecisſe fundamenta:* Idem *Pindar.* Πυθ. IV, 245. Βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων. conf. Od. VII, 3. An ad eam iam rationem ſcribi potuit a *Callimacho* de ſerpentibus in monte habentibus latibula, vel cubilia fodientibus,

Ἰλυοὺς ἐβάλοντο κινώπετα; C.

Non equidem opinor. In paucis iſtis hymnis minimum centum adhuc loca vitiata latent: in hunc cenſum iſta quoque refero. Fac in antiquo Codice ſcriptum,

Ἰλυοῖς ΙΑΛΟΝΤΟ

(ut legitur Εἰλάειν, pro Εἴλλειν, vel Ἴλλειν, apud *Euſtathium* in Il. N p. 923, 28.) a ſciolo poni potuit, Ἰλυὲς ἐβάλοντο. mea quidem ſententia corrigi debet, Ἰλυοῖς, vel, quod hic malim:

Εἰλυοῖς ἴλλοντο κινώπετα.

In ſuis ſe luſtris contortos volvebant ſerpentes: ſerpentes eximie ſic vocat *Nicander* in Ther. v. 27, 195, 488. qui p.251.
rariorem adhuc formam habet v. 142, κινωπισταῖς. — Pri- A.
mum, Ἰλυοῖς, vel Εἰλυοῖς, pro ἐν ἰλυοῖς, eſſet ex more *Callimachi*, prae omnibus ceteris: Τὰν Ἴδᾳ Φρὺξ ἐδίκαζεν

ἔριν, optime restituit *Bentleio*. h. in Lav. Pall. v. 18. sic ponitur Πυθῶνι, h. in Del. v. 90. αἳ πελάγεσσι κάθηνται, v. 168. — ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρη, in fragm. *Bentl.* 103. — ἧς ὁρόδαμνον Αἰγύπτῳ κατέπηξε, fr. 139. vere, me iudice, *Toupius*, in Epist. Crit. p. 49. corrigit fragm. 172.

Κέκρυπταί γ' εὐνῇ Ζάγκλον ὑποχθονίῃ.

Lustra ferarum etiam Εὐνὰς dicebant: *Homer* Il. O, 580. νεβρὸν — ἐξ εὐνῆφι θορόντα. *Nicander* Ther. v. 56. χηραμὰ dixit κοῖλα, καὶ ὑληωρέας εὐνάς *Theocr.* Eid. XIV, 63. etc.

B. Est et alius *Callimachi* locus h. in Dian. v. 159. quem iam ante hos annos quinque et viginti cum ceteris emendavi; sed is a Theocriteis me Praxinöes aediculis, vel a serpentis abduceret volutabro. — Quod *Callimacho* restituendum censeo, Ἴλλεσθαι idem fere erat in veteri Lingua, ac κυλίεσθαι, et ἑλίσσεσθαι, proprie significans *se contorquere*, sive *contortum convolvere*: nihil autem refert, utrum scripserit Poëta, si quis alius, cum *Nicandro*, studiosus veterum formarum,

Εἰλυοῖς ἴλλοντο κ. an Ἰλυοῖς εἴλοντο κ.

singula ista nostris in libris inveniuntur; etiam Ἴλλειν et ἴλλεσθαι, ab *Hemsterhusio* satis communita l. c. Εἰλομένων meminit *Homerus* in Il. E, 203. 782. Θ, 215. Praeter alia plura, explicantur ab *Hesychio* voces, Εἰλόμενοι· Εἰλομένων·

C. Εἰλούμενος· Ἰλούμενος· Ἰλούμενοι. in *versibus Politicis Pselli* περὶ Γραμματικῆς *MSS.* legitur: Ἰλλημένος δεσμούμενος· Ἰλλίζειν, διανεύειν· ubi scriptum forte fuit ab ipso, Ἰλλόμενος. Observata *T. H.* partim veterum nituntur auctoritate Grammaticorum apud *Eustathium;* etiam ista de vocibus Ἐξούλης, et Κατουλάς. Optime praeterea *Eustath.* in Od. Ξ. p. 557, 24. ex *Pausaniae* Lex. Ἴλλειν, ait, καὶ τὸ συστρέφειν· ὅθεν καὶ Ἰλλὰς παρὰ Ἴωσιν, ὁ ἀπὸ λύγου δεσμός, ἐν Ἰλιάδι. ubi apud *Homerum* legitur Ἰλλάσιν in Il. N. 572. *Eustathius* p. 923, 26. Ἰλλάδες, δὲ, φασὶ, κατ' Ἴωνας, δεσμοὶ ἐξ ἱμάντων ἢ λύγων, ἀπὸ τοῦ Εἰλῶ (L. Εἴλω) ἢ Ἴλλω, τὸ συστρέφω, ὡς ἐν εἴδει στρεβλώσεως· λέγεται γὰρ καὶ ἐπὶ τοιαύτης σημασίας τὸ Εἰλεῖν, (Εἴλειν,) ὡς δηλοῖ καὶ Παυσανίας, εἰπὼν, Εἰλάειν (L. Ἴλλειν,) στρεβλοῦν, πιέζειν. κ. τ. λ.

Ad emendationem *Callimachei* versus erudito Lectori commendandam satis fuisset, quam serpentis pinxit *Homerus* in latibulo se contorquentis, imaginem protulisse. Qualis hodie adhuc ab omnibus qui sapiunt habetur, a *Callimacho*, ceterisque Poëtis, illum ut exemplar imitantibus, fuit habitus. p. 252. A.

πολυΐστωρ, θεῖος Ὅμηρος.

Hector, quo paulo post moriente

ἐσιγήθη καὶ σέλις Ἰλιάδος,

nullis Parentum precibus avocatus a proposito, vim Achillis irruentis manebat imperterritus in Il. X, 93.

Ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένησι,
Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ', ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνὸς, B.
Σμερδαλέον δὲ δέδορκεν, ἑλισσόμενος περὶ χειῇ·
Ὡς Ἕκτωρ, ἄσβεστον ἔχων μένος, οὐχ ὑπεχώρει.

Ultimum horum versuum non viderunt etiam obversatum *Virgilio* in Aen. XII, 9.

[*Poenorum qualis in arvis* etc]
Haud secus accenso gliscit violentia Turno.

Δράκων illic ἑλισσόμενος περὶ χειῇ, est *Callimachi* Ἰλλόμενον (ἐν) εἰλυῷ κινώπετον. *Terga* quidem *convolvens*, non *in lustro* tamen, sed evolutus cubili, cum vere novo prodit in lucem, anguis expingitur in *Virgilii* Aen. II, 471.

Qualis ubi in lucem coluber, mala gramina pastus,
Frigida sub terra timidum *quem bruma tegebat,*
Nunc positis novus exuviis, nitidusque iuventa, C.
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad solem, et linguis micat ore trifulcis.

Nec *e lustro*, vel *in lustro*, neque hic, *ingluviem — mala gramina (atram ingluviem malis graminibus satiatus* dici poterat) *pastus*, quae *Burmanni* sunt, et *Heynii* coniecturae, scripsisset opinor, *Virgilius;* a quo profecto legere mallem hunc etiam Aeneïdos locum ceris, ut solebat meditate scribens, saepe correctis, atque adeo iis deletis, quae

ſuum alibi locum iam haberent, emendatum; quam ab eruditis iſtis tentatum interpretibus: hîc enim intacta non reliquiſſet cum vicinis iſta, cuius erant in opere perfecto Γεωργικῶν III, 425.

p. 253. A. *Squamea convolvens ſublato pectore terga,*

v. 433. *Exſilit* (e ſtagnis) *in ſiccum, et flammantia lumina torquens,*
Saevit agris.

v. 437. *Quum poſitis novus exuviis, nitidusque iuventa,*
Volvitur, aut, catulos tectis, aut ova relinquens,
Arduus ad ſolem, et linguis micat ore triſulcis.

In his iſta *Virgilius* ſpectabat etiam *Nicandri* Ther. v. 31,

Τῆμος, ὅτ' αὐαλέον φολίδων ἀπεδύσατο γῆρας
Μῶλυς ἐπιστείχων, ὅτε, φωλεὸν εἴκρι φεύγων,
Ὄμμασιν ἀμβλώσσει· μαράθρου δέ ἑ νήχυτος ὄρπηξ
Βοσκηθεὶς ὠκύν τε καὶ αὐγήεντα τίθησι.

et v. 137. ὅτε, ῥικνῆεν φολίδων ἀπὸ γῆρας ἀμέρσας,
B. Ἀψ ἀναφοιτήσῃ, νεαρῇ κεχαρημένος ἥβῃ.

ſic emendata dedit ultima *Bentlejus*, pro vulgatis, — νεαρῇ γε κεχαρμένος ἥβᾳ· prima, pro αὐαλέων φολίδων ἀπεδύσσατο γῆρας. — κεχαρμένος mallem cum γε praefixo reliquiſſet intactum.

Praeter iſta *Virgilii*, variorum a me loca poterant proferri, ex iſthoc *Homeri* expreſſa. Ne modum excedam, et ne captaſſe ſaepius videar occaſionem correctiunculas proferendi, unius hic verba ponam, ut voce reſtituta emaculentur, *Aeliani* de N. Anim. VI, c. IV. Οἱ Δράκοντες, — μέλλοντές τινα ἑλλοχᾷν ἢ ἄνθρωπον ἢ θῆρα, τὰς θανατηφόρους ῥίζας ἐσθίουσι, καὶ τὰς πόας μέντοι τὰς τοιαύτας (mala
C. gramina.) Οὐκ ἦν δὲ ἄρα οὐδὲ Ὅμηρος αὐτῶν τῆς τροφῆς ἀμαθής· λέγει γοῦν· ὅπως

„ἀναμένει περὶ τὸν φωλεὸν εἰλούμενος, προεμπλησθεὶς σιτίων
„πολλῶν φαρμακωδῶν καὶ κακῶν.

Aeliani locum indicavit ad *Homerum Barneſius*; Homericum *Abr. Gronovius* ad *Aelianum*: neuter vero vidit, duabus ex *Homero* literis augenda *Aeliani* verba, ut eſſent

Graeca: quid enim hic ſignificabit ἀναμένει· *quem*, vel *quid* ἀναμένει; Dicitur quidem a philoſophis τὸ μένον, quod manet in quiete, dum alicunde motus communicetur: apud *Plutarchum* in Galba T. I. p. 1053. A. καθάπερ ἐρρῳωμένον σῶμα· diverſis modis tentant *Bryanus*, et *Solanus*: ego legebam: καθάπερ μένον σῶμα, τὸ στρατιωτικὸν ἀξιοῦσιν, (οἱ πλεῖστοι) ἰδίᾳ μηδέποτε χρώμενον ὁρμῇ, συγκινεῖσθαι τῇ τοῦ στρατηγοῦ· quae veram continent ſententiam. — Quis vero dubitet quin ſcripſerit *Aelianus*, *Homerum* quem laudat ſequutus: p.254. A.

„ἄνδρα μένει, περὶ τὸν φωλεὸν εἰλούμενος, κ. τ. λ.

quae reſpondent Homericis:

δράκων ἐπὶ χειῇ ὀρέστερος ἄνδρα μένησι,
Βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ'.

Non ignoro, iam olim, et forte ante duo annorum millia, lectam in iſto verſu vocem ὀρέστερος, ut ſic ipſe draco dicatur; mihi tamen ὀρέστερον ἄνδρα (quocum Achilles quodam modo comparatur, in hac etiam parte carminis *inexorabilis, acer*,) ὀρεστερον ſcripſiſſe videtur *Homerus*, et *paſtorem*, vel *agricolam* deſignatum voluiſſe, quibus ſua dat praecepta contra ſerpentes *Virgil.* IV. Georg. a v. 416. — ad 440. et dudum ante ſua dabat, in Theriacis B. inprimis, *Nicander*; cui initio carminis memorantur illinc utilitatem percepturi,

— πολυεργὸς ἀροτρεὺς
Βουκαῖός τε, — καὶ ὀροιτύπος.

Sed in Homericis ne offendant tirones ad μένησι· debuit illud ab *Aeliano* reddi μένει· neque enim eſt modus ſubiunct. ſed mos flectendi indic. Poëtis uſitatus; qui dicitur a Grammaticis Rheginorum fuiſſe dialecti. *Heraclidis Alexandr.* nonnulla hac de re dedit *Euſtath.* ad Il. H. p. 281. v. 6 — 20. etiam Auctor *Etymolog. M.* p. 650, 11. ſic ſcribi tradit διαλέκτῳ Ῥηγίνων. hoc idcirco dicitur a Grammaticis, quia Ibycus, iſta inprimis delectatus ratione flectendi, fuit Rheginus; hinc σχῆμα vocatur Ἰβύκειον a *Lesbonacte* Grammatico p. 179. C.

Homerica ſpectabant, praeter ceteros, *Philoſtratus*

et *Eunapius*, quorum loca *Toupius* emendavit Emend. in *Suid.* P. III. p. 40. 41. vere restituens *Eunapio* apud *Suidam* χειὰν, ubi vocem vulgatam, Monachis multo notiorem, χρειὰν, exhibet etiam Codex *Suidae* qui est in Biblioth. Leidensi non vulgaris bonitatis. *Latebra*, vel *latibulum* serpentis similem ob rationem χειὰ dicebatur, ob quam Ἰλεὸς vel Εἰλυός. valde iuvenis, *Georg. D'Arnaud* in Lect. Gr. p. 206. in *Nicandri* Ther. v. 79. pro χελείαις, restituit χεείαις. sed quia totus ibi versus legitur emendate
p.255. scriptus, quod ne memorat quidem *Arnaldus*, suspicor,
A. emendatum a se versum cum discipulo communicasse, qui nunquam quaesivit in mustaceo laureolam, *T. Hemsterhusium.* eadem certe ratione versum istum emaculavit *Bentlejus*, qui adscripserat: „Χεείαις pro χείαις· ut θεῖον, θέειον, etc." Viro Summo non adsentior, in *Nicandri* Ther. v. 139. vocem ὀχεῆσιν mutanti in Homericam χειῆσι. Diversae vox originis, simili usui inserviens, optimae est notae Ὀχὴ et Ὀχεή. vid. in *Hesychii* Ὀχὴ, τρώγλη, nota Cl. *Ruhnkenii*; cui debemus hunc etiam *Callimachi* versum, (in Auctar. Fragm. 438.)

Ὃς δ', ὡς ἐξ ὀχεῆς ὄφις αἰόλος αὐχένʼ ἀνασχὼν —

in quibus ultimum mihi quidem ad comparationem paene necessarium, neque adeo mutandum videtur cum *Toupio* Emend. in *Suid.* III. p. 208.

B. Ad χειὰν, sive Homericum χειὴν, optime *Porphyrius* in Codice *Homeri* Leidensi, τὴν αὐτὸν μονον (τὸν δράκοντα) χωροῦσαν, καὶ τρέπον τινὰ ἕλυτρον αὐτῷ οὖσαν·

Οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται.

quibus deteriora subiicit: ἢ ὅτι δίκην ὕδατος ἐκχεῖται (leg. ἐγχεῖται) εἰς αὐτὴν τὸ θηρίον. Illud χείσεται, *capiet*, semel a Grammaticis lectum in *Homeri* Od. Σ, 17, quid verum esset partim patefecit: *capio* in veteri Lingua Graeca Γάω et Γέω dicebatur; literis aspiratis in usum receptis, Χάω (Χάζω, hinc ortum, in libris fuit custoditum) et Χείω· unde *Homeri* Χείσεται, et nostrum Χειά· conferri poterunt *Etymolog. M.* p. 809, 50. *Eustath.* in Od. Σ. p. 653. 2. et in Il. X. p. 1356, 41.

Evenire facile poterit, ut nonnulli, quales ipſius *Hemſterhuſii* in *Lucianum* adnotatis, quorum nihil edolare pot- C.
erant aut legerant ſimile, detrahere ſunt auſi Germani quidam Graece et Latine eruditi, ſed hac in re ſive invidi, ſeu ſaltem in illud inferioris Germaniae in ſuo genere primarium lumen iniqui cenſores, haec mea quoque in unum carmen nimis copioſa ſint iudicaturi; quin certo novi talem futurum:

Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν.

Theocriti Praxinoë pervenuſte ſuas hic aediculas Ἰλεὸν vocat, οὐκ οἴκησιν. *Martialis* XI. Epigr. XIX,

Donaſti Lupe rus ſub urbe nobis; —
In quo nec cucumis iacere rectus,
Nec ſerpens latitare torta poſſit.

verſus hic diverſimode corrigitur in Miſcell. Obſ. I, p. 44, p. 256.
et p. 88. alter pro *habitare* recte *latitare* videtur emendaſſe; alter, pro *tota*, bene poſuiſſe *torta*: in χειῷ, vel εἰλυῷ, iacet utique convoluta ſerpens, atque adeo *torta*. Hoc praeterea rei minuendae ceteris lectionibus aptius indicabitur. — Sed in loco *Theocriti* hyperbole, rei minuendae adhibita, multo eſt elegantior; quia marito loquitur irata Praxinoë, atque ita videri poteſt ἡ ὑπερβολὴ εὐλόγως γεινᾶσθαι πρὸς τᾶ πράγματος, ut ſcribit agens de hoc genere *Longinus* Sect. 38. a. §. 8. Διὰ τὸ γελοῖον elegans etiam illud paraſiti Gelaſimi in comoedia *Plauti*, Sticho, IV, 2, 37.

Ep. *Edepol tibi, opinor, etiam uni locum conſpicor,*
Ubi accubes; (ad menſam in coena,)
Si arte poteris accubare. G. *Vel inter cuneos ferreos;* B.
Tantillum loci, ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci.

Ne illud quidem Syracoſiam mulierem dedecet, garrulam, et de marito mendacem, quod dictorum immemor paulo poſt maritum vocat ſuum, *virum trium et decem cubitorum*: aedicula erat, non domus; ſed *quinque ulnarum* habitaculum illud, Ἰλεὸν, οὐκ οἴκησιν, cum ipſa, et cum ancillis, Eunoë, Phrygia, parvulo, habitabat ma-

ritus ille *fatuus*, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. non illepidum *Lucilii* est Epigramma Anthol. II, c. 33, 1.

Τιμόμαχον τὸν μακρὸν ὁ πεντόργυιος ἐχώρει
Οἶκος, ὑπὲρ γαίης πάντοτε κεκλιμένον.

Sunt et in istis poëmatiis capite praecedente, XXXII, varia ὑπερβολικῶς scripta, quibus homunculi statura bre-
C. ves et corporis habitu graciles supra fidem extenuantur; sed, de viginti epigrammatis unum si exceperis, ceteri lusus, ut recentiorum, mihi quidem valde videntur frigidi.

Huius generis habet inprimis multa, quaedam venusta, *Athenaeus*; nonnulla etiam, *Aelianus*. Antiqui Comici dictum nostrae forsan aetatis sophis, verae elegantiae gustum habentibus, ieiunum videretur, quod a iudice tamen, ipsorum forte sententia (si *Boileavii* Gallica legerunt de Graecis facta,) minime inepto, a *Longino*, tanquam hyperbole Comica dictum censebatur satis probabile:

Ἀγρὸν ἔσχ', ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἐπιστολῆς
Λακωνικῆς.

p.257. Sic verba legenda videntur, quae ad eam fere rationem
A. edidit *Zach. Pearce* p. 144. memorans, ex *Quinctiliani* Inst. Or. VIII, c. 6, p. 753, lusum *Ciceronis e quodam ioculari libello*, hoc ingenio capitali, ut equidem iudico, non satis dignum.

Sed *Pearcius*, aliique ante ipsum, ad *Longinum* unam laudant eamdemque omnes Epistolam Laconicam; quales, sane brevissimas, vel unus nobis *Plutarchus* minimum decem conservavit. Quando sine ullo nunc investigandi labore hae mihi sunt ad manum, et forsan ab harum rerum cupidis requiri poterunt; hic a me proferentur.

DIGRES-

DIGRESSIO II A THEOCRITEIS, B.

exhibens Epiſtolas aliquot Laconicas, a Plutarcho cuſtoditas.

Epiſtolae Laconicae reperiuntur apud *Plutarchum*
T. I. p. 52. A. Lycurgi: Interrogatus a civibus, πῶς ἂν πολεμίων ἔφοδον ἀλεξοίμεθα; reſpondiſſe fertur per epiſtolam:

Ἂν πτωχοὶ μένητε, καὶ μὴ μέσδω ἄτερος ϑατέρω κρατέῃ.

interrogatus περὶ τῶν τειχῶν, reſpondiſſe dicitur:

Οὐκ ἂν εἴη ἀτείχιστος πόλις, ἅτις ἀνδρείοις καὶ ἐπλίνϑοις ἐστεφάνωται. C.

ſed ſubdit his *Plutarchus*, περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἐπιστολῶν, οὔτε ἀπιστῆσαι ῥᾴδιον οὔτε πιστεῦσαι. Haec formula, de Epiſtolis iſtis, ſintne vere veteris iſtius Lycurgi, nec ne, dubitantis, adhibetur alibi a *Plutarcho* de prodigiis, in Camillo p. 132. B. C. ubi modeſte ſentientis opinio plenius explicatur, et de hominum agitur ingeniis, (ſemper iisdem) qui vel in anilem declinant ſuperſtitionem, vel in impiam incredulitatem labuntur praecipites: ἡ δ' εὐλάβεια, inquit, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄριστον. conf. eius Coriolan. p. 232. A — D. ubi *Heracliti* tandem dictum profert non obſcurum. Modeſtam hanc etiam formulam debet *Herodoto*, qui L. IV, c. 96. περὶ μὲν τούτου, inquit, οὔτε ἀπιστέω, οὔτε ὧν πιστεύω τι λίην. Hoc de multis etiam nunc dici poteſt. In priore harum Epiſt. pro ἐρατέημεν, ſcripſi κρατέῃ· forma μέσδω, pro μέζω et μείζω, eſt de rariſſimis. — Reſponſum autem illud perſonae Legislatoris congruit: de illo *Iuſtinus* III, c. III, 3. *Fundos*, inquit, *omnium aequaliter inter omnes diviſit; ut aequata patrimonia neminem poten-* p. 258. A.

tiorem altero redderent: ſed hoc inſtitutum iam fuit a *Cragio*, *Grotio*, aliisque laudatum.

P. 441. A. B. Lysandri *ad Ephoros*, captis Athenis,

Ἑαλώκαντι ταὶ Ἀθᾶναι (vel Ἀσᾶναι.)

B. Ἁλώκαντι ſcribitur apud *Plutarch.* alterum in Scholio ad *Dionis Chryſ.* Pag. 597. B. in nota *Morelli*, quod Scholion exhibet *Meurſius* Miſcell. Lacon. III, c. VI.

— Ephororum ad illum:

Ἀρκέει τόγα ἑαλώκειν

T. II. p. 211. B. C. Agesilai legitur *ad Ephoros* Epiſtola, qua nulla datur inter Laconicas longior: ſcripſit illam, victor in Aſia diu verſatus, cum *ipſum Regem adoriri* conſtituerat; ſed revocatus modeſte *audiens fuit iuſſis Magiſtratuum*, ut loquitur *Cornelius Nepos.* Patriam breviloquentiam Aſiaticâ quadam verborum mutaſſe videtur redundantiâ. Magiſtratibus Spartiatis pars Epiſtolae, ni fallor, ſuffeciſſet iſta:

C. Ἕπομαι τᾷ ἐπιστολᾷ· σχεδὸν δ' αὐτὰν καὶ φθασῶ.

P. 219. A. Archidami (huius nominis III.) *ad Eleos*: Ὅτε εἰς Ἀρκαδίαν ἐνέβαλε, πυθόμενος βοηθεῖν αὐτοῖς Ἠλείους, ἀπέστειλεν (ſcribendum et hic, ἐπέστειλεν) αὐτοῖς,

Ἀρχίδαμος Ἠλείοις.

Καλὸν ἀσυχία.

Ibid. D. Brasidae ad Ephoros: ἐξελθὼν ἐπὶ πόλεμον ἔγραψε τοῖς Ἐφόροις,

Ἄσσ' ἂν δηλῶμαι πραξῶ ποττὸν πόλεμον, ἢ τεθναξοῦμαι.

Voculam ἂν interieci tantum vulgatis; quibus congruit tum δηλῶμαι· quod in δήλομαι mutandum hoc
p. 259. A. in dicto putabat *Caſaubonus* Lect. *Theocr.* p. 258. Sed *velle* non tantum ſcribitur Dorice δήλεσθαι, verum etiam δηλέεσθαι. Δηλεῖσθαι, *nocere*, ſcribi ſolet a Sicilienſibus Δαλεῖσθαι, ut in *Theocriteis* Eid. IX, 36. XV, 48. XXII, 127. ante *Caſaubonum* Doricum Δήλεσθαι, *velle*, iam notum erat *Gul. Cantero*, illud reſtituenti *Theocrito* N. L. II, c. XI. Formam δηλέε-

σθαι dant *Hippodamus Stobaei* Floril. p. 250, 47: et *Criton* in Eclog. *Canteri* p. 198, 43. hic δηλούμενον· illic vulgatur δηλουμένοις. δηλῆσθαι et δηλῆται praebet *Archytas Stobaei* Flor. p. 13. v. 5. et 9. In *Tabula* legitur *Heracleënsi* v. 98. ἐς τὰ ἐποίκια χρήσονται ξύλοις εἰς τὰν οἰκοδομὰν, οἷς κα δηλῶνται. In Libello *Timaei Locri* prostant δηλεόμενος et δήλετο, Editionis Parisinae, quam nuper Gallica versione et animadversionibus ornavit Cl. *Batteux* c. I, §. X. ubi §. VIII. pro B.
ἐδεῖτ' ἐς τάξιν, restituendum videtur ἐδήλετο vel ἐδηλέετο ἐς τάξιν αὐτὰν ἄγεν. Hunc *Timaei* libellum integra saltem pagina dare vir Clariss. potuerat vel ex antiqua Editione, (qualis est Parisina *Guil. Morelli* MDLV,) auctiorem, vel ex Codd. *MSS.*: debuerant illa suum locum recipere in fine capitis primi ante ista verba: τὰν μὲν ὧν τῶ ὅλω ψυχὰν ταῦτά πως διεῖλε, defectum supplere tentavit Interpres in Animadv. Gallicis subiectis p. 97. 98.

P. 241. A MATRIS LACAENAE ad *Filium* σεσωσμένον, καὶ πεφευγότα ἐκ τῶν πολεμίων,

Κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται·
ἢ ταύταν νῦν ἔκνιψαι, ἢ μὴ ἔσο.

Hanc vero Epistolam multo rectius sic exhibet *Teles* C.
in *Stobaei* Florileg. p. 576, 33.

Κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται· τὺ ὦν ἢ
ταύταν ἀπότριψαι, ἢ μηδ' ἁμὶν φάνευ.

In his, quae suo se colore Laconica intelligentibus commendabunt, ne literam quidem mutavi. Similimam alterius Epistolam eadem offert in Plutarcheis
Pag. 241. D. *Mater* illic ἀκούσασα περὶ τοῦ υἱοῦ ὡς κακῶς ἐπὶ τοῖς ξένοις ἀναστρέφοιτο, ἔγραψε,

Κακά τοι φάμα κακκέχυται·
ταύταν ἀπόθευ, ἢ μὴ ἔσο.

In verbis *Plutarchi* primum scribendum, ἐπὶ τῆς ξένης· *in regione peregrina;* usitata ellipsi: ἐπὶ τῆς ἀλλο- p. 260.
τρίας, *Isocrates* p. 218. A. ἐπὶ ξένης dixere plures. In A.
his Laconicis legendum:

Κακά τεύ φάμα κακκέχυται·
ἢ ταύταν ἀπώθευ, ἢ μὴ ἔσο.

Malus rumor de te ſparſus eſt: vel hunc a te depelle, vel morere: ad firmandum Ἀπώθευ, unius, *Sophoclis* fortaſſe, utar verſu, certe perditae Tragoediae, quem habet *Cicero* ad Atticum L. XIV, Ep. XXII, *(etſi illi iuvenes)*

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

Aliis bonis hanc a ſe vituperationem depellunt. Cum
B. hac epiſtola videtur alteram confudiſſe *Plutarchus;* cuius genuinum nobis ſervavit exemplar *Teles:* — Recte primum ſe habet Laconicum: Κακὰ φάμα τεῦ κακκέχυται. Verbum Καταχέαι ſic ſolet paſſim conſtrui, ſive proprio ponatur ſenſu, ſeu figurato. Inſignem habet etiam *Aeliani* locum *Suidas* in v. Κορνοῦτος· in quo poſt iſta, τοῦτον τὸν Λίβιον, (ſic legitur in Cod. MS. Leid. pro Τίτον Λ.) haec vulgantur: τοῦ δὲ πλουσίου — λήθην κατεχέαντο τοῦ Κορνούτου· duae literae male ſunt repetitae: ſcribendum, λήθην κατέχεαν, τοῦ Κορνούτου· ut paulo ante, ἀνέφηναν· nempe ὁ χρόνος καὶ ἡ ἀλήθεια. Eadem menda ſaepius haeret in locis apud *Suidam;* etiam in v. Λιπαρία, in his: ὁ δὲ ἐτωθάζετο τοῦ θεοῦ τοὺς θεραπευτῆρας· quod barbarum
C. iudico, non minus ac Datidis Χαίρομαι· ſcribendum ἐτώθαζε τοῦ θ. τ. θ. conf. *Suid.* in Χλευασία. harum rerum ſcienti haec etiam, ut alia plurima, ex opere noto videbuntur *Aeliani* petita, quaeque habet in v. Ἔμπηρα· τῶν τετολμημένων σφίσι λήθην καταχέαντες. — Dantur et propiora; ſed horum iam nonnulla protulit *Ioannes Pierſonus* ad *Moer.* p. 220.

Deinde ſincerum puto illud: τὺ ὦν ἢ ταύταν ἀπότριψαι, ἢ μηδ' ἁμῖν φάνευ· *tu itaque vel dilue crimen,* quod contra te dicitur, *vel fuge meum adſpectum.* Inuſtas etiam animo maculas *eluere* dicebant Ἀπορρύψασθαι· ſed obiecta crimina *diluere,* Ἀποτρίψασθαι. Ἀποτρίψαι ab interprete reddi potuit in Plutarcheis ἔκνιψαι. ubi ſcripſit *Demoſth.* in Olynth. I. p. 5.

§. 17. ἵνα — τὴν ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις ἀδοξίαν ἀποτρι- p.261.
ψώμεθα· hoc in Scholiis redditur, ἐκκαθάρωμεν καὶ A.
ἀποπλύνωμεν. in quibus legitur ad Or. c. Midiam p. 347. §. 186. τῆς κατηγορίας ἀποτρίψασθαι τὴν φήμην. illic in margine ſcriptum, ἀποτρέψασθαι, vitioſum, alterius vice legitur, ut alibi, ſic in *Alcinoi* Iſagoge in *Platon.* cap. 30. in fine: nonnulla collegit *P. Weſſelingius* in *Diodor. Sic.* T. I. p. 6. et p. 292.

Ibid. D. Televtiae ad F. *Paedaretum;* cum audiiſſet ex Chiis exulibus quorum filium ſuum accuſarent, atque ipſi vera dicere de filio viderentur, ſcripſit:

Ἁ Μάτηρ Παιδαρήτῳ.
Ἦ βελτίονα πράσσειν σε, ἢ αὖθι μένε,
ἀπογνοὺς τὰν ἐς Σπάρταν σωτηρίαν.

Sed ſeveram Paedareti matrem ſuſpicor Ionibus ſe ni- B.
mis praebuiſſe credulam: Paedareto, viro optimo, ne *Theopompum* quidem hiſtoricum detraxiſſe novimus ex *Harpocratione* in Πεδάριτος· qui, τῶν ἐκ Λακεδαίμονος, inquit, ἐκπεμφθέντων ἔστιν οὗτος Ἁρμοστὴς, ἀνὴρ τῶν γεγονότων καλῶν, ὡς φησὶ Θεόπομπος ἐν β' Ἑλληνικῶν. In primis ille collaudatus in *Iſocratis* Archidamo p. 127. A. εἰς Χίον πλεύσας τὴν πόλιν αὐτῶν διέσωσε. Quando miſſus fuerit in Chium, atque in praelio vir egregius ceciderit, conſtat ex *Thucyd.* VIII. c. 28. et c. 55. Illic Πεδάριτος ter vocatur, ſemel Παιδάριτος c. 32. p. 524, 1. *Hudſonum* hic in variis lectionibus nihil auſum definire non miror; ſed miror *Henr. Valeſium* ad *Harpocrat.* Utraque ſcriptio eſt vitioſa; ſinceram eſſe Παιδάρητον, et Doricam Παιδάρατον, mon- C.
ſtrat Regis Laconis in hiſtoria *Herodoti* nobilitati *Demarati* nomen; ab illo quidem Ionice ſcriptum Δημάρητος· a *Pauſania* vero aliisque formâ patriâ Δημάρατος. avi *votis exoptatiſſimus* ex filia nepos πολυάρητος dicitur in *Homeri* Od. T. v. 404.

P. 511. A. Lacedaemoniorum ad *Philippum:* praeter illam in notis ad *Longinum* memoratam, habetur et altera: γράψαντος αὐτοῖς τοῦ Φιλίππου,

Αἴ ἐμβάλλω (L. Ἐὰν ἐμβάλω) εἰς τὴν Λακωνικὴν, ἀναστάτους ὑμᾶς ποιήσω·
ἀντέγραψαν,

Αἴκα.

id est εἰ ἂν, sive ἐὰν, vel ἤν.

p 262. A. Rem, ab aliis etiam traditam, sic *Ioannes Tzetzes* enarrat Histor. Chil. V. v. 327,

οἱ Λάκωνές ποτε μακρηγορούντων
Ἐπιστολὰς δεξάμενοι, ταδὶ περιεχούσας,
Ὡς, εἰ τάδε μὴ γένοιτο, καὶ μὴ συμβαίη τάδε,
Στρατευμα συγκροτήσουσιν, ὁπλίσουσι τὴν ἵππον,
Καὶ, τὸν Εὐρώτην ποταμὸν ῥᾷστα περαιωθέντες,
Καὶ λόχους συμπυκνώσαντες, καὶ προσβαλόντες μάχην,
Ἐν ἀκαρεῖ χειρώσονται Σπάρτην, καὶ γῆν Λακώνων,
Καὶ θήσουσι μηλόβοτον καὶ ἄλλα δὴ μυρία,
Ὅσα ἂν ἐξ ἐπιστολαῖς μεγάλαις οὐκ ἐγράφη.
Αἴκα, μόνον ἀντέγραψαν οἱ Λάκωνες ἐν χάρτῃ,
Καὶ κατασημηνάμενοι ἀντέπεμψαν ἐκείνοις.

B. In his, quae suo more Graeculus ostentator ornavit atque amplificavit, unam alteramque literam vitiatam correxi.

P. 513. A. Haec etiam memoratur: Φιλίππου γράψαντος, εἰ δέχονται τῇ πόλει αὐτὸν, εἰς χάρτην,

Οὐ

μέγα γράψαντες ἀπέστειλαν. — Iam dudum ante, ut ad se rediret per literas roganti *Dionysio* Tyranno, epistolae loco membranam misit *Philoxenus*, cui nihil inscripserat, nisi negantem literam

Ο,

C. εἰς μικρὰ καὶ μεγάλα τὸν τοῦ γράμματος χαρακτῆρα τυπώσας· ut narratur in *Append. Vatic.* Cent. IV. Prov. 37. Haec ex Codice Vaticano ab *Andrea Schotto* fuere publicata triennio postquam hinc illuc abiisset *Iosephus Scaliger;* qui, rem aliunde narrans, ostendit vetustissimos Graecos ΟΥ pro Ο scripsisse; et Ο pro

ΟΥ; in Animadv. ad *Euſeb.* p. 115. quas laudare debuiſſet *Salmaſius* ad Inſcript. *Herodis Attici* p. 39. ubi neque illa omiſit quae vulgaverat *Schottus.* — De Epiſtolis Laconicis videantur quae *Io. Meurſius* adnotavit Miſc. Lacon. III, c. 6. et hac occaſione diſcant iuvenes, hoc in genere nihil ne ab illo quidem fuiſſe pertractatum.

Epiſtolae Laconicae hic a me plures ex aliis proferri poſſent Scriptoribus; ſed unam mihi ſumam ex *Xenophonte* plenius enarrandam, et penſiculatius exigendam.

Enarratur Epiſtola Laconica ex hiſtoria Xenophontis

p. 263. A.

Hippocratis, Laconis, qui Mindaro claſſis praefecto fuit legatus. — Quos per aliquot annos dereliquerat, fortuna belli favit iterum Athenienſibus Olymp. XCII, anno 2, vel 3. Superata Lacedaemoniorum et ſociorum claſſe, ceciderat Nauarchus Mindarus. Haec Athenienſium victoria claudit hiſtoriam *Thucydidis*; (vid. VIII. c. 104. 105. 106.) orditur Graecanicam *Xenophontis*: memorantur tamen a B.
Thucydide Mindarus ὁ ναύαρχος, cap 85. et c. 99. ut et Hippocrates Spartiata: conf. *Diodor. Sic.* XIII, c. 38. 39. etc. De Mindaro *Xenophon* Ἑλλ. I. p. 252, 18. ἀποβὰς, ἐν τῇ γῇ μαχόμενος ἀπέθανεν. in laudem Mindari multa narrans *Diodorus* XIII. c. 51. illo cadente res Lacedaemoniorum ſociorumque docet labefactatas; vere itaque *Polyaenus* Strat. I. c. XL. in fine, Μίνδαρος, ait, πεσὼν, Ἀλκιβιάδῃ λαμπροτάτην νίκην ἔδωκεν· de Alcibiade *Plutarch.* I. p. 207. C. τὸν μὲν Μίνδαρον, inquit, αἱρεῖλεν, ἐρρωμένως ἀγωνιζόμενον. — Mindaro, claſſi praefecto, cadente, imperium in claſſem erat penes Hippocratem; qui, ſecundus a Nauarcho, huius erat velut legatus, propria adpellatione dictus a Laconibus Ἐπιστολεύς. ſic enim a praefecto ſecundi in claſſe Laconica ſaepe a *Xenophonte*, amico Ageſilai, rerumque

Laconicarum ſtudioſiſſimo, dicuntur Ἑλλ. II. p. 266, 26.
C. IV. p. 314, 30. V. p. 319, 4. conf. IV. p. 315, 42. et VI. p. 343, 8. Quia poſtremo loco vocatur ἐπιστολιαφόρος, ſuſpicor Ἐπιστολέα proprie dictum, qui Praefecti *mandata*, τὰς ἐπιστολὰς, perferret ad claſſiarios; neque tamen ignoro quid *Pollux* tradiderit I, 96. illic a *Iungermanno* notata vid. et *Cragii* de Rep. Lac. IV. c. 5. — Qui Regi Ageſilao erat *ab epiſtolis* aliisve rebus ſcribendis, Ἀδαίου τοῦ γραφέως mentionem fecerat *Xenophon* Ἑλλ. IV. p. 300, 11. ubi male vulgatum Ἰδαίου (praecedit vox ἵππῳ) monſtrabit *Plutarchus* T. I. p. 603. A. — Iſta meà erant ſententiâ ante praeſcienda, quam intelligi haec poſſent *Xenophontis* Ἑλλ. I. p. 252, 32. Παρὰ δὲ Ἱπποκράτους, τοῦ Μινδάρου Ἐπιστολέως, εἰς Λακεδαίμονα γράμματα πεμφθέντα ἑάλωσαν ἐς
p. 264. A. Ἀθήνας, λέγοντα τάδε,

Ἔῤῥει τὰ καλά. Μίνδαρος δ' ἀπέσσυται·
Πεινῶντι τῶνδρες· ἀπορέομες τί χρὴ δρᾷν.

Eadem fere leguntur in Alcibiade *Plutarchi* p. 207. C. In altero loco Attica βραχυλογία me non morabitur, quam attigi ad *Herodoti* P. 131, 70. vid. et *Abreſchius* in Auctario Dilucid. *Thucyd.* p. 356. Significatum voluit *Xenophon; ab Hippocrate, Mindari legato, miſſas Spartam literas, interceptas, atque Athenas fuiſſe perlatas.* Literis ipſis utitur *Weſſelingius* in *Diodor.* I. p. 582. monetque apud *Euſtath.* in *Hom.* rectius ſcribi, Μίνδαρος ἀπέσσουα. — Sic ex Codd. ſcribendum, et ἀπορείομεν, ſtatuit *Bryanus* T. II. ſuae Edit. p. 565. His omnibus prior plura dedit et meliora *P. Leopardus* Emend. XV. c. XXV. legendum iudicans ἀπέσσουα, ſive potius ἀπέσσουε. Qui eadem
B. aetate qua *Leopardus* claruit, *Angelus Caninius* in Hellenismo p. 263. legit etiam Ἀπέσσουε, id eſt τέθνηκε· viditque primus ſcazontem eſſe, Ἔῤῥει τὰ καλὰ, Μίνδαρος ἀπέσσουε. *Caninii* libellum, quem absque hoc indice non inſpexiſſem, commodum laudabat *Io. Alberti* ad *Heſych.* in Ἔσσυτο, qui ſupra recte mihi ſic *Heſychium* p. 443, 3. videtur emendaſſe: Ἀπέσσουα, ἀπέδρα, ἀπηλλάγη, ἠφανίσθη. ibidem proſtant, quae iam olim dederat *Leopardus*, *Euſtathii* verba, binis in locis τὸ Ἀπέσσουα interpretati, ἀφώρ-

μησεν, ἀπῆλθε, τέθνηκε. mihi genuinum Ἀπέσσυα, et Hippocratis Epiſtolam duo verſus conficere videntur iambici ſenarii claudicantes; ſi hac ratione ſcribantur:

Ἔῤῥει τὰ καλά. Μίνδαρός γ' ἀπέσσυα.
Πεινῶντι τῶνδρες· ἀποριῶμες ὅ, τι χρὴ δρᾶν.

Qui vicina *Xenophontis* recte cepit, haec etiam, quae peſſime fuerat interpretatus *Pirckheimerus*, bene reddidit *Leunclavius*: *Actum de praeclaris rebus noſtris; obiit Mindarus: eſuriunt milites: quid agendum ſit, ex inopia conſilii neſcimus.* C.

Nihil in his paene fuit novatum, niſi quod, pro ἀπορέομες τί, ſcripſerim, ἀποριῶμες ὅ, τι· hoc quidem ut eſſet in quinta ſede ſaltem tribrachys: ἀπορείομες in aliis lectum Codd. ἀπορίομες a me in *MS.* Leidenſi. Pro ἀπορεῖν Lacones ſuo more ſcribebant ἀποριῆν. De hoc genere non vulgaria publicavit *Koenius* noſter ad *Gregor.* p. 104. 105. cuius de Dialectis non magni pretii libellus longiori vita digniſſimo Friſio iuveni praebuit occaſionem proferendi, quae Doctis etiam viris placent. p. 265.

Tandem Laconicum, me iudice, vel inprimis eſt A. Ἀπέσσυα, ſic firmandum, ut ne in poſterum mutationi ſit obnoxium: aptum praebet ad illud *Heſychius* ἀπέδρα. Quia paucis λεπτολογητέον, hinc illum velim ἐξίσταασθαι, ὅστις ἄπειρος τοιῶνδε λόγων. — A Δράω· δρῆμι· eſt ἔδρην. Dorice ſcribunt ἔδραν· ἔδρας· ἔδρα. — Ut a Σύω, σῦμι· a Σούω eſt Σοῦμι. a Σύω manant ἔσυον et ἔσσυον· a Σῦμι non tantum ἐσύθην et ἐσσύθην· ſed et ἐσύην et ἐσσύην· a Σοῦμι formantur ἐσσούαν, ἔσσουας, ἔσσουα· hinc noſtrum Ἀπέσσυα· unicum etiam, in ſuo genere; qualia ſexcenta dantur apud *Heſychium*, ex *Alcmanis*, *Rhinthonis*, ſimiliumque, Laconum, Tarentinorumque, Poëmatis derivata. — vidit iam *Euſtathius*, monuitque in Il. A. p. 47, 17. et in Od. Π. p. 590, 36. verba eiusdem originis formâ tantum fuiſſe diverſa: Σέω· σείω· σεύω· Σόω· σούω· Σύω. ex forma σαίνω, quam memorat, eruiſſe etiam potuerat Σάω· atque adeo verbum dare, per quatuor de quinque vocalibus variatum: C.

Σάω· Σέω· Σόω· Σύω.

Σούειν, ex Σόω ortum, Atticis iam fuit in usu: Σοῦσθαι nostris in libris reperitur: *Sophocleum* Σούσθω memorat utroque loco *Eustathius*; ex Ajacis v. 1431. adnotatum ab *Henr. Stephano* Thes. L. G. III. p. 1226. E. Quod ex duobus Lexicis prostat apud *Hesych.* Σοῦσο, alibi non memini me legere; Σοῦται, quod habet, est in *Aeschyli* Choëph. v. 639. Σοῦνται legitur in Eiusdem Pers. v. 25. Σοῦσθε, bis positum, in Eius Suppl. v. 843. 849. Sept. c. Theb. v. 31. In *Euripideis* nusquam, quod quidem meminerim, a me repertum, mirabar legens in *Aristoph.* Vesp. v. 456. Οὐχὶ σοῦσθ' ἐς κόρακας; *Schol.* Σοῦσθε, ὁρμᾶσθε, πορεύεσθε.

Sed huc pertinens rarissimum Σοῦς, velut proprium nomen Laconis haud ignobilis, et tanquam adpellativum, occurrit in *Platonis* Cratylo p. 412. B. Dum versatur *Plato* in vocum originibus istorum temporum more tradendis, ἥγε Σοφία, inquit, φορᾶς ἐφάπτεσθαι (τὴν ψυχὴν nempe) σημαίνει· σκοτωδέστερον δὲ τοῦτο καὶ ξενικώτερον· ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῶν ποιητῶν ἀναμιμνήσκεσθαι, ὅτι πολλαχοῦ λέγουσι (scribendum arbitror ὅτι πολλαχοῦ, λέγοντες) περὶ ὅτου ἂν τύχωσι τῶν ἀρχομένων ταχὺ προϊέναι, Ἐσύθη φασί. Λακωνικῷ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων καὶ ὄνομα ἦν Σοῦς. τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσι. ταύτης οὖν τῆς φορᾶς ἐπαφὴν σημαίνει ἡ Σοφία. In his primum Ἐσύθη, Ἐσ-
p. 266. A. σύθη, an Ἐσούθη, vel Ἐσσουθη primitus scriptum statuamus, nihil arbitror interesse. Recte legitur apud *Hesych.* Ἐσσοῦσθαι, ἐνηνέχθαι. cuius vitiosa scriptio est apud Eumdem Ἐσσεσθαι. Ionicum illic Ἐσσοῦσθαι, diversissimae verbum originis, in nota memorari non debebat. Nostris vero in libris scribitur, quos etiam legerat *Plato*, Ἐσσύθη. *Sophocles* Aj. v. 294,

Κἀγὼ μαθοῦσ' ἔληξ'· ὁ δ' ἐσσύθη μόνος.

hoc licet verbis interpretari *Platonis*, ἤρξατο ταχὺ προϊέναι. vitiose vulgatur in *Euripidis* Hecuba v. 1085. Ἐπὶ τάνδ' ἐσσυθείς· quod ne Graecum quidem: recte scriptum versum in duobus legi Bibl. Leidensis *MSS.* Codd.

Ἐπὶ τάνδε συθείς.

Tragica dat ex choro forſan ipſius *Agathonis Ariſtoph.* in Thesm. v. 132,

Τῷ φῶς ἔσσυτο δαιμονίοις ὄμμασιν. B.

Hoc vero multo notius, utpote Homericum: frequenter etiam legimus: Ἐσσυμένον et Ἐσσυμένως. — Quod praeterea ſcribit *Plato*: τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσιν· nemini obſcurum erit mea quantulacunque in *Eurip.* Phoen. v. 12. inprimis vero *Hemſterhuſii* obſervata legenti ad *Heſychium* T. II. p. 1238, 15. quem ſuam ſic arbitror notam ſcripſiſſe: Σοῦσις, ἡ πόρευσις· (ἄλλοις Σοῦς) ἢ δρόμος.

DIGRESSIO III. HISTORICA,

De Soo, Rege Lacedaemoniorum antiquiſſimo. C.

Platonis ille nobilis Lacon, cui nomen fuerit Σοῦς, me paulo diutius detinuit, quam debuerat: tandem recordabar illic Attico more ſcriptum antiqui Regis Laconici nomen, quem alii Σόον vocarent; atque adeo iſtius eſſe nomen Proclidae nobiliſſimi, patris Eurypontis, quod in ſerie generis Regum iſtius familiae Heraclidarum ipſemet cum *Meurſio* ante hos aliquot annos reſtituendum cenſueram *Herodoto* L. VIII. c. 131, p 681. *Pauſanias* in Laconicis III, c. 3. initio: Προκλῆς ὁ Ἀριστοδήμου (erat is Ariſtodemus ab Hercule progenitore quintus,) τῷ παιδὶ ὄνομα τίθεται Σόον. Εὑρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην ὄνομα ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν, Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους. Nusquam alibi *Pauſanias Soï* facit iſtius mentionem; tantumque abeſt ut hinc conficeremus, prae ceteris *Soum* iſtum, Λακωνικὸν ἄνδρα, fuiſſe τῶν εὐδοκίμων, ut ex *Pauſaniae* verbis honos iſtius tituli potius *Soï* filio videretur contribuendus *Euryponti*, quippe qui ſuis procul dubio meritis fecerit, ut Reges Lacedaemoniorum ex iſta domo, non, ut ante, *Proclidae*, ſed a ſe p.267. A.

dicerentur *Eurypontidae*, vel *Eurypoedae*: hanc postremam formam, plerisque, ut puto, inauditam, unus nobis praebet Auctor *Etymologici M.* cuius locum in transcursu
B. tantum ad *Herodotum* indicavi P. 681., ad quem saepe mea contraxi, ne copia *Wesselingius* offenderetur, quem, praeceptorem olim meum, tum ob virtutes animi, tum ob veteris historiae peritiam, faciebam sane maximi. Sic *Etymologus* p. 397, 12. Εὐρυπῴδης. ἔστιν Εὐρύπων, Εὐρύποντος, Εὐρυποντίδης, κατὰ συγκοπὴν Εὐρυποΐδης. tales συγκοπαὶ mera sunt Grammaticorum figmenta, analogiam Linguae vel ignorantium, vel certe minus attendentium: meliora vero dedit ibidem Grammaticus ex *Oro* vel *Orione*, ex quibus quid verum sit his in rebus exercitatum fugere nequit. Ut a Μίνως, Μίνωος, Μίνωϊ, Μίνῳ, Μινῴδης· ab Ἥρως, — Ἥρῳ, Ἡρῴδης· et, neglecto ι, nomen est Ἡρώδης. Idem nomen est Dialecto tantum diversum, Ἡρῴνδας. In vetustissima lingua idem erant *Heros* et *Heron*: ab Ἥρων, ωνος,
C. ωνι, Ἡρωνίδης· Ἡρώνδης, et Ἡρῴνδας. *Philonides*, *Philonidas*, et *Philondas*, idem est nomen. *Archonidas*, et *Archondas*; *Archonidas Elorinus* est in *Ciceronis* III. Verr. c. 56. (conf IV. in Verr. c. 26.) *Theondan* summum Samothracum magistratum bis memorat *Livius* XLV, c. V, 6, 12. Huius moduli permultis, quae ad manum sunt, abstineo. — Idem nomen erat Regis Laconis Εὐρυπῶν· Εὐρυπῶς· et Εὐρυφῶν· illius meminit *Herodotus*, ut Εὐρυφῶντος dicti; qua forma nominis avus dicitur *Terpandri* ap. *Suidam* in Τέρπανδρος· ab Εὐρυπῶς fluxit Εὐρυπῴδης· ut ab Ευρυπῶν frequenter Reges ex ista domo dicuntur Εὐρυπωντίδαι. Haec si historiae veteris, quam Graece, multo doctiori *Palmerio* nota fuissent, neque ista scripsisset in Exercit. p. 381. „Nul„lum nomen est in tota antiquitate Graecanica, de quo
p. 268. „minus certitudinis habeatur, nec potest dici, utrum Εὐ„ρυπῶν aut Εὐρυτίων scribere et legere debeamus. — Su„per eo consulendi tripodes!"
A.

In *Soo* Eurypontis patre forsan haesissemus, nisi, Scriptor ex antiquitate tota omnium paene eruditissimus, *Plutarchus* ea narraret de *Soo*, quae Platonis laude dignissimum demonstrarent. Illius tria certe memorat ex antiquissimis, qui nobis perierunt, historicis illustria facinora

Plutarchus in Lycurgo p. 40. B. C. quo magis miror, qui factum ſit, ut *Sous* ille Rex Lacedaemoniorum Heraclides vix locum invenerit in hiſtoria; et ne a *Simſono* quidem memoretur, niſi in transcurſu, ad A. M. 2940; *Io.* tamen *Meurſius*, in Regibus Lacedaemoniorum disponendis *Pauſaniam* ſequutus, ſuum illi locum adſignavit de Regno Lacon. c. XV. Ad illuſtrandum *Platonis Soum*, ceteris ſuo loco relictis, hic etiam ponam de illo agentis priora *Plutarchi* verba ex T. I. p. 40. B. verſatur in Lycurgi maioribus enumerandis, ab Hercule undecimi: τῶν προγόνων, inquit, αὐτῷ, μάλιστα ἐθαυμάσθη Σόος, ἐφ' ᾧ καὶ τὰς Εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους οἱ Σπαρτιάται, καὶ χώραν προσεκτήσαιτο πολλὴν, Ἀρκάδων ἀποτεμομένοι. Haec etiam *Plutarchi* noſtra tractaturis plerisque ne nimis obſcura videantur, ſciendum eſt Heraclidas Proclem et Euryſthenem geminos fratres, occupata Laconica, imperii ſede conſtituta Sparta, primum vicinos ſatis tractaſſe moderate, ſic ſibi ſubiectos, ut tamen eſſent ἰσόνομοι et ἰσότιμοι· ſed Euryſthenis filium hoc ipſos honore privaſſe, et iuſſiſſe ut tributum penderent Spartiatis: reliquis obtemperantibus, ſolos immorigeros fuiſſe, qui urbem Ἕλος incolerent indigenae veteres Ἕλεοι dicti: hos debellatos, dictosque a Spartiatis Εἵλωτας, in ſervitutem certis tamen ſub conditionibus fuiſſe redactos. Summam eorum enarraſſe me puto, quae tradit ex *Ephoro Strabo* VIII. p. 560. C. 561. A. B. Sed, ut ſenſus is ſit, quem expreſſi, voces, καλεῖσθαι δὲ Εἵλωτας, quae leguntur p. 561. v. 9. ex iſta, quam tenent, ſede deturbandae ſunt, et in ſuum locum, ni fallor, verſum 14. poſt vocem πολέμῳ reſtituendae. *Agin* autem Euryſthenis F. nominat *Ephorus*, quem dicit vicinis ἀφελέσθαι τὴν ἰσοτιμίαν, καὶ συντελεῖν προστάξαι τῇ Σπάρτῃ. paulo poſt tradens, τὰς Ἑλείας — ἁλῶναι πολέμῳ, καλεῖσθαι δὲ Εἵλωτας, καὶ κριθῆναι δούλους ἐπὶ τακτοῖς τισιν. Cum his conſentit *Plutarchus*, Spartiatas ſcribens τὰς Εἵλωτας velut ſervos ſibi ſubieciſſe ſub *Soo*: Σόος, ἐφ' ᾧ — τὰς Εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους. *Agis* enim, primus Regum huius nominis, et *Sous* fuere patrueles. atque eodem tempore regnarunt. Hercule natus Hyllus filium habuit Cleodaeum; hic Ariſtomachum: hoc patre natus Ariſtodemus filios habuit geminos Proclem et

B.

C.

p. 269. A.

Euryſthenem; qui poſt patris obitum pari ſorte primi regnum tenuerunt: horum poſteri eadem ratione duo ſemper ſimul regnarunt: Regum Macedoniae paene ultimus filiis commendabat *ſociabilem conſortionem inter binos Lacedaemoniorum Reges, ſalutarem per multa ſecula ipſis patriaeque*, ore *T. Livii* XL, c. VIII, 12.

Euryſthenis filius fuit *Agis; Sous*, Proclis: quod dicitur a *Meurſio*, de Regno Lacon. c. XV. Procli ſucceſſiſſe *filius, ſed adoptivus*, nititur errore *Ioſ. Scaligeri;* quem vitioſa in *Pauſania* ſcriptio decepit. Suo more *Meurſius* primum ponit iſta:

B. „Anonymus de reg. Laced. Δεύτερος, Σόος, Προκλέης „παῖς θετός."

Haec ſcilicet leguntur in Ἱστοριῶν Συναγωγῆ, quam publicavit vir Maximus, *Ioſ. Scaliger*, cum Euſebianis ſuis, p. 365. f. Alterius domus Reges illic primum recenſentur, *Agiadae* p. 364. tum ſequuntur ſua ſerie *Euryponticdae;* ut illis pater et avus; his praemittuntur pater, avus, abavus. Hi autem eadem ſerie occurrunt apud *Pauſaniam;* quaeque de illis in iſta narrantur Ἱστοριῶν Συναγωγῆ, pleraque ſunt ex *Pauſania* deſumta.

Quod putant multi, et haec et alia ex Codice Bibl. Regiae deſcripta, atque a *Scaligero* tanquam Editore tantum vulgata, idcirco, ubi collectaneis iſtis utuntur, laudantes illinc decerpta velut *incerti Scriptoris* antiqui, ſive
C. *Anonymi*, error eſt; quem ſuis in libris ſemper erravit *Io. Meurſius*, ne nunc alios nominem. Dubitat *Palmerius* Exercit. p. 405. utrum eius auctor *Scaliger*, an *ex quadam antiqua ſcheda eam publicaverit:* dubitat etiam *Iac. Perizon.* ad *Aeliani* V. H. III, c. 21. *Anonymum* dixerat *Aeg. Menagius* in *Diogen. Laert.* I, 42. ſed errorem poſtea videtur agnoviſſe ad I, 62. *Deſcriptionem* vocans *Olympiadum, a Scaligero collectam.* et ad I, 74. Ut verum forte ſit, in Codice quodam Regiae Bibl. repertum brevem quemdam Olympionicarum catalogum, quem habuerit *Scaliger;* quod ſtatuiſſe videtur *Henr. Valeſius* in Excerpta Peireſc. ex *Diodoro Sic.* p. 38. laborioſae iſtius Ἱστοριῶν Συναγωγῆς fine dubio *Scaliger* ipſe auctor eſt; qui in libris

veterum a se lecta in istum ordinem disposuit. En ipsius p.270.
Scaligeri verba, quae saepe miratus sum a viris Doctissimis A.
non animadversa. In isthoc Eusebiano opere *Scaligeri* stupendo, Ἱστοριῶν Συναγωγῇ, quae legitur in Edit. curata ab *Alex. Moro* a p. 313. — ad 400. subiiciuntur *Scaligeri* in Graeca *Eusebii* Notae. has notas claudit monitum ad Lectores, cuius haec sunt ultima verba p. 431.

„Adjecimus — postremo συναγωγὴν ἱστορικὴν a nobis par-
„tim ex editis, partim ex nondum editis scriptoribus col-
„lectam, quae non solum ad Eusebiana, sed etiam ad me-
„moriam veteris historiae illustrandam magno praesidio
„erit, si quis neque negligenter eam legere, neque nostros
„labores maligne interpretari volet."

Haec verba, non suo loco posita, controversiam dudum decidere debuerant.

Ut autem de *Soo* scriberet ista, quae *Meursio* fraudi B.
fuerunt, Δεύτερος, Σοος, Προκλέας παῖς θετός· *Scaligerum*, quod miror, induxit una syllaba, male a describente repetita in his verbis, quae *Meursius* sibi non intellecta caute suppressit, *Pausaniae* III, c. VII. initio: Προκλῆς ὁ Ἀριστοδήμε τὸ παιδίον ὄνομα τίθεται Σόον. vidit *Kuhnius*, ον esse a sequenti ὄνομα, legendumque τῷ παιδὶ ὄνομα τίθεται Σόον. Hic Criticorum *Homerus* dormitabat: Magnorum autem virorum peccata quam ceterorum hoc diligentius notanda iudico, quod ab aliis in ipsorum iudicio adquiescentibus late solent propagari. Ex aliena familia extraneum *in filii locum adsumere*, sive *filium adoptare*, Graece dicebatur υἱὸν τίθεσθαι, vel ποιεῖσθαι. Quod alibi nusquam legi, υἱώσασθαι, ut Aeolicum, praebet *Etymologus* p. 775, 28. C.
Adoptati Gr. sunt θετοί, ποιητοί, et εἰσποιητοι. υἱοὶ γεννητοί sive ἀληθινοί, et ποιητοὶ iam opponuntur a *Platone* de LL. IX. p 878. E XI. p. 923. E. ut ab aliis. Hoc sensu τὸ παιδίον τίθεσθαι prorsus esset barbarum. Ista tamen vitiosa *Pausaniae Scaliger*, tum aliis rebus vacans, sic cepit, ac si legisset: Προκλῆς υἱὸν ἐτίθετο, ᾧ ὄνομα ἦν Σόος. — Sed fac hunc morem inter Spartiatas istius aevi remotissimi iam fuisse receptum: (novi quae philosopham suam Melanippen fecerit *Euripides* dicentem, servata nobis in *Sto-*

baei Floril. *Grot.* p. 331.) crederemusne, Spartiatas Regem adprobaturos, qui Heraclidae Procli non esset filius γόνῳ,
p. 271. A. sive φύσει, sed tantum θέσει, sive ποιήσει· atque adeo Eurypontidas Reges forte non fuisse Heraclidas? — Ut autem *Demosthenes* ex. gr. p. 584. §. 22. τοῦτο γὰρ αὐτῷ ὁ πατὴρ ἔθετο τοὔνομα· sic vulgo loquuntur Graeci; atque ita illic scripsit *Pausanias*: Προκλῆς — τῷ παιδὶ ὄνομα τίθεται Σόον· *filio Procles nomen imponit Soï.* Sed si *Sous*, *Platoni* Λακωνικὸς ἀνὴρ τῶν εὐδοκίμων, secundum *Plutarchum* inter Lycurgi maiores μάλιστα ἐθαυμάσθη· quomodo tandem accidit, ut non ab illo *Soïdae*, sed ab huius filio Reges ex ista domo dicti fuerint Εὐρυπωντίδαι, cum tamen ab eius patrueli *Agide*, qui cum ipso per breve tempus Spartae regnavit, istius domus Reges Eurysthenidae vocati sint Ἀγίδαι. Huius rei rationem, quam ignorasse videtur *Pausanias*, hanc nobis valde probabilem exposuit *Plutarchus* in Lycurgo p. 40. C. cum enim res a *Soo* gestas, solus ex antiquitate, commemorasset, ἀλλὰ, inquit, καίπερ ἐπὶ τούτοις θαυμάζοντες αὐτὸν, οὐκ ἀπὸ τούτου τὴν οἰ-
B. κίαν, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ προσηγόρευσαν Εὐρυπωντίδας, (sic scribendum, ut scripsisse *Plutarchum*, vitiata T. I. p. 662. E. Εὐρυτίωντι δὲ mihi quidem demonstrant,) ὅτι δοκεῖ πρῶτος Εὐρυπῶν (vulg. Εὐρυτίων) τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος τοῖς πολλοῖς. Ingenii sagacitate clarus et laude bellica Eurypon, quod liquet ex *Polyaeni* Strateg. II, c. XIII, ea quoque fecit Rex popularis, quae multitudini essent iucundissima: haec beneficii Regis posteros ab ipsius idcirco nomine vocavit *Eurypontidas*.

DIGRES-

DIGRESSIO IV. C.

Laconica quaedam exhibens.

Platoni miror equidem, in loco, quem tractare coepi p. 265. C., cur Rex Lacon Σοῦς potius Attico more pronunciandi dictus fuerit, quam Σόος· cum ad vocem Σοφία, sive Σοφὸς, propius accedat Σόος, inprimis si vox Aeolico more Laconum scribatur Σόϝος. Pro Δῆϊον, veteres Attici Δήϊον scribebant, Δάϊον Doriense, Aeoles Δάϝιον. Lacon in *Aristophanis* comoedia *sehatum*, τὴν γερϝσίαν, vocabat Γερωϝίαν. vid. Epist. ad *M. Röverum* p. 72. — De veteribus Atticis quod dicebam nititur observatis *Athenaei* IX. p. 397. E. quem locum *Henr. Stephanus* iam adhibuit in Append. Thes. L. Gr. p. 195, et *Eustathii* variis in locis in Il. A. p. 113, 43. E. p. 396, 45. p. 397, 8. X. p. 1372, 53. etc. Ω. p. 1497, 10. horum ultimo dicitur *Aristarchus* scripsisse in Il. Ω. v. 235, p. 272. A.

Ἐξέσίην ἐλθόντι.

Cum vero Ἐσία et Ἐξεσία fuerit secundum veteres apud *Eustathium* ἡ εἰς πρεσβείαν ἔκπεμψις καὶ ἀποστολή, dubites an non iungenda censuerit Criticus ἐσίην (vel εἰς ἐσίην) ἐξελθόντι· legendumque,

Ἐξ ἐσίην ἐλθόντι.

In Od. A. p. 27, 13. ἀρχαϊκὰς vocat *Eustathius* πνευματισμὰς, et in Od. M. p. 478, 51. οἱ παλαιοὶ, inquit, καὶ ἐν μέσῳ λέξεων ἐπνευμάτιζον τὰ φωνήεντα. his suum Aeoles interserebant digamma F. huius etiam loco quidam Graeciae populi B vel Γ. vid. notata in *Hesych.* ad Ἔβασον· Ἔρβως· Θάβκιον· in quibus optima semper hoc in genere unius sunt *Ti. Hemsterhusii:* conf. *Salmas.* in Inscript. *Herodis Attici* p. 44. et seqq. Prae ceteris Lacones et Cretenses B mediis vocibus interserebant; unicum eam in B.

rem exemplum hic tantum ponam. *Superius* curiae *conclave*, ὑπερῷον vulgo dictum, ὑπερβῶϊον ſcriptum ſuſpicor in formula foederis inter Hierapytnios et Prianſienſes v. 41. Quae primus ex Oxonienſi marmore publicaverat *Io. Pricaeus* Notis in *Apulej.* Apolog. p. 63, ſic exhibuit leviter emendata *Edmundus Chishull.* in Antiq. Aſiat. p. 131,

C. Ἀναγινωσκόντων δὲ τὰν στάλαν κατ' ἐνιαυτὸν οἱ τό κ' ἀεὶ Κοσμόντες ἐν τοῖς Ὑπερβώϊοις.

Paulo ante τὸ ἀρχεῖον, *curia*, fuerat τῶν Κόσμων memorata, et Hierapytniorum et Prianſienſium; in harum aedium *ſuperioribus conclavibus*, ut puto, publice formula foederis (inſculpta columnae) quotannis erat ab uno Magiſtratuum legenda. *Pricaeus* Latine reddidit iſta: *in Hyperboiorum feſto.* Ne dicam talis feſti nusquam factam mentionem: ſi feſtum deſignaretur, certus ſemper anni dies formulae fuiſſet legendae ſtatutus neque adeo addi potuiſſent iſta:

καὶ προπαραγγελλόντων ἀλλάλοις πρὸ ἁμερᾶν δέκα, ἢ κα μέλλωντι ἀναγινώσκεν.

p. 273. A. In his ἢ κὰ vulgatur; ſcripſi ἢ κα, id eſt, ἢ ἂν μέλλωντι ἀ. In iis, quae praecedunt, *Pricaeus* dederat οἱ τόκαει· male: *Chishullus*, οἱ τὸ κ' ἀεὶ — ſcribi debuit, ut puto, οἱ τόκ' ἀεὶ κοσμόντες· id eſt οἱ τότε ἀεὶ Κόσμοι ὄντες· *qui tunc quique poſtea futuri eſſent magiſtratus.* In Heracleënſi Tabula, cuius inſcriptionem luculentam grati Neapolitano debemus Eccleſiaſtico, *Mazochio*, v. 86 memorantur

Τοὶ Πολιανόμοι τοὶ ἀὲς ἐπὶ τῶ ἔτεος·

id eſt οἱ ἀεὶ τότε πολιανομοῦντες. hoc eſt iſtius Συνθήκας initium:

Ἐπὶ Ἐφόρω Ἀριστίωνος μηνὸς Ἀπελλαίω ἁ πόλις καὶ τοὶ πολιανόμοι.

In Inſcriptione Corcyréa, quam in Diario Italico multo B. minus accurate, quam fuit Heracleënſis, deſcriptam vulgavit *Montfauconius* p. 413, 12. et alibi, dicuntur,

οἱ ἑκαστάκις ἐόντες ἄρχοντες.

ubique in talibus ἀεὶ adhibetur; cuius vis ſic in Romano Senatusconſulto exprimitur apud *Livium* XXXIX, c. 19, §. 6. *conſules praetoresque, qui nunc eſſent, quive poſtea futuri eſſent, curarent* etc. — Miror ab Editoribus Foederis Cretenſis vulgatum v. 65,

οἱ ἐπιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν παρ' ἑκατέροις Κόσμοι.

lectum hariolor Π, ubi primitus eſſet ſculptum N. requiruntur enim, niſi fallor, (ſed in hoc genere facilis eſt in errorem prolapſio,)

οἱ ἐνιστάμενοι — Κόσμοι. C.

ſic memorantur v. 76,

οἱ ἐνεστακότες ἑκατέρῃ Κόσμοι.

Ab *Herod.* adhibentur ἐνεστεὼς βασιλεὺς, et ἐνιστάμενος ἐς τὴν ἀρχὴν, III, c. 66 et 67. L. VI, c. 59, ἐπεὰν ἀποθανόντος τοῦ βασιλῆος ἄλλος ἐνίστηται βασιλεύς. ubi mox etiam legitur ὁ καταστάμενος βασιλεύς.

Sed B vocibus interiectum cum ſatis notum ſit; minus nota hic nonnulla perſequar. — Et aliorum et Laconum erat mos, literam Σ inter vocales poſitam eiicere, eiusque loco F vel B interſerere, vel aſperi ſpiritus indicem. Nusquam alibi, quantum memini, reperietur adnotatio Grammatici, huius ſimilis, quam praebet Auctor *Etymologici M.* p. 391, 12.

Εὔιος, καὶ Εὔσιος, ὁ Διόνυσος· καὶ τὸ εἰς αὐτὸν ἐπίφθεγμα Εὖσοι, καὶ Εὖοι κατὰ Λάκωνας· Δωρικῇ γὰρ διαλέκτῳ μεταγενεστέρᾳ κατ' ἔνδειαν τοῦ σ φασὶ γεγενῆσθαι Εὔιος· καὶ Εὖοι, καὶ Εὐάν — (hic interiecta nemo requireret omiſſa.) ὡς γὰρ οἱ Ἀργεῖοι, καὶ Λάκωνες, καὶ Παμφύλοι, καὶ Ἐρετριεῖς, καὶ Ὠρώπιοι, ἔνδειαν τοῦ σ ποιοῦντες, δασεῖαν χαρ. (imo, ἐγχαράττουσι) τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσσιν· ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι, Ποιῆαι· καὶ Βοῦσα, Βοῦα· καὶ μουσικὰ, Μωϊκά. κέχρηται τούτῳ τῷ εἴδει καὶ Δέρκυλλος. — Ex hac obſervatione perinſigni primum partim ſaltem intelligitur, quid ſibi velit, quod ex *Bacchicis*, ut puto, mulieris Pythagoreae *Arignotes* enotavit *Harpocratiòn* in Εὔοι. — Deinde hinc diſcimus, hiſtoricum antiquiſſimum Argi- p. 274. A.

vum, *Dercyllum*, de quo pauca dedi, ubi laudatur in Scholiis in *Euripidis* Phoen. p. 596. 597., Argolica ſua ſcripſiſſe patria Dialecto; ut adeo Λέξεις Ἀργεῖαι inter *He-*
B. *ſychianas* videri poſſint ab antiquis Grammaticis partim etiam ex hiſtoria *Dercylli* derivatae. Quam inter illas Gloſſas ultimam praebet *Heſychius*, haec eſt: Ὤβεα, τὰ ὠά, Ἀργεῖοι. — Praeterea ad primam pertinet et haec in *Etymologico M.* nota p. 208, 6.

Βουσα· ἀλγεῖ τις· τάχα ϑ' αἱ βουσόαι: — ἔλλειψις τοῦ σ, καὶ πνεῦμα προσῆλϑε τὸ δασύ. In his olim haerentem partim expedivit me *Hemſterhuſius;* cuius correctionem poſtea publicatam vidi ab *Albertio* ad *Heſych.* in Συμβεάδδει· emendabat vir Summus: Βεόα, ἀγέλη. — τετάχαϑ' αἱ Βουόαι, ἀντὶ τοῦ βουσόαι. ad vocem intelligendam quae requiruntur dabit ibid. *T. H.* Iſta vero vel *Alcmanis* vel alterius ſcribi etiam potuerunt:

Ἐτετάχαϑ' αἱ Βεόαι.

C. *compoſiti erant* (puerorum) *greges;* vid. *Cicero* Tuſc. V, c. 27. *Plutarchi* Ageſil. p. 596. D. *Meurſii* Miſc. Lac. II, c. 13. et c. 3.

Quod habet *Etymologus* p. 646, 36. τὸ Πᾶα, ὡς λέγει Ἡρωδιανὸς περὶ παϑῶν, ἀπὸ τοῦ πᾶσα γίνεται, ſumptum videtur ex *Ariſtophanis* Lyſiſtr. in qua comoedia more ſuae gentis loquuntur qui prodeunt in ſcenam Lacones: illic iſta ſunt v. 994,

Ὀρσὰ Λακεδαίμων πᾶα.

Talia praebet plura Chorus Laconum in fine Dramatis 1299.

p. 275. A. Ταῦγετον αὖτ' ἐραννὸν ἐκλιπῶα μῶα
Μόλε Λάκαινα, πρεπτὸν ἁμὶν
Κλεῶα τὸν Ἀμύκλαις σιὸν,
Καὶ Χαλκίοικον Ἀσάναν,
Τυνδαρίδας τάγασῶς,
Τοὶ δὴ παρ' Εὐρώταν ψιάϑδοντι.

In his τὸν Ἀμύκλαις σιὸν vere Grammaticus interpretabatur Ἀπόλλω· quod nomen in Edd. legitur his interpoſitum. *Pauſanias* III. p. 258. m. Θεῶν σέβεσιν οἱ ταύτῃ τόν τε

Ἀμυκλαῖον καὶ Διόνυσον. dicuntur χρυσῶσαι βελόμενοι τὸ πρόσωπον τοῦ ἐν Ἀμύκλαις Ἀπόλλωνος a *Theopompo Athen.* VI. p. 232. A. Apollinem autem Amyclaeum virgines habuiſſe ſacerdotes, quales habebat et Epheſi, ignoraremus, absque inſcriptionibus a *Fourmontio* detectis, quae B.
proſtant *dans les Mémoires de L'A. R. des I.* et *B L.* T. XXIII, p. 404. Spartanis etiam virginibus curſus placebat, (*Theocr.* Eid. XVIII, 22.)

Χρισαμέναις ἀνδριστὶ, παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις.

de his ſenes Spartani in *Ariſtophaneis*, v. 1314.

Ταὶ δὲ νόμαι σείοντ', ὅπερ Βακχᾶν
Θυρσαδδωᾶν, καὶ παδδωᾶν.

Horum ultimum variis modis tentatur: eſt, qui παιδδωᾶν, (παιζεσῶν·) eſt qui corrigat παλλωᾶν (παλλεσῶν·) παδωᾶν (πηδουσῶν) placebat *Koenio*, qui vicina quoque mutata voluit, ad *Gregor.* de Dialect. p. 79. mihi vera lectio videtur, quam a ſe excogitatam ante viginti minimum annos *Adrianus* noſter *Heringa*, Medicus Friſius eruditiſſimus, mecum communicavit: C.

Θυρσαδδωᾶν κ' εὐαδδωᾶν.

ſunt iſta *Catulli* Carm. LXIII, 255. 256.

Evoe bacchantes — quatiebant cuſpide thyrſos.

Bacchi ſacris Commota — quae dicebatur a *Pacuvio* apud *Ciceronem* de Divin. I, c. 36, ab Επευάζεσθαι, (ἐπευάσμασιν *Euripides* dederat in Bacchabus v. 151.) Ἐπευάδδεσθαι, Laconice dicta fuit Ἐπευαδδομένα. hoc a me *Heſychio* fuit reſtitutum, ubi Ἐπιβαλλομένη redditur ἐνθεαζομένη, in Epiſt. ad *M. Röverum* p. 78. — *Thyrſi* Graece etiam θύρσα dicebantur: hinc θυρσάζειν, et Laconicum formari potuit Θυρσάδδεν. de virginibus, mulieribusque Graecis tertio quoque anno ſolitis θυρσοφορεῖν, εὐάζειν, et ὀργιάζειν τῷ Θεῷ, locus eſt inſignis *Diodori Siculi* IV, c. p. 276.
III. quocum conferri poſſunt narrata L. V, c. L. Ex Ariſtophaneis autem quae poſui, illud, praeter alia, diſci poteſt, in verborum etiam participiis ω Laconice ſcriptum pro ου. Lacedaemoniorum coloni Tarentini, horum He-

racleënſes, ſimiliter iſta ſcribebant: inſigne monumentum antiquitatis, a *Mazochio* publicatum, Heracleënſis Tabula, offert nobis Ἀγῶσας, Ῥεῶσας· et Ὑπαρχῶσας.

Ab his, ut illuc redeam, diſtant *Ariſtophanis* Laconica, Ἐκλιπῶα μῶα· Κλεῶα· Θυρσαδδῶᾶν κ' εὐαδδῶᾶν. quibus literam σ, ſecundum *Etymologi* obſervata, liquet eiectam. Μῶαν praebet etiam *Ariſtoph.* Lyſ. v. 1251. in Decreto Lacon. quod poſt alios dedit *Chishullus* Antiq. Aſ.
B. p. 108, Τιμόθεος — τὰν παλαιὰν μῶαν ἀτιμάδδει. Fluxit a veteri Μάω, praeter notius Μάισθαι, Doricum et Aeolicum Μῶσθαι· in quo vocis Μῶα quaerunt originem et alii, et *Cornutus* de N. D. c. XIV, p. 152. hic adfert ex aliunde noto *Epicharmi* trochaico,

— μὴ τὰ μαλακὰ μώεο, μὴ τὰ σκληῆ' ἔχῃς.

Io. Alberti quaedam notavit ad *Heſychii* Μώμεθα, ζητᾶμεν. In *Plutarchi* Apoththegm. Lacon. II. p. 210. A. Ageſilaus πρὸς τὸν θαυμάζοντα τὴν μετριότητα τῆς ἐσθῆτος, καὶ τῆς τροφῆς αὐτᾶ, καὶ τῶν ἄλλων Λακεδαιμονίων, ἀντὶ ταύτας, ἔφη, τᾶς διαίτας, ὦ ξένε, τὰν ἐλευθερίαν μώμεθα. ſic emendandum quod vulgatur ἀμώμεθα, mihi quidem veſ
C. ex *Heſychio* liquet: hoc vero dictum ſenem in Aegypto dixiſſe ſuſpicor Ageſilaum; et cur hoc ſuſpicer, conſtabit conferenti *Plutarchum* in Ageſil. p. 616. E. F. et *Cornelii Nepotis* Ageſil. c. 8. quem diverſa confudiſſe, quod Romano Scriptori elegantiſſimo toties accidiſſe nollem, liquet ex iis, quae verax narrat *Theopompus* ap. *Athen.* XIV. p. 657. B. C.

Σ ejecti, quod medium legitur inter vocales, exemplum praebet *Heſychio* iam olim a me reſtitutum Μωΐδδει, ſignificans ᾄδει, idem ac μαστίζει. Legitur etiam apud *Heſychium* Φεῖξ, φύσιγξ, niſi quod male vulgatur σφύσιγξ. *Puſtulae rubentes*, φλύκταιναι, (Φῶδες, *Ariſtoph.* Pluto v. 535.) et φύσιγγες, dicebantur Φεῖκες Laconice: quamvis deſit index uſitatus, quae vicina dedit hic *Heſychius*, omnia, ni fallor, ſunt ex Gloſſario Laconico:

p. 277. A. Φεάδδει, σωμασκεῖ.
Φεάξιρ, ἡ ἐπὶ τῆς χώρας σωμασκία τῶν μελλόντων μαστιγᾶσθαι.

Iſ. Voſſii inventum mihi non diſplicet. Ante laudatos a

T. H. de pueris Spartiatis in honorem Dianae verberibus laniatis egerant *Leopardus*, *Cragius* de Rep. Lac. p. 335. etc. *Vulcanius* in *Callim.* h. in Del. v. 321. et *Ez. Spanhem.* in h. Dian. v. 174.

Φεῖξ, φύσιγξ.
Φῆξορ, (ſcriptum fuerat Φᾶκσορ) ὀξυκέφαλος.
Φᾶκαι, ἀλώπεκες.
Φαλλίδερ, παρθένων χορός. Δωριεῖς.

Quae ſic ſcribenda puto, ne me teneant; prioris generis ſunt apud *Heſychium:* Βίωρ, ἴσως, σχεδόν· Λάκωνες. vocem Μῶα recte conferens, quid verum eſſet vidit hic *Ludolph. Kuſterus*: non intellectum fuit in Heſychianis: Σίαρ, θίασος· Λάκωνες. Scribatur Σίωρ. vel Σίαρ, θ. etiam ſuper Laconicis admonitus, *Koenius* hoc iam dedit ad *Gregor.* de Dial. p. 115. ut et p. 137, et Κασαίρηον, Laconicum, pro Καθαίρησον, vel Κάθελε. ipſam formam vulgarem θίασος Grammatici repetunt a Laconica σιός, *Athen.* VIII. p. 362. F. hinc *Euſtath.* in Od. Λ. p. 459, 31. quem conf. in Il. Z. p. 487, 36. et *Etymol.* p. 714, 29. — In iis, quae paulo ante protuli, pro Θ ſcribitur Σ. ut in permultis ſolebant Lacones. B.

In quibus ſcilicet vocalem vel diphthongum praecedebat θ, huius loco Σ ſcribebant; quam tamen literam Σ, ſi conſonans ſequeretur non liquida, averſati, mutare ſueverant in literam ſequentem. Utriusque moris exempla quaedam excitabo, ut equidem arbitror, hominibus etiam Graece eruditis pleraque inaudita. His nota eſſe potuerunt vocabula, in quibus Σ locum tenet τᾶ Θ, in *Ariſtophanis* Lyſiſtrata: Ἀσανᾶν (Ἀσάναν· Ἀσαναῖοι·) Ὀρσά· Σέλει· Ἑλσών· Σέτω· Ἥνσει· Σιόρ· Σιώ· Σιῶν· Σηροκτόνε· Παρσένε Σιά· Τάγασώς· ex vſſ. 979. (1303.) 994. 1082. 1083. 1259. 1264. 1265. 1308. 1303. Talia iam attigimus nonnulla; ego in Epiſt. ad *Röverum* p. 73. *Koenius* ad *Gregor.* p. 137. Dedit et pauca non vitiata *Io. Alberti* ad *Heſych.* in Βαρισίκται. Ut exemplum iuvenibus, has literas ſevera lege tractaturis, praebeam, ad cuius normam centena, quae ſervavit *Heſychius*, Laconica debeant in ſuas ſingula claſſes dirigere, et, poſtquam per aliquot an- C.

nos libris legendis impalluerint, emendata proponere,
p. 278. huius generis excitabo Hesychiana; primum quidem illa,
A. quae ferme sincere scripta videantur:

Ἀκκαλανσίρ, ἀκανθυλλίς, παρὰ Λάκωσιν. Ex serie literarum sic optime restituit *Kusterus:* genuina tamen scriptio fuit, Ἀκαλανσίρ. avicula, ἀκανθυλλίς vocata, dicebatur etiam Ἀκαλανθίς.

Ἀνσατὴρ, βεβών· Λάκωνες. dictum videtur pro ἀνθητήρ. *Etymologus*, in Βεβὼν, p. 206, 50. τὸ παρ' ἑκάτερα τῆς ἤβης μέρος ἐν ἀρχῇ τῶν μηρῶν κείμενον. in v. Ἀνθερεὼν p. 109, 30. legere licet, παρὰ τὴν ἄνθησιν τῶν τριχῶν. Urbs Laconica Ἀνθήνη, dicitur et apud *Stephanum Byz.* Ἀνθάνα. vulgo dictam Πελλήνην, Πελλάναν vocat etiam *Pausanias.* in Ἀνσατὴρ, dubito, ultimum η utrum servaverint cum aliis Dorienſibus Lacones, an et illud η maluerint πλατειάζειν· in nominibus in ὴρ, Dorienſibus quidem plerisque α displicuit: ἀνὴρ, ἀστὴρ, γαστὴρ, et simi-
B. lia ubique reperientur in horum monumentis: Θατῆρας, θεατὰς, dat *Hesych.* et quis tandem dixisset Θατᾶρας; sed et Ποιμὰν scribitur a *Theocrito:* a quo tamen usitato more vox semper flectitur. Sed ecce *Hesychium:* Ἐπιγελαστάρ, (*Sophocli* γελαστὴς in Oed. T. v. 1421.) ὁ καταγελῶν· Λάκωνες. Laconice itaque scribi etiam potuit Ἀνσατάρ. Argivi secundum *Plutarchum* in Quaest. Gr. p. 296. E. Castorem Μιξαρχαγέταν vocabant: litera vitiata dedit Μιξαρχαγεύαν· quod *Meursium*, cui nihil huius generis fuit suspectum, non offendit in Miscell. Lacon. p. 19.

Ἄττασι, ἀνάστηθι· Λάκωνες. vid. Notata in *Eurip.* Phoen. v. 1671. ubi etiam reperietur Κάββασι, κατάβηθι· Λάκωνες. Praepositionem sic contrahendi mos, frequens *Homero*, in permultis placuit Laconibus: Gythéo Lace-
C. daemoniorum navali non longe aberat rudis lapis, teste *Pausania* edito (III. p. 265. f.) dictus Ζεὺς Καππώτας κατὰ γλῶσσαν τὴν Δωρίδα. in isto lapide dicebant Ὀρέστην καθεσθέντα παύσασθαι τῆς μανίας. monstrat illud, Iovi Laconicum nomen fuisse Καππαύτας· quod, pro καταπαύτης positum, illinc eruere memini paene puerum *Ianum Helvetium*, qui vir eruditissimus, meliori fato dignissimus, ante diem occidit.

Ἔξεσα, ἔξωθεν· Λάκωνες. ſic pro Ἐξέσας correxit *T. H.* ad *Heſych.* in Ἐξεχέμεναι. Adverbia talia ſic terminabant Dorienſes: Ἔμπροσθα, Ἔνερθα, Ὄπισθα, Ὕπερθα, adnotantur in *Apollonii Alexandrini* libello *MS.* περὶ Ἐπιῤῥημάτων. *Alcmanis* iſta leguntur in eodem libello:

Ὁ δ' ἐξύπισθα κασταθεὶς —

A tergo vero deſtitutus: — quae iambicum conficiunt dimetrum: huc pertinet *Heſychii* Ἐξύπισθα, ἐκ τοῦ ὀπίσω. Κασταθεὶς, vel Κασσταθεὶς eſt pro καταστάθεις. in altero loco *Apollonii* iſta tantum leguntur ſic ſcripta: ὁ δ' ἐξόπισθα καταθεὶς. in altero haec: ὁ δ' ἐξύπισθα κασταθεὶς πρὸς θέτροσθα. quid lateat in ultimis, aliquando forſan detegetur. p. 279. A.

Ἔσαμεν, ἐθεωρᾶμεν· Λάκωνες.

Verum vidit *Iſ. Voſſius*; a quo recte etiam confertur *Heſychii* Σαωμένη, θεωρᾶσα. ubi νη in να tantum mutandum. Formam antiquiſſimam aliâ mutatam nolim: θεάω recentioribus frequens, quamvis apud Atticos Scriptores nusquam occurrat, antiquiſſimis tamen Graecis fuit in uſu: errat *Iac. Perizonius*, ut ſaepius in Graecis, in *Aeliani* V. H. p. 442; cavit ſibi ab hoc errore *Kuſter.* in *Ariſtoph.* Eq. v. 1345. turpiorem errorem Noſtratis *L. Bos*, ſed in iuvene excuſandum, attigit *T. H.* in *Ariſtoph.* Plut. v. 1014. v. 366. — Θέα, *vide*, idem ac σκόπει, legitur apud *Euſeb.* Praep. p. 40. D. 93. B. ſaepius apud *Io. Chryſoſtomum*, aliosque: Atticiſtae etiam θεῶ dediſſe videntur, ubi hic illic vulgatur in eorum ſcriptis θέα, *vide*. B.

Μάσαξ, ὁ ὑπὸ τοῦ βοᾶν τρεφόμενος.
Μασίδδει, λαλεῖ, ὁμιλεῖ.

Tametſi et in his omiſſum ſit nomen Λάκωνες, non tamen dubito quin ſint Laconica: Comicum etiam more Laconico ſcripſiſſe ſuſpicor in Lyſiſtr. v. 94. Μάσιδδε τύ, (τὺ *Toupio* debetur Addend. in *Theocr.* Eid. I, 148.) v. 980. — λῶ τι μασίξαι νέον. v. 1078,

Τί δεῖ ποθ' ὕμμε πολλὰ μασίδδην ἔπη;

Atque in his, ſi licet, leviter diſſentio a viro Summo,

C. cuius vid. obſervatio in Auctario Emend. in *Heſych.* ad T. II, p. 625. — Illud κ, pro υ in multis ſcriptum, eſt non tantum aliorum, ſed vel inprimis Laconum; quod recte *Salmaſ.* iam animadvertit ad *Simmiae* Ovum p. 176, quodque, ſi id agerem, multis a me poſſet confirmari: *Alcmanis* mihi verba videbantur, quae tribuuntur *Callimacho* in Edd. *Priſciani*, (vid. Fragm. *Bentlei.* CCLVIII.) ſed a Codicibus illic MSS. nomen abeſſe *Callimachi* conſultus olim Clariſſ. et amiciſſimus *P. Bondamus* me monuit. — *Corinnae* locum egregie reſtituit *Toupius* Append. Not. in *Theocr.* Eid. XI, 25. cuius ultima, prout vir ſagaciſſimus emendavit, χῶράν τ' ἀπ' ἐὲς πᾶσαν ὠνούμηνεν, exhibet Codex *Apollonii Alex. MS.* ex quo vitioſe deſcripſit iſta *Iſ. Voſſius.* — Alterum *Heſychii*, Μούσαξ, La-
p. 280. A. conicum, diverſiſſimum eſt a vicino Μασίκτας· a *Muſis* ſic vel a *Theocrito* dici potuit *cantor*, ut dicitur Μελίκτας· Συρικτας· Βωκολιάκτας· — Μούσαξ ore Laconico erat qui forma vulgari dici potuit Μύθαξ. huius certe formae fuerunt in uſu Μόθαξ· Φλύαξ· Φέναξ· Σκαίαξ· etc. ultimi loco vitioſe ſcriptum puto apud *Heſych.* Σκάνιξ. Latina huius formae a ſe collecta dedit *Nic. Heinſius* in *Ovid.* Amor. II. El. VI, 23. — Spartae dictum ſuſpicor Μούσακα, τὸν Αστυβοώτην. τὸν κήρυκα hoc ornavit epitheto *Homerus* in Il. Ψ, 101. cuius eſt et ἠπύτα κήρυξ in Il. H, 384. — *Etymologus* p. 309, 51. Ἐγγλωττογάστωρ· — παρὰ τὸ διὰ γλώσσης καὶ διὰ λόγων τρέφεσθαι. et Μούσαξ ab *Heſychio* dicitur ὁ ὑπὸ τοῦ βοᾶν τρεφόμενος. *praeconis boatu,*
B. *Apuleio* Met. X. p. 214, 30. recte reſtituit *Io. Privaeus:* conf. III p 44 v. 25.

Πάσορ, πάθος· Λάκωνες. Pro Πάσον ſic vere *Caſaubonus* emendavit.

Πισάκνα, πιθάκνη. Laconicum eſſe vidit *Io. Alberti.*

Πισορ, πίθος· Λάκωνες. ſic recte ſcribit *Salmaſ.* pro πίθον.

Σαμινὰ, θαμινὰ, συνεχῶς· Λάκωνες.

Σεῖν, θεῖν· Λάκωνες.

Σερμοὶ, θερμοί. Accentu retracto Σέρμοι Laconice erunt θέρμοι, *lupini;* quibus etiam in publico convivio Laconico locum fuiſſe tradit *Molpis* apud *Atheu.* IV. p.

140. B. *Lupini* Caryſtiis Σάρμοι dicebantur, teſte eodem *Heſychio*. — A Tarentinorum colonis Heracliis in infima Italia ἱαρὸς ſcribebatur, pro ἱερός· ſic ſemper vox iſta ſcribitur in monumento, quod *Mazochius* publicavit: in iſta tabula Heracleae cives, (Ἰταλιῶται,) bis dicuntur Ἡράκλειοι, v. 61. et 105.

Σηρίον, θηρίον. C.

Σίγη, θίγγανε· Λάκωνες. vel Σίγε ſcribendum, vel Σίγειν, θιγγάνειν. dederat hoc *Ariſtoph.* Lyſ. v. 1003, ubi roganti Athenienſi, quomodo ſe haberent, Lacedaemonius reſpondet caduceator pro petulantia veteris comoediae flagitioſa, a qua non abhorruit *Plautus*:

[ΠΡ. Πῶς ἂν ἔχετε; ΚΗ.] Μογιῶμες· ἂν γὰρ τὰν πόλιν
Ἅιπερ λυχνοφοριῶντες ἀποκεκύφαμες·
Ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω σίγειν
Ἐῶντι, πρίν γ' ἅπαντες ἐξ ἑνὸς λόγω
Σπονδὰς ποιησούμεσθα ποττὰν Ἑλλάδα.

Sic ſcribi debent Ariſtophanéa, quae partim leguntur apud *Suidam* in Μύρτον· ex quo intelligi etiam poterit τοῦ μύρτε θίγειν Graece dictum Κλειτοριάζειν. minus adparet cur p. 281. A. paulo ante dixerit Lacon *Ariſtophanis* v. 999,

Γυναῖκες, ἅπερ ἀπὸ μιᾶς ὑσπλάγιδος
Ἀπήλαον τὼς ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὑσσάκων.

niſi ſcripſerit νυσσάκῳ· ut, τὴν νύσσαν, Νύσσακα dixiſſe cenſeantur. Τὸν Μύρτον autem in hac ipſa fabula dixit v. 824. σάκανδρον· v. 202. κάπρον· v. 151. δέλτα· in Εἰρ. v. 891. ὀπτάνιον· in Eccleſ. v. 620. τρύπημα· v. 901. τρῆμα. Dictum ſuum, verum quidem, paulo tamen inconſideratius iactum, capite luere debuit *Sotades*, quo Ptolemaeum Philadelphum exacerbavit, cui ſoror et coniux erat eadem, εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς, teſte *Athen.* XIV. p. 621. A. Ad Μύρτον vero propius accedunt ῥόδον· ῥοδωνιά· κῆπος· apud *Athen.* VI. p. 269. B. in loco *Pherecratis* puellae memorantur,

Ἡβυλλιῶσαι, καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι. B.

vid. *D. Heinſii* Lect. *Theocr.* c. XVII p. 354. ad Schol. in Eid. XI, 10. ubi loco ſatis alieno memoratur ῥοδωνιά. Theo-

dorus, qui certe Deos ſuae gentis ſpernebat, irridens Stilponem, qui Phidiae Minervam θεὸν εἶναι negaverat, accuſatus impietatis θεὰν eſſe dixerat, teſte *Diogene Laërt.* II, 116. πόθεν, aiebat, τοῦτ' ᾔδει Στίλπων, ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο· haec iam recte ceperat *P. Leopardus* Emend. VII, c. 6. conf. a viris Doctiſſ. nuper etiam a Clariſſ. *P. Burmanno Sec.* notata in Anthol. Lat. T. II. p. 484. ut mirer apud *Diogenem* τὸν κῆπον *Menagio* displicuiſſe: גנה, et גנה apud Orientales ſic per euphemismum adhiberi, in transcurſu monuit *Schultenſius* in *Iobi* c. XXIV. p. 688. Ne haec quidem tractare dubitavit Theologus eruditiſſ. *Io.*
C. *Alberti* ad *Heſych.* T. I. p. 697. n. 6. p. 783, 3. p. 866, n. 24. etc. ne Archiepiſcopum dicam *Euſtathium* in Il. K. p. 738, 35. M. p. 855, 18. in Od. A. p. 97, 14. E. p. 229, 37. I. p. 365, 48. P. p. 633, 20. Φ. p. 760, 49. quibus in locis variae proſtant iſtius μορίας adpellationes. — Haec ad obſervationum Grammaticarum triſtitiam minuendam ſunt prolata: ſuum autem uſum habere monſtrat Orientale גנה

Nunc Laconica quaedam prioris generis reſtituam integritati priſtinae: *Heſychiana* ſunt:

Ἀπαλοῖξαι, ὀμόσαι· Λάκωνες. ubi primum ſcriptum fuit, Ἀπαλλοῖξαι·

et

Ἀπαλασίξαι, ὀμόσαι.

p. 282. A. Nihil eſt in notis quod ad rem faciat; nihil in Auctario. Corruptelae ſuſpicio vix unquam in talibus agitavit *Meurſium*, qui ponit ut minime dubium, pro *iurare* dixiſſe Laconas Ἀπολοῖξαι, Miſcell. Lac. II, c. 8. f. Cum meam legiſſet ad *Röverum* Epiſtolam *Adr. Heringa*, in iſtis mihi facile perſuaſit verbum latere Laconicum:

Ἀπαλασίξαι·

id eſt Ἀπαληθίσαι· *veritatem iureiurando adfirmare.* hoc forte nusquam, ſed ἀπαληθεῦσαι legitur in Oeconomico *Xenoph.* p. 481, 41. quem in locum *Stephani* coniecturam ἀπαλήθευσαι recepit *Io. Aug. Bachius* p. 16. g. egó receptum mallem, ſi Codices darent, ἀπαλήθευσον. non neſcio tamen ἀληθεύεσθαι in Xenophonteis legi: inter tria, quae pueros docebant *Perſae*, τὸ ἀληθίζεσθαι ponit *Hero-*

dotus I, c. 136. cui reddidit ex Codd. *Wess.* L. III, c. 72. B.
ἀληθίζονται, ἵνα τι τῇ ἀληθηΐῃ ἐπισπάσωνται κέρδος. Dicta Laconum pleraque apud *Plutarchum* forma Graecorum exhibentur vulgari; hoc etiam Nicandri T. II. p. 230. B. [τῶν Ἀθηναιων εἰπόντος τινὸς, λίαν ἀντέχεσθε, Νίκανδρε, τοῦ σχολάζειν,] Ἀληθίζεις, ἔφη, ἀλλ' ἀχ ὥσπερ ὑμεῖς ὅπως τύχοι σπεδάζομεν. patria ſua Dialecto Nicander ἀλασίδδες dixiſſet. — *Heringa*, qui ulcera etiam latentia in libris antiquis feliciſſime perſanaret, Philoſophus Graece eruditiſſimus, atque omni rerum copia affluens, vellem equidem Friſios aegros relinqueret Medicis curandos, qui ab his ſunt ſacris alieni.

Βεσόν. ἔθος. καὶ ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειρος. Λάκωνες.

Partem veri vidit *Guietus*: — In proximis latere vocem, quam adferunt viri docti ex *Etymol. M.* in his ſuſpicor excidiſſe nonnulla: periclitabor coniecturam paulo audaciorem: ſcribendum forte: C.

Βέσορ, ἔθος, καὶ Βεσῶν ἄμπειρος, ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειρος· Λ.

Διασατὴρ, διαπαίζειν· Λάκωνες.

Minime abſurdum eſt *D. Heinſii* Διασατυρίδδην, διαπαίζειν. In *Etymologico M.* Διαπιθηκίσαι eſſe dicitur τὸ διαπαῖξαι. Fortaſſe tamen in διαπαίζειν latet διυλίζειν, ſive potius διυλίζων· tum Διασατὴρ Laconicum eſſet pro διηθητηρ. *Percolare*, Διηθεῖν, non tantum in uſu fuit, ſed et ἠθητής· et ὑλιστήρ.

Ἐνύει, ἔιδον· Λάκωνες.

Ingenioſe corrigit *Kuſter*. Ἐνδύει. ſcribi malim Ἔνδυσι· quod dici Laconice potuit pro ἔνδοθι.

Κασαρνεῖς, ἀνύεις· Λάκωνες.

Corrigo, Κασαρεύεις, ἀγνεύεις· Λάκωνες.

Κασεύρει, κοιμᾶται.

Scribendum una litera mutata, Κασεύδει. p. 283. A.

Μόων, μόθων.

Literam, male eliſam, interſererem, legens Μόσων. illud enim σ, pro θ poſitum, non tollebatur.

Παλινσάγης, χήρα γυνή.

An dicta fuit a Poëta quodam Παλινσαλὴς, pro παλινθαλής· ut virgo dicebatur νεοθαλής;

Πισάκιον, περιστόμιον.

Fortasse *fraeni* partem, equorum ori circumiectam, pro πειθήνιον, aliquis dixerat Πισάνιον. *Etymologus* p. 139, 34. Φορβειὰ, — τὸ σχοινίον τᾶ ἀλόγα, τὸ περιστόμιον, τὸ καπίστριον, sic et p. 798. Idem rarius Ἀνήνιον reddit ἀδέλωτον.

Σάλλα δρυσοφύκα.

Laconice Σαλάδδωα esset τροφεύκα· sic certe more
B. gentis dici debuit ἠθηλάζεσα· quam Attici Poëtae θηλάστριαν vocarunt: vid. *Pierson.* in *Moerid.* Attic. p. 189. et hic in Laconicis notata p. 275. — Cui Σαλάδδωα placuerit, huic fortasse persuaserim, ubi vulgatur,

Σάνιτρα, τροφὸς, τιθήνη.

scribi olim potuisse, Σαλάκτρια, τροφὸς, τιθήνη. Lacones sic certe vocare potuerunt τὴν θηλάστριαν.

Σαρσίτειος χορὸς, πρὸς μύλον ποιέμενος τὴν χορείαν.

Io. Alberti, *Tangitur*, ait, *a Meurs. Misc.* II. 10. *extr.* „Quid autem *Meursius? Quidam*, inquit, *chorus etiam* Σαρσίτειος *dictus*, *choreas ad molam agitans:* tum ponit verba *Hesychii;* nihil praeterea. Primum chorus ad *molam* ποιέμενος τὴν χορείαν parum abest ab absurdo: auferet hinc molam, *tibiam*que restituet una litera mutata. Corrige,
C. πρὸς αὐλὸν ποιούμενος τὴν χορείαν. — Quam hic vere, nisi me omnia fallunt, repono, vox αὐλὸς contra sedem alienissimam occupat in glossa Laconica *Hesychii:*

Ἀγλευκὲρ, αὐλός· Λάκωνες.

emenda literas centies sic mutatas, et repone,

Ἀγλευκὲρ, ἀηδές· Λάκωνες.

hoc Criticos arbitror probaturos. Qualis iam ὁ Σαρσίτειος χορὸς; ut equidem iudico, ὁ θαρσύνων·

— *mares animos in Martia bella*

Exacuens. — Carmen Laconicum, antequam praelium inirent, decantatum, Ἐμβατήριον dicitur. A *Plutarcho* T. II. p. 238. B. οἱ ἐμβατήριοι ῥυθμοὶ fuisse dicuntur

παρορμητικοὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ θαῤῥαλεότητα, — οἷς ἐχρῶντο ἔν τε χοροῖς, καὶ πρὸς αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμικοῖς· quae partim eadem dedit in Lycurgo T. I. p. 53. B. conf. T. II. p. 335. A. *Pausanias* III. p. 251. m. (Λακεδαιμόνιοι τὰς ἐξόδους ἐπὶ τὰς μάχας — ἐποιοῦντο — πρός τε αὐλῶν μέλη etc.) *Gellius* N. A. I, c. XI. *Polyaenus* I, c. X. *Io. Meursius* Misc. Lacon. II, c. XI. *Ciceronis* locum adscribam ex Tusc. II, c. XV. prout veteres lectiones, partim a *Bouhierio*, partim a se levissima mutatione correctas mecum aliquando communicavit *Ioannes* Noster *Luzacius*: *Militiam vero (nostram dico, non Spartiatarum; quorum procedit motus ad tibiam; nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio) nosti* (pro *nostri*) *exercitus primum unde nomen habeat: vides deinde, qui labor* etc. p. 284. A.

Σῆνα, θυσία· Λάκωνες] Pro θεῖον non scripserunt θεῖνον· sed θέϊνον. Μετέχειν καὶ θείνων καὶ ἀνθρωπίνων legitur in monumentis Cretensibus, Decreto Allariotarum, et Formula Foederis inter Latios et Olontios; quorum hoc primus edidit *Chishullus* in Ant. As. p. 134. illud iam olim dederat *Gruterus*, et ex marmore emendatius *Montfauconius* in Diar. Ital. p. 72. sed nihil istud habet commune cum Σῆνα· quod in Σῦμα non dubitanter corrigo: In Laconicis pacis legibus apud *Thucyd.* V, c. 77. bene fuit emendatum περὶ δὲ τῶ τῷ Σιῶ σύματος εἶμεν λῆν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὅρκον. vid. Epist. ad *Röver*. p. 73. *Koen.* ad *Gregor.* p. 91. et *Abresch.* Dilucid. *Thucyd.* p. 549. B.

Σίμιον, αἰγιαλός.

Vere, ut puto, iam olim correxi, Σὶν, ἠϊὼν, αἰγιαλός. Supra legitur Θὶν, — ὁ αἰγιαλός. et Ἀγαὶ, ἠϊόνες· sunt κυμάτων ἀγαὶ, atque adeo ἀκταὶ, *actae*: sed Ἀκταὶ eximie secundum *Ammonium* sunt *litora lapidosa*, Θῖνες, *arenosa*; sive *cumuli arenarum vi maris frangendae oppositi*: Θῖνες, οἱ ἀμμώδεις, sive ψαμμώδεις αἰγιαλοί. Ψάμαθον καὶ ἠϊόνα iungit *Bion* fragmento Carm. XII, 2. C.

Σύλλιρ, θύλακον.

Corrigo Σύλαϊρ, sed suspicor genuinam fuisse scriptionem Laconicam:

Σελακίρ, θύλακος.

Sopingius aptum citat ex *Hesych.* Παρσκλάκιρ. vulgatur apud *Hesych.* Παρσκλάκηρ. τὸν τρίβωνα, ὅταν γένηται ὡς θύλακος. hîc *Sopingius* adscribere non debuerat παρασκλάκιρ. ut, pro ἀνὰ, ἂν, pro παρὰ in usu quoque quotidiano scribebant πὰρ, etiam in compositis: in tabula Hera-
p. 285. A. cleënsi, ad quam velut certam regulam in hoc genere permulta possunt exigi, legere licet: πὰρ τὰν Βυβλίαν· πὰρ τὰς τυρείας· πὰρ πέντε ἔτη· παρμετρήσοντι· παρδῶντι etc. vocis vero compositio manebit adhuc in *Hesychio* obscura: lucrabimur hinc tamen formam Σκλάκιρ, Laconicam, pro θυλακίς. sic ὁ θύλακος dicebatur, ut et θύλαξ. Huc etiam pertinet *Hesychii* Σύλαιον, θύλακον· me iudice mutandum in Σύλακον. hoc attigisse video *Piersonum* ad libellum *Aelii Herodiani* p. 443. Sed *Toupius*, opinor, ne formam quidem σύλλιρ mutatam aliâ voluisset, quippe cui θυλὶς, sive θύλλις etiam pro θύλακος fuisse videatur in usu. Emend. in *Suid.* III. p. 93. conf. *Toupii* Append. Not. in *Theocr.* Eid. I, 53.

Ceterum illud Σ, pro Θ, velut proprium fuisse videtur Laconicam regionem incolentibus, et ne ab horum
B. quidem colonis Tarentinis in iisdem vocibus receptum: hos, ut solebant passim Graeci, *peram*, θύλακον dixisse, conficere (lect. ex *Hesychii* glossa:

Θυλακίζειν, τὸ ἀπαιτεῖν τι ἑπόμενον μετὰ θυλάκου· Ταραντῖνοι.

Suo velut iure stipem ἀπῆτεν, tanquam debitum *exigebant*, sacri nebulones, qui data — ἤγιζον εἰς σάκκον τινά. ut eleganter de Aesculapii sacrificulo loquitur *Aristoph.* in Pluto v. 681. cum et in voce vitiose scripta Θαυλακίζειν legatur, μετὰ βοῆς ἀπαιτεῖν τι· verbum hoc in ἐπαιτεῖν cum viris doctis non mutarem. Adhibuerat illud Θυλακίζειν in quadam suarum fabularum probabiliter *Rhinthon* Tarentinus; idcirco Tarentinis tribuitur apud *Hesychium.* — *Apollonius Alex.* περὶ Ἀντωνυμίας *MS.* Ἡ Ἐμίνη συνήθης Ταραντίνοις· ἡ δὲ χρῆσις παρὰ Ῥίνθωνι. Sed in
C. Ἐμίνη similibusque Tarentini solebant Λακωνίζειν. *Etymolog.* p. 314, 45. παρὰ τὴν ἐμὶν, Ἐμίνη· τὶν. Τίνη. hoc rarius, reponendum in dicto Agidis apud *Plutarch.* II, p. 190.

190. D. ubi πρὸς πόνηρὸν, ἐρωτῶντα πολλάκις, τίς ἄριστος εἴη Σπαρτιατῶν, εἶπεν, ὁ τύνη ἀνομοιότατος. ſcribendum ὁ τίνη ἀν. forma vulgaris σοὶ legitur in hoc dicto T. II. p. 216. C. Dorienſibus vulgo uſitata τὶν, *Plutarchi* T. I. p. 52. C. ubi tribuitur illud Demarato. — Sed, ut dicebam, σ pro ϑ non videntur ſcripſiſſe Tarentini: *Pierſonus* in Moer. p. 341. quod apud *Heſychium* legitur Ἀνασεῖν, ἀναφέρεσθαι· Tarentinorum eſſe ſuſpicabatur, pro ἀναθεῖν poſitum; atque adeo nomen Ταραντῖνοι huc ingenioſe retrahebat ex proximo: quae leguntur apud *Heſychium* continua: Ἀνασκολύψας, γυμνώσας. + Ἀνασοβεῖ, ἀνακινεῖ· Ταραντῖνοι. + Ἀνασεῖν, ἀναφέρεσθαι. ſic puto reſtituenda.

Ἀνασκολύψας, γυμνώσας· Ταραντῖνοι. (ſive *Rhinthon.*)
Ἀνασοβεῖ, ἀνακινεῖ.
Ἀνάσσειν, ἀναφέρεσθαι. p. 28 C. A.

ultimum illud, ex ἀναΐσσειν contractum; certe ἄσσειν· ἄττειν· ἄττεσθαι· ἄξαν· ἦξεν, etc. ſaepiſſime vitiata latent.

Nullam paene novi Graeciae gentem, quae *Deum* Σιὸν dixerit, praeter illam Laconum: Apollinem σιὸν vocant Lacones in *Ariſtoph.* Lyſ. v. 1301. Dianam σιὰν v. 1265. per Caſtores, ſive Dioſcuros, iurantes in eadem fabula, mulieres aeque ac viri, dicunt ναὶ τὼ σιὼ, vel ναὶ σιὼ, vſſ. 81. 86. 90. 142. 982. 1097. etc. ad primum horum verſuum recte *Schol.* Ναὶ σιὼ] Τὲς Διοσκόρες λέγει· Λακωνικῶς δὲ φθέγγεται. ὡς αἱ Ἀττικαὶ, νὴ τὼ θεὼ, ἤτοι τὴν Κόρην καὶ τὴν Δήμητραν. nihil verius. conf. *Palmer.* in Exercit. p. 765. Haec diverſiſſima paene ſuſpicor confudiſſe Romanorum doctiſſimum: *Gellius* N. A. XII. c. VII. *M.* inquit, *Varro aſſeverat antiquiſſimos viros neque per Caſtorem neque per Pollucem deiurare ſolitos; ſed id iusiurandum fuiſſe tantum feminarum ex Initiis Eleuſiniis acceptum.* Cum Initiis Eleuſiniis nihil, quod quidem noverim, habuere commune gemelli Therapnaei; per heroas patrios, in coelum receptos, *per Caſtores*, τὼ σιὼ, iurabant etiam feminae Lacaenae; Atticae vero, iurantes per τὼ θεὼ, Cererem ſemper intelligebant et Proſerpinam: — viri Lacones, νὴ, vel ναὶ τὼ σιὼ, dicunt; Cleander in *Xenophontis* K. A. VI. p. 230, 9. Paſimachus, B.

Ελλ. IV. p. 306, 19. Charilaus apud *Plutarch.* T. II. p. 189. F. incerti apud eumdem, p. 235. D. E. p. 233. B. (horum primi dictum Latine dat *Cicero* de Senect. c. XVIII.) et Agesilaus, p. 208. E. — Ne Cretenses quidem, qui multa habebant, praeter Leges, cum Spartanis com-
C. munia, *Deos* dixerunt Σιώς, sed Θιώς. *Hesychius:* Θιός, θεός· Κρῆτες. apud eundem paulo ante, pro Θίκιον, cum *Hemsterhusio* legendum Θίειον, vel potius Θιήϊον, θεῖον τὸ ὀρυκτόν· (*sulphur fossile;*) Κρῆτες. θέειον dixit *Homerus.* ut illic η in κ, contra κ in η transiisse videtur in glossa itidem fortasse Cretica *Hesychii:* Θιάρατος, εὐητος. corrigatur εὐκτὸς, *a Deo optandus.* Nonnulli tamen in Creta, ubi *Homeri* iam aetate Dialectorum observata fuit varietas, ut Lacones, dixisse Deos videntur Σιώς. *Chishullus* in Antiq. Asiat. p. 137. exhibet et iusiurandum ex marmore Cretensi, quo Foedus Latii confirmarunt et Olontii:

Ὀμνέω τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν Ζῆνα κ. τ. λ.
Καὶ τὼς ἄλλως Σιὼς πάντας καὶ πάσας.

p. 287. A. *Reinesius*, ubi partem dedit istius marmoris, Inscript. cl. VII, 26. exhibet,

ΚΑΙ ΤΩΣ ΑΛΛΟΣΙΩΣ Π. Κ. Π.

In alia formula iurisiurandi Cretica, quam ex marmore *Gruterus* primus publicavit Inscript. p. DV, renovavit *Chishullus* p. 133, legere licet v. 15.

ΘΕΟΣ ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ.

et v. 25.

ΤΟΣ ΤΕ ΘΕΟΣ ΤΟΣ ΩΜΟΣΑ ΕΜΜΑΝΙΑΣ ΗΜΕΝ.

— Cum vero Gortynii in Creta coloni fuerint Lacedaemoniorum, nemo mirabitur quod est apud *Hesychium*, Σεῖναι, θεῖναι· Κρῆτες. quamvis unicum fortasse sit in suo
B. genere, nihil ad Σεῖναι notatum legitur.

— Inter ceteras Doriensium Λέξεις, quas *Hesychius* nobis unus conservavit, duas tantum inveni, in quibus hic Laconismus obtinet, Eleorum alteram; alteram Paphiorum:

Βορσὸν, σταυρόν· Ἠλεῖοι.
Σάσαι, καθίσαι· Παφιοι.

Prioris rationem ſuo loco *Kuſterus*, poſterioris ad v. Θάβακον indicavit. *Ti. Hemſterhuſius.*

Supra dicebam p. 277. B. ſolitos Laconas literam Σ, ſi conſonans ſequeretur non liquida, in ſequentem transmutare: hunc pronunciandi morem Lacedaemoniorum etiam coloni probarunt Tarentini, atque ab utrisque longe diſſiti inter Boeotos certe Thebani; quin imo, in permultis, Dorienſes etiam alii. Huius generis nonnulla C.
iam dedi in *Euripidis* Phoeniſſas v. 1671, occaſione verbi ἵττω. Ἴττω Ἡρακλῆς, Ἴττω Ζεὺς, Thebanum facit dicentem *Ariſtophanes* in Acharn. v. 860. et 911. Huc pertinent Ἐττὸν, Ἐττὰν, etc. Legitur in Senatusconſulto Laconico: Τιμόθεος ὁ Μιλήσιος παραγενόμενος ἐττὰν ἁμετέραν πόλιν — οὐκ ἔνδικα τὼς νέως διδάκκε. huius ſimillimum eſt apud *Heſych.* Ἀκκὸς, ἀσκός· Λάκωνες. Ubi legitur, Ἀσπὶς, ὕσπληξ· Λάκωνες. vix dubito quin Ἀσπὶς, *clypeus*, ſic dictus fuerit Laconice, qui defixus bellatoribus curſu certaturis uſum praebere potuit termini a quo currere inciperent, atque adeo *repaguli*, vel *regulae*, τῆς ὕσπληγγος. — Si ὁ μικρὸς δάκτυλος dictus fuit Κασκός· Laconicum videri poterit Κακκός· utrumque ſuis locis dat *Heſychius*; apud quem Κιτταὶ dicuntur πρόγονοι. una litera interiecta Κίτται erunt κτίσται, atque adeo etiam πρόγονοι. quales a Spartiatis habebantur Euryſthenes et Procles. Pro Κτιτὲς, p. 288.
κτίστης· dubito ſcripſeritne Grammaticus antiquior Κτίταρ, A.
an Κτίτως. utrumque legitimum a veteri Κτίω formari potuit; unde ἀμφικτίονες dicti ſunt et περικτίονες· ſed et illinc, fateor, gentis *progenitores* dici potuerunt Κτίται. — Quod apud *Heſych.* legitur Ἴτθαι, καθίται· mutatum in Ἧτθαι, pro ἧσθαι cenſeri poterit poſitum. — Ionice τὸν πώγωνα dictum Μύτταικα non opinor: hoc tamen ſtatuit *H. Stephanus* ob iſta *Heſychii*; Μύτταικες, μύκαι· Σικελοί. Ἴωνες, πώγωνα. quod ſaepius evenit, duas gloſſas arbitror et hic male coaluiſſe: corrigerem:

Μύτακες, μύκαι· Σικελοί.
Μύτταικα, πώγωνα· Λάκωνες.

B. *Fungi*, μύκαι (*Hesych.* Μύκης, μύκητος καὶ μύκα, δίκλιτον) in Lingua vulgari, μύκητες ab Atticis dicti, literis, quod saepius fecerunt, transpositis Μύτακες a Graecis vocari potuerunt Siciliensibus: μύκαι tamen ab *Epicharmo* dicuntur in *Athenaei* Epitome libri II. p. 60. F. — *Barbam* Spartiatae prae ceteris alebant prolixam: quinimo antiquissimis temporibus inprimis studebant φορεῖν τὸν μύστακα· *à faire, ou à se relever la moustache*: idcirco quotannis publicitus admonebantur κείρεσθαι τὸν μύστακα, ut pilos ex superiore parte labiorum sibi curarent detonderi: *Casaubon.* Anim. in *Athen.* (ad locum *Antiphanis* IV. p. 143. A.) IV, c. IX, in fine, quae loca respicit *Plutarchi* reperientur T. I. p. 808. D. T. II. p. 550. B. conf. *Meursii* Miscell. Lac. I. c. XVI. — τὸν μύστακα suo more dixisse Lacones videntur Μύτακα. Ubi dicta proferun-
C. tur Laconica, mos usitatus scribendi in his etiam obtinet: exemplo sit Βασιλίσκος· *Athen.* XIII. p. 566. A. Φασὶ περὶ Ἀρχιδάμα τοῦ βασιλέως, γυναικὸς αὐτῷ καλῆς φαινομένης, ἑτέρας δὲ (sic scribendum) αἰσχρᾶς καὶ πλεσίας, ὡς ἀπέκλινεν ἐπὶ τὴν πλεσίαν, ζημιῶσαι τοὺς Ἐφόρους αὐτὸν, ἐπιλέγοντας (legendum puto, αἰτίαν λέγοντας· vid. *Plutarch.* I. 598. B. II. p. 482. D. et *Pollux* VIII, 40.) ὅτι Βασιλίσκος ἀντὶ βασιλέων τοῖς Σπαρτιάταις γεννᾶν προαιρεῖται. in eodem dicto Βασιλίσκος praebet *Plutarch.* T. II. p. 1. D. verum ex *Theophrasto* T. I. p. 597. A. Οὐ γὰρ βασιλεῖς ἄμμιν, ἀλλὰ βασιλείδια γεννάσει. sed utrobique verius μικρὰν dicitur Rex uxorem duxisse. — *Hesychii* Ἀπαφελίστωρ, *Albertio* in Ἀσταφ. *Koenio* ad *Gregor.* p. 214. in Ἀτταφελίστωρ, mihi in Ἀτταφέλιττορ videtur mutandum. — *Hesychianum* Ἀμπίτιαρ, παραταττομένη· feli-
p. 289. A. cissime correxit *Is. Vossius* in Ἀμπίτταρ (id est ἀμφιστὰς) παραταττόμενος. hanc emendationem iuveni mihi laudantem *Hemsterhusium* dicere memini, participium illud Laconicum alicubi latere apud *Plutarchum*: me feliciores locum forsan invenient, qui mihi quidem Plutarchéa legenti se non obtulit.

Hic Laconismus in verbis praesertim obtinuit. Huius generis nonnulla, Laconica pleraque, in ἄδδω et in ἴδδω desinentia, olim a me collecta, dedi in Epistola ad *Rö-*

verum, postquam *Hesychii* primum fuisset volumen publicatum. in observatis ad istam libri partem huius generis ab *Joanne Alberti* nihil videram adnotatum, qui, vir in suo Literatorum ordine eruditissimus, illud tamen genus literarum Graecarum, in quâ principatum tenebat *Hem-* B.
sterhusius, non habebat perspectum: sed ipsius *Hemsterhusii* correctiones huius classis verborum et nominum in Auctario demum prostant Emendationum. In Epistolae meae p. 72. 75. 76. 77. 78. *Aristophanéa* reperientur, Μασίδδω· Ψιάδδω· Πραμπυκίδδομαι· Θυρσάδδω· quaeque nunc suspicor restituenda, Εὐάδδω· et Βλιμάδδω. Unum ibidem occurrit in *Hesychio* emendate scriptum Φαιρίδδειν· alia, leviter vitiata, eidem a me restituuntur, Φκάδδει· Ἐκπετρίδδειν· Κωμάδδειν· Οἰκίδδειν· Ὁμηρίδδειν· Ὀρκίδδει. Haec, in notis ad secundum *Hesychii* volumen memorata, auctoritate pleraque *Hemsterhusii* confirmantur: Ἐπευαδδομένα, accurate tractatum in ista Epist. p. 78. 80. locum etiam invenit in Auctario; in quo duo prostant eruta ab *Hemsterhusio*, Πλατειάδδοντες· et Σπερχυλλάδδη, ad T. II. p. 974. et 1246. huic indagatori sagacissimo debe- C.
bitur in posterum Καρτεριάδδω· *Hesychio*, pro vitiosis, Οὐ καρτερία ἢ δ' εἶ, *Hemsterhusianum*, Οὐ καρτεριάδδει, οὐ φρόνιμος εἶ, recte restituit *Io. Alberti*, verbisque auctoris adfirmavit: eiusdem notam edidit etiam ad Συμβκάδδει egregiam; aliam, abstrusiora complectentem, ad Οἰκίδδειν· quod per καθῆσθαι cum redderetur, et mox subiiceretur Οἰκίζειν, οἰκεῖν· illud ego simpliciter acceperam pro οἴκοι vel ἐν οἴκῳ καθῆσθαι· atque adeo τὴν οἰκερὸν, seu τὴν ἔνδον μένασαν, *domisedam*, Laconice dici potuisse suspicabar Οἰκίδδων· verum Laconico Οἰκίδδω longe diversam originem dare studet vir Summus, cui obniti nolo. In Auctario ad I. Tom. *Hesych.* p. 253. restituitur etiam ab illo verbum Ἀλφάδδει, significans εὑρίσκει. Ibid. in P. 1733. Θρυλλίδδειν a se emendatum dedit Cl. *Ruhnkenius*; cuius est in p. 290.
Epist. Critica II. p. 80, pro Βοαδεῖ, ὀκνεῖ· ingeniose excogi- A.
tatum Βοκλάδδει· nec tamen absurdum, quod ibi forte fortuna adscripsit Editor, *an* Βοάδδει; — Apud *Hesych.* ex serie literarum, mihi quoque placuerat Λαδδοίατο· ut

Koenio ad *Gregor.* p. 281; pro Ἀβριάχεται, κοσμεῖται, θ. correxeram:

Ἀβρίδδεται, κοσμεῖται, θρύπτεται.

Non ἀβρύνεσθαι tantum, ſed et in uſu fuit ἀβρίζεσθαι. Quibusvis autem Dorienſibus frequentatas, verborum formas in ἀσδω et ισδω non ſolent in Lexica referre Grammatici; qui tot habet Laconicas, perpaucas alterius iſtius generis praebebit *Heſychius;* idcirco ſcriberem illic Ἀβρίδδεται· pro vulgato Ἀβριάχεται. — In transcurſu hunc etiam iuvenes obſervent fontem emendandi, literas a librariis inter ſe male permutatas, Χ, Λ. / Χ, Α. / Χ, Δ.
B. Hinc varias poſſe lectiones in Poëtis erui monſtrabunt notata in *Eurip.* Phoen. p. 399. Apud *Suidam*, in v. Καθιεὶς, mihi ſuſpectum non eſſet ἐν μυχοῖς, niſi ἐν Λυδοῖς legiſſem in optimo Cod. *MS.* Leidenſi; huius Biblioth. *MS.* Codex Iliadis *Homeri*, ad πεδίον Ἰλήϊον, in Φ. v. 558. *Scholion* habet ita ſcriptum: τὸ πρὸς τῶτὰ φωτὲ ἴχα. ὁ δὲ Κράτης Ἰδήϊον γράφει, ἵν' ᾖ τὸ ὑποκείμενον τῇ Ἰδῃ. priora ſcribi debebant: τὸ πρὸς τῷ τάφῳ τὲ Ἴλα. ſed aptum exemplum praebere poterit εἶλεν, pro εἶχεν, reſtituendum *Antiphonti* Or. II. p. 115 24. *Diogeni Laërtio* II, 116. aliisque. — Duo iſtius generis Laconica ſub forma vulgari leguntur apud *Heſychium*:

Δυσοίζει, δυσχερεῖ, ὑπονοεῖ· Λάκωνες.

Cum *moleſte ferre* a quibusvis Graecis, ab Οἴω, *fero*, dici potuerit Δυσοίζειν, quod *Aeſchylus* iam adhibuit in
C. Agam. v. 1325. dubites forſan, an Λάκωνες ex vicinia huc, ut alibi, immigraverit; verbum tamen Dorienſibus uſitatum monſtrat apud *Heſych.* Ἐδύσοιζα, hinc mihi longe diverſum videbatur Ἐπιδυσχεῖν, ἐπιτωθάζειν· et in Ἐπιλλίζειν (non in Ἐπιδυσωχεῖν) mutandum. — Alterum habet *Heſych.*

Ἀπελάζειν, ἐκκλησιάζειν· Λάκωνες.

in v. Ἀπαλλάζειν, ἐκκλησιάζειν· Ἴωνες. ſcribendum etiam Λάκωνες· quorum nomen in his etiam alibi transiit in illud Ionum: veram formam propius accedit Ἀπελλάζειν.

quod ex *Plutarchi* loco viri Docti ad *Hesych.* adnotarunt. Legitur illud in Rhetra, quam, Laconicis vocibus aliunde nobis ignotis scriptam, unicam nobis servavit in Lycurgo *Plutarchus*, quamque ne attingere quidem videtur ausus *Io. Meursius;* sensum verborum attigerat variis in locis levi digito *Cragius*. Reipublicae scilicet emendandae praefectus Lycurgus senatum sibi vidit primum constituendum, cuius auctoritas ab una parte Reges, ab altera Populum contineret: hoc emendatae reipublicae fundamentum ut stabile poneret, hanc legem ut a Delphico Deo sibi datam, qualem Ῥήτραν vocabant, in medium protulit; quam hic proponam, non formis vocum Laconicis restitutis, paulo tamen melius et ab aliis et a me scriptam, quam vulgari solet in *Plutarchi* Lycurgo p. 43. A. p. 291. A.

Διὸς Ἑλλανίου καὶ Ἀθανᾶς Ἑλλανίας ἱερὸν ἱδρυσάμενον, φυλὰς φυλάξαντα, καὶ ὠβὰς ὠβάξαντα τριάκοντα, γερουσίαν σὺν ἀρχαγέταις καταστήσαντα, ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν μεταξὺ Βαβύκας τε καὶ Κνακίωνος, ὅτως εἰσφέρειν τε καὶ ἀφίστασθαι. δάμῳ δ' ἀνωγὰν ἦμεν καὶ κράτος. B.

Quae proposuissent Senatus et Reges, populus, cuius erat ἀνωγὰ καὶ κράτος, poterat diiudicare, an esse e republica viderentur, nec ne: τὴν ὑπὸ τῶν γερόντων καὶ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν (γνώμην) ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δῆμος, inquit *Plutarchus* ibid. C. Cum vero hac etiam potestate sibi facta populus abuti postea videretur Optimatibus, haec Reges Polydorus et Theopompus Legi adscripsisse dicuntur a *Plutarcho:*

αἱ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἔροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας εἶμεν.

postrema sic interpretatur *Plutarch.* μὴ κυρῶν, ἀλλ' ὅλως ἀφίστασθαι καὶ διαλύειν τὸν δῆμον, ὡς ἐκτρέποντα καὶ μεταποιοῦντα τὴν γνώμην παρὰ τὸ βέλτιστον. C. eorum vis optime intelligetur ex eruditissimi *Io. Fred. Gronovii* Observ. I, c. XXV. p. 194. 197. in corrigendis et inserendis vir eximius, p. 685. ultima Rhetrae Laconicae verba attulit. Penes Senatum Spartiatarum vis erat imperii; cuius summa

tamen potestas populo videri poterat relicta: vere *Demosth.* c. Leptin. p. 300, 173. ἐπειδάν τις εἰς τὴν καλαμένην γερασίαν ἐγκριθῇ, παρασχὼν ἑαυτὸν οἷον χρὴ, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν. *Cicero* de Senect. c. VI, *apud Lacedaemonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes.* Quae tradit *Aeschines* orator c. Timarch. p. 25, v. 35. enarrata vid. a *Gellio* N. A. XVIII, c. 3. Sed neque ea res paucis pertractari commode potest: Rhetrae autem Laconicae rariora *Plutarchus* partim explanavit. — In illa probabiliter olim usitato more scripserunt
p. 292. A. Γερωΐαν, et Ἀπελλάδδεν. — Laconicum videri poterit, quod pro ῥέζειν Dorice scriptum Ῥέλδειν, huius generis unicum, praebet *Eustath.* in *Hom.* Il. B. p. 171, 23. — *Hesychii* Ἐβαλλεῖν, κατακλῖναι· Λάκωνες· mihi visum fuit ex Εὐνάδδεν depravatum. — τὰ μέτρια αἴτει Laconi dictum videtur Αἴτιδδε τὰ μέτρρα· quod *Etymologo* restitui in Adnot. in *Eurip.* Hippol. p. 192. E. — Quae vero in verbis, eadem obtinuit in nominibus ratio. Pro μάζαν *Comicus* Megarensem dicentem facit Μάδδαν in Acharn. v. 732. Προμάδδας scribendum arbitror, ubi dedit *Hesychius* Προμάλας, μάζας προμεματτωμένας, vel προμεμαγμένας. — Genuinam formam esse videram:

Ἀδδαλέον, ξηρόν· Λάκωνες.

B. pro vitiosis apud *Hesych.* Ἀδάλαιον, et Ἄδδυον. quas, in Auctario Em. in T. I. p. 86, corrigit in Ἀδδαλέον, et in Ἄδδαλον, *T. H.* ex istis mira fingit *Ang. Caninius* in Hellen. p. 145. — Vocem Ἀδάλαιον proxima sequitur apud *Hesych.* Ἄδαλος, ἄσβολος. miror in Auctario cur Ἄρδαλος *Hemsterhusio* placuerit: mihi hoc aeque ac praecedens ex Glossario videbatur Laconico: fac ibi vitiose scriptum Ἄδαλ· ut Graecum videretur, ος adiici potuit ab *Hesychio*: genuina forma fuisse videtur,

Ἄδδα, ἄσβολος.

est Ἄζη, vel Ἄζα. *Hesychius*: Ἄζα, ἄσβολος, κόνις. Iterum: Ἄζη, ξηρασία, κονιορτός. ibidem: Ἀζησία, ἡ Δημήτηρ, ἀπὸ τȣ ἀζαίνειν τὰς καρπάς. *Lexicon Sangerm. MS.* penes Cl. *D. R.* Ἀζησία. οὕτως ἡ Δημήτηρ παρὰ Σοφοκλεῖ

καλεῖται. οἱ δὲ τὴν εὐτραφῆ. — Ut Latine *ſiccus*, αὖος Graece dicebatur *pauper*, *egenus*: *Horat.* 1 Epiſt. XVII, 12. C.
Lucian. T. II. p. 523, 80, 81. T. III. p. 319, 61. ἡ ἔνδεια dicitur αὐχμὸς σκευαρίων in *Ariſtoph.* Pluto v. 840. forma loquendi eſt *Theocriti* Eid. I, 50. ἐπὶ ξηροῖσι καθίζαι, *in ſicco ponere*; *Plautina eſt*, Aulul. II, IV, 18.

Pumex non aeque eſt aridus, atque hic eſt ſenex.

haec poſui, ut Lectori docto perſuaderem, ubi vulgatur apud *Heſych.* Ἄαδα, reſtituendum:

Ἄδδα, (id eſt Ἄζη, αὐχμὸς, ξηρότης,) ἔνδεια· Λάκωνες, οὕτω καὶ (imo, οὕτως) Ἀριστοφάνης ἐν Γλώσσαις.

De Gloſſario Laconico; de Suidae Lexico; et de Indice Scriptorum Suidae praefixo. p. 293. A.

Primam exhibens *Heſychius* Gloſſarum Laconicarum, Gloſſarium memorat *Ariſtophanis* Grammatici; ſemel etiam infra in v. Περέκκος, (cuius vocis genuina mihi forma Laconica fuiſſe videtur Πούσσακος, cum aliis Doriensibus Πύσσαχος diceretur) vocis interpretamento ſubiiciuntur iſta: ὡς Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν. Omnium antiquiſſimi Γλωσσογράφοι fuerunt *Simmias Rhodius*, et *Ariſtophanes Byzantius*, ſub Ptolemaeo Philadelpho clarus: ex huius Gloſſario Laconico ſuſpicor pleraque *Heſychii* Laconica, nec tamen ab eo, qui Lexicon illud nobis conflavit, derivata. Nullus Grammaticorum, quorum ad nos ſcripta pervenerunt, mihi quidem legiſſe videtur Gloſſarium illud Laconicum *Ariſtophanis*. Qui permulta legerat, quae laudat, veterum Grammaticorum Gloſſaria, illud tamen *Ariſtophanis* neque *Athenaeus* legiſſe videtur: laudatur quidem ab illo III. p. 83. A. Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς ἐν Λακωνικαῖς Γλώσσαις. ſed ipſius *Ariſtophanis* Gloſſarium non legiſſe doctiſſimum Gram-

maticum mihi certe plane conſtat ex iſtis L. III. p. 77. A. τὰ χειμερινὰ σῦκα Πάμφιλος καλεῖσθαι φησὶ Κυδωναῖα ὑπὸ Ἀχαιῶν, τοῦτο λέγων Ἀριστοφάνην εἰρηκέναι ἐν Λακωνικαῖς Γλώσσαις. *Pamphili* copioſiſſimum Lexicon legit atque hinc multa nobis excerpſit *Athenaeus:* in ſuum illud
C. opus, libris conſtans XCIV, vel XCV, Gloſſarium etiam recepiſſe videtur *Pamphilus* Laconicum; recepit et Gloſſarium Creticum ab *Hermonacte* ſcriptum; et Italicum, voces etiam complexum Sicilienſium, *Diodori: Athenaeus* XI. p. 479. Διόδωρος ἐν Ἰταλικαῖς Γλώσσαις, καὶ Ἡράκλειτος, (legendum puto Ἡρακλέων· ut *Epheſius* Gloſſographus ſignificetur, laudatus ab *Athenaeo* III, p. 111. C. VII. p. 303. B. et ſaepius alibi:) ὡς φησὶ Πάμφιλος, τὴν κοτύλην καλεῖσθαι (φασὶ) καὶ Ἡμίναν· παρατιθέμενος Ἐπιχάρμε,

Καὶ πιεῖν ὕδωρ διπλάσιον χλιαρὸν ἡμίνας δύο.

καὶ Σώφρονος, (ſic leg. pro Σώφρων·)

Κατάστρεψον τέκνον τὰν ἡμίναν.

omiſſo. *Pamphili* nomine, contraxit iſta, vel contracta dedit ex Epitome, *Euſtathius* in *Hom.* Il. X. p. 1389, 12. — Debet et *Athenaeo*, cui illinc forma ſincera reſtitui
p.294. poterit, haec *Euſtath.* in Il. X. p. 1355, 41. agens de voce
A. μαστὸς et μασθός· ἴσως δὲ, inquit, καὶ Μασθάλης κύλιξ τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ παρὰ Παφίοις δὲ Μασθὸς ποτήριον, σύστομον, ὡς εἰκὸς, ἐξ ἧς ἐβδάλλετο τρόπον τινὰ ὡς ἐκ μασθῆ τὸ πινόμενον. Pocula fuerint forte perforata, quae mammae figuram habuerint; Μαθλιδες dicuntur ab *Heſychio;* Μαθαλλίδας in Indicem Theſauri retulit *H. Stephanus* ex *Athenaeo*, ubi ſic iſta vox ſcribitur: miror *Caſaubonum*, cur Animadv. in *Athen.* XI, c. XII, nomen aliunde crediderit in Graeciam invectum: *Euſtathii* Μασθάλης monſtrat, ut opinor, veram ſcripturam Μασθαλίς. Nunc verba ponam *Athenaei*, non unam ob rationem notatu digniſſima, ex L. XI. p. 487, B. C. prout illa leviter emendanda cenſeo:

ΜΑΣΘΟΣ. Ἀπολλόδωρος ὁ Κυρηναῖος, (ὡς Πάμφι-
B. λος,) φησὶ Παφίες τὸ ποτήριον ἕτω καλεῖν.

ΜΑΣΘΑΛΙΔΕΣ. Βλαισὸς ἐν Σατέρνῳ φησίν,
Ἑπτὰ Μασθαλίδας ἐπίχεε ἡμῖν τῶ γλυκυτάτω.

Πάμφιλος δὲ φησὶ, μήποτε ἐκπώματος ἐστὶν εἶδος, ἢ μέτρον, οἷον κύαθος; Διόδωρος δὲ κύλικα ἀποδίδωσι. — *Apollodori* primum *Cyrenaei* verba *Pamphilo* debet; eidem etiam verba *Blaesi*, Comici Ἰταλιώτᾳ· haec hauserat *Pamphilus* ex Italico Glossario *Diodori*: quo rariora Comicorum, *Scleriae*, *Blaesi*, et *Rhinthonis* explanabantur. *Poculum* quoddam Ὑστιακὸν dixisse *Rhinthonem* docet *Athen.* XI. p 500. F. vocem *Hesychius* tribuit Ἰταλιώταις, inventam in *Diodori* Γλωσσαις Ἰταλικαῖς· hinc a *Pamphilo* receptam: quaeque adeo sub nomine *Blaesi* laudant *Athenaeus*, et *Hesychius*, obscurissima, ex *Pamphili* quoque Lexico probabiliter fuere derivata. Sed *Pamphili* Lexicon ingens in Epitomen contraxit recentior Grammaticus; quis? In sua serie nomen exhibet *Vestini Suidas* II. p. C.
733. Οὐηστῖνος, Ἰάλιος χρηματίσας, σοφιστὴς· ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλᾳ Γλωσσῶν, βιβλας δ'. Postquam incidissem in ista, non mirabar eiusdem nominis vitiosam scripturam, quam exhibet ex Scholio *MS. Montfauconius* in rerum optimarum, sed et errorum pleno Diario Italico p. 214. ἐκ τῶν Διογενιανᾶ τῆς ἐπιτομῆς τῶν Οὐσηστίνᾳ Ἑλληνικῶν. Ad *Suidam* nihil notatur aut a *Kustero*, aut, quod sciam, ab aliis: in isto Scholio scribendum Ἰαστίνᾳ nomen a me fuit ex indicio *Hemsterhusii* monitum ad Scholia in *Eurip.* Phoen. p. 593. Ad nomen *Iustini* propius accedit, litera ferme tantum transposita, *Suidae* Οὐηστῖνος· sic tamen, ut equidem opinor, ab ipso *Suida* scriptum. Sed *Suidae* Lexico undecim nobilium Grammaticorum p.295.
nomina praefiguntur: inter illa haec quoque prostant: A.

Ἰαστῖνος Ἰάλιος, σοφιστὴς, ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλᾳ Γλωσσῶν, βιβλίων ἐννενήκοντα ἑνός (imo ἐννενήκοντα ἑ, vel δ', ut etiam legitur alibi apud *Suidam*.)

Πάμφιλος, Λειμῶνα λέξεων ποικίλων, περιοχὴν βιβλίων ἐννενήκοντα πέντε. ἔστι δὲ ἀπὸ τᾶ ε στοιχείᾳ

ἕως τȣ̃ ω· τὰ γὰρ ἀπὸ τȣ̃ α μέχρι τȣ̃ δ' Ζωπυρίων ἐπεποιήκει· eadem leguntur in Ζωπυρίων.

B.

Quae his tribuuntur, ceterisque novem, non dubito quin ſcripſerint ſinguli. His vero praefixa quid tandem ſibi volunt?

Τὸ μὲν παρὸν βιβλίον Σȣΐδα. οἱ δὲ σȣνταξάμενοι τȣ̃το ἄνδρες σοφοί·
Εὔδημος Ῥήτωρ, περὶ λέξεων, κατὰ στοιχεῖον.
Ἑλλάδιος. ἐπὶ Θεοδοσίȣ τȣ̃ νέȣ, ὁμοίως.

et reliqua, quae, Doctis nota, illic a quovis legi poſſunt, per Editiones *Suidae* propagata. Nihil ne ad hunc quidem indicem vel ab *Aem. Porto*, vel a *Kuſtero* legitur adnotatum. Iſtos XIviros eſſe τὰς συνταξαμένας ἐκεῖνο τὸ βιβλίον Σȣΐδα, abſurdiſſimum eſt cogitatu. An itaque pater iſtius adnotationis indicatum voluit, quod cenſuiſſe videtur *Io. Alb. Fabricius* B. G. IX. p. 652, 653. *Scriptores illic* deſignatos, *ex quibus Suidas Lexicon ſuum compoſuit:* hnius opinionis auctor ipſi fuit *Kuſterus*, qui in Praefat. „Lexicon, ait, ex variis compilatum eſt auctori„bus, quorum nomina partim Catalogus ille, qui *ab ipſo* „*Suida Lexico* huic *praefixus putatur*, partim duo noſtri „Indices — Lectori exhibent." Ex his mihi conſtat, de hoc Indice ſaltem dubitaſſe Editorem, eſſetne ipſius *Suidae*, nec ne: Quod vero putant, ex iſtorum illud Lexicis conflatum, falſiſſimum eſt; ſi verum eſſet, alio certe modo fuiſſet indicandum. Ad initium iſtius Indicis iſta notat *Fabricius:*

C.

p. 296. A. „Hunc non ab ipſo Suida, ſed alio neſcio quo fronti „Lexici praeſcriptum eſſe, parum eſt credibile; licet id pa„tere legentibus ait Conringius in Apologetico contra Bor„richium p. 440."

Ego, qui, Germanum eruditiſſimum, *Hermannum Conringium*, eiusque de multis rebus antiquis iudicia, ab aliorum ſententiis diverſiſſima, permagni facio, hac etiam de re unum vera arbitror iudicaſſe. — Qui conflavit *Sui-*

dae Lexicon, opus nobis in hac clade librorum veterum utiliſſimum, hominem eſſe noveramus ſtupidum et imperitum; ut falſarium nemo, quod ſciam, accuſavit. Si non fuit homo fraudulentus, iſtam notam, quocunque ſenſu capias, fronti Lexici ſui non praefixit *Suidas*; ſed qui librum vel deſcripſerat, vel deſcribi curaverat, ut ſpe- B.
ciosa hac fronte emptores alliceret. — Is, librum legens *Suidae*, Grammaticos praecipuos enotaverat, qui ab illo ſuis ſinguli locis laudarentur ut Lexicorum conditores: ſunt autem hi:

Helladius.	*Longinus Caſſius.*
Eugenius.	*Lupercus.*
Eudemus.	*Veſtinus Iulius.*
Zoſimus.	*Pacatus.*
Caecilius.	*Pamphilus.*
	Pollio.

De his ſingulis ne verbum quidem dicitur in nota *Suidae* praefixa, quod non ſuis locis poſuerit de ſingulis *Suidas*. C.
— Sed inter iſtos undecim *ſophos* in nota praefixa comparet et *Iulius Iuſtinus*,

Ἰϐστῖνος Ἰϐλιος.

is ſuo loco fruſtra quaereretur: in Οὐ — vero, ut iam ante dixi, reperitur

Οὐηστῖνος, Ἰϐλιος χρηματίσας.

non aliter ſcripſiſſe Auctorem notae praefixae, ſeries literarum in nominibus praefixis demonſtrat:

Ζωσ. Καικ. Λογγ. Λϐπ. Ἰϐστ. (imo Οὐηστ.)
Παν. Παμφ.

Emendatum itaque nomen *Iuſtini*, p. 297. A.

Ἰϐστῖνος,

correctori deberi ſuſpicor, qui primam curavit Editionem Mediolanenſem. — Sed attendenti mirum videri debet, inter τὰς συνταξαμένας τὸ βιβλίον Σοῦδα σοφὰς, aut, ſi quis

ita malit, inter libros, ex quibus hoc fuerit opus *Suidae* conflatum, laboriosum *Pamphili* Lexicon memorari, et simul operis *Pamphili* Epitomen, a *Vestino*, vel *Iustino* concinnatam; *Harpocrationis* autem Lexici, quod, suo loco memoratum, a *Suida* fuit adhibitum, nullam factam in Indice mentionem.

Ut, quid sentiam, paucis declarem, (poterat enim longa a me his de rebus institui disputatio) *Suidam* ego
B. quidem iudico nullum vidisse Lexicorum, quae in fronte libri memorantur. — Habuit *Suidas*, quisquis ille tandem fuerit hominum, *Photii* Patriarchae Constantinopolitani Lexicon, quod ad nos pervenit: huius operis inediti hic etiam apographum habemus in Bibl. Leidensi, labore benefico *Io. Alberti*: hinc nobis certo constat, illud opus *Photii* paene totum in suum Lexicon transsumsisse *Suidam*. Habuit et descripsit, saepe contraxit, *Harpocrationis* Lexicon: aliud praeterea, istius simile, Lexicon Rhetoricum minime contemnendum: perinsigne quoddam opusculum veteris Atticistae, ex quo nobis unus omnium egregia, fragmenta quoque Comoediarum, per Lexicon illud grande sparsa, conservavit. Ex *Apparatu Sophistico Phrynichi*, necdum edito, nonnulla desumsisse *Suidam* ex Amico Clarissimo *D. R.* intellexi. Lexi-
C. con etiam *Zonarae* descripsisse partim saltem *Suidam*, ex *Zonarae* Xenophontéis, quae, excerpta a *Leunclavio*, *MSS.* hic habentur in Bibl. Publica, probabiliter certe suspicamur. Ab his paucis diversa *Suidam* istius generis Lexica adhibuisse vix opinor. Qui aliorum sic ex variis Lexicis descripsit observata; his tamen plurima primus adiecit, reliquis ad seriem literarum interiecta. Ex permultis libris, quos Indices requirenti monstrabunt, Auctorum Profanorum et Ecclesiasticis plurima excerpsit; magnam partem descripsit Scholiorum in *Sophoclem*, atque in *Aristophanis* praesertim Comoedias, etiam in Thesmophoriazusas, quae nondum fuerunt in Bibliothecis inventa. Quod si licet verum fateri, plerisque *Suidae* excerptis, ex libris, qui ad nos pervenerunt, ne Epigramma-
p. 298. A. tum quidem Anthologia excepta, carere possemus sine magno literarum detrimento. Sed libros habuit *Polybii*,

qui nobis nunc periere. Legeritne libros *Dionis Caſſii* nobis perditos, an aliunde *Dionéa* derivaverit, definire non auſim. Habuit certe aliorum pauca; et opuscula *Aeliani*, *Iamblichi*, *Eunapii*, *Damaſcii*, quibus nos huc usque caruimus; non illa quidem, ſi quis ita velit, permagni momenti; ex his tamen libellis ineditis excerpta *Suidae* cupide literarum antiquarum legimus amatores. — Tandem veriſſime ſcripſit *Hemſterhuſius* de *Suida* ad *Schol.* in *Ariſtoph.* Plutum p. 324. „Nulla re melius „de nobis fuit meritus, quam conſervandis, quas apud ve„teres Grammaticos memoriae mandatas invenerat, Scri„ptorum antiquorum vitis." Huius partis, reliquae farragini longe me iudice anteponendae, praeſtantiam perſenſit etiam *Kuſterus*, qui in Praefat. ad Lect. Pag. V. „Vel B.
„ſola, inquit, hiſtoria Poëtarum, Oratorum, Hiſtorico„rum etc. quae in eo continetur, auro contra cara eſt, et „qua ſine irreparabili damno Respubl. literaria carere non „poſſit." Undecunque tandem vitas ſcriptorum veterum ſpectantia hauſerit *Suidas;* hoc beneficio cenſeri poterit centenos aliquot errores turpiſſimos redemiſſe. Sed nihil ex hac operis parte, omnium ſine dubio excellentiſſima, videbitur *Suidas* in ullo Lexicorum, inveniſſe, quorum ſit in fronte libri mentio; ut adeo huius indicis pater, ſi bonitatem iſtarum vitarum valuit perſpicere, nobiscum ignoraverit, unde eſſent iſta derivata.

Sed quando forte fortuna in hunc indicem eiusque auctorem incidi, nondum hunc nebulonem miſſum fa- C.
cio. Ex *Suidae* Lexico, quos hic Lexicographos ſuis locis ſingulos memoravit, omnes recenſuit eodem ordine, quo apud *Suidam* leguntur; niſi quod ex ſerie literarum *Eudemo Helladius* et *Eugenius* praemittuntur. Inter iſtos XI Lexicographos, nullum alium in *Suidae* collectaneis memoratum invenies, niſi, inter Οὐηστῖνον et Πάκατον medium, Ὠρίωνα.

Quem vero unum ante *Helladium*, λέξεων παντοδαπῶν conditorem, memorat *Suidas?*

DIOGENIANUM in Διογενιανὸς, ἔστιν, inquit, αὐτοῦ βιβλία ταῦτα,

Λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ στοιχεῖον, ἐν βιβλίοις ε. ἐπιτομὴ δὲ ἐστι τῶν Παμφίλε λέξεων βιβλίων ε καὶ τετρακοσίων, καὶ τῶν Ζωπυρίωνος. κ. τ. λ.

p. 299. A.

Si *Iustinus* operis *Pamphili* concinnavit Epitomen, et nihilominus dignus fuit habitus, cuius nomen et libri titulus Indici praefixo infererentur; quae tandem causa *Diogenianum* hoc honore privavit? — Hic, opinor, falsarium fraudis tenemus manifestum. — Qui splendentem hunc pannum *Suidae* Lexico praefixit, aevi recentioris magistellus vel ipse scripsit mendacem illam ad Eulogium Epistolam, quae *Hesychii* Lexico praefigitur; vel illam certe legerat, a sodali quodam suo scriptam in laudem unius praesertim istius Lexicographi,

Diogeniani.

B. Istâ Epistolâ, rerum falsarum et absurdarum plena, prorsus nihil continetur, quod ullo modo respondeat Glossariis antiquissimis, sive optimarum rerum, quas liber *Hesychianus* complectitur, dignitati.

Est autem Epistola una cum Indice, quem libri frons ostentat,

[ἐκ τῶν Ἀριστάρχε, καὶ Ἀππίωνος, καὶ Ἡλιοδώρε.]

aeque aliena ab *Hesychii* Lexico, ac Index *Suidae* praefixus operi *Suidae*, eius optimae praesertim parti, disconvenit. Vera tamen narrantur in Indice, frontem *Suidae* ornante; vera etiam nonnulla in Epistola ad Eulogium, sed quae repererat auctor apud *Suidam*, de *Diogeniano*, de *Apollonio* Lexici Homerici Auctore, de *Didymo*; absurde enim omnia illic narrata in fraudis fuissent vocata suspicionem: sed et splendide mentitur amicus Eulogii, fingens, quae nusquam extiterint; atque ita scribens, ut Lectoribus persuadere niteretur, Lexicon post epistolam a se scriptam fuisse contractum: qui hoc negavit dubitare utique non poterat, quin in variis Lexicis antiquis permulta (Glossae tamen diversarum gentium eximendae horum sunt numero,) reperta fuerint pleniora, quam nunc in *Hesychii* libro legantur. Quum scilicet

C.

Ursini

Urſini Virgilius cum Graecis collatus Friſiacis eſſet *Coulonii* typis deſcriptus anno MDCCXLVII, illius rogatu quaedam huic addidi libello; tandem etiam, dum totus eſſet *Io. Alberti* in *Heſychio*, cuius ego librum paene puer iam contriveram, et cum *Homero* aliisque diligentiſſime contuleram, adieci reliquis *Schediasma*, *de Epiſtola ad Eulogium Heſychio praefixa*, ſic ſcriptum, ut putarem, quae in illo diſputaſſem, viſum iri harum rerum intelligentibus vera, ſic ut cadere vix poſſent in dubitationem: nec tamen valde mirabar *Ioannem Alberti*, ſua quaedam iſti ſchediasmati per epiſtolam obmoventem. Sed hanc diſputationem ingredi nunc commodum non eſt. Nihil prolatum vidi, quod ab opinione me ſuſcepta demoveret, in qua dies me magis magisque confirmavit. p. 300. A.

Nimis forte longe evagatus ſtationem nunc repeto.

In Adoniazuſas Theocriti. B.

Vſ. 10. Ποτ' ἔριν φθονερὸν κακὸν αἰὲν ἐμεῖο] Latuit in his leve vitium, cuius indicium praebent Codices ſcripti: αἰὲν ἐμοῖο vulgatum fuit in Edd. Mediol. Ald. et Rom. Quod eſt in Ed. Iuntae Florent. αἰὲν ὁμοῖος, certe ὅμοιος, vel ὁμοῖος, legitur in duobus MSS. Florentinis, et in Vaticano, cuius Biblioth. alius Codex dedit ὁμοίως. notam ſibi lectionem Ed. Iuntinae in ὁμοῖον mutandam cenſebat *Fulv. Urſinus.* — ὁμοῖος, et ὁμοίως, ſcriptae lectiones, monſtrant, ut puto, veterem formam Doricam, illis ignotam qui libros deſcribebant, ἐμέως, et nos absque *Apollonio Alex.* cuius verba quaedam infra ponam, hanc etiam formam Italicam et Sicilienſem ignoraſſemus. Idem libellus ineditus iſta ſubminiſtravit *Corinnae:* C

Μέμφομαι δὲ καὶ λιγεραὶν Μυρτιὸ' ἰώνγαι,
Ὅτι βάνα φᾶσ' ἔβα Πινδαρίοιο ποτ' ἔριν.

Ego vero Myrtidem etiam argutam reprehendo, quod mulier nata cum Pindaro certare fuit auſa. Haec a *Io.*

Christ. Wolfio publicata in Poëtriar. Fragm. p. 56. quibus ex libro suo *MS.* usus est Cl. *Ruhnken.* ad *Rutil. Lup.* p. 94, si venissent in mentem viro Doctiss. Theocritea ποτ' ἔριν, ni fallor, intacta reliquisset. Βῆναι ποτ' ἔριν Πινδάροιο, est ἐριζειν Πινδάρῳ· sive potius εἰς ἔριν [ὠδῆς] πρὸς Πίνδαρον βῆναι· vel Πινδάρῳ εἰς ἔριν ὠδῆς ἐλθεῖν. Vulgatur apud *Pausan.* IX. p. 778. m. *Acheloï filias* φασὶν — κα-
p.301. A. ταστῆναι πρὸς τὰς Μούσας ἐς ὠδῆς ἔργον· unâ literâ minus scribendum, ἐς ὠδῆς ἔριν. *Archias* in Marsyam:

Αἰωρῇ· Φοίβῳ γὰρ ἀνάρσιον εἰς ἔριν ἔστης.

Anthol. III, c. VIII, ep. 3. ubi *Sidonius Antipater*, Anthol. IV, c. XII, 25. Venerem laudat Apellis,

Emersam pelagi super genitalibus undis,

et *madidos capillos digitis* siccantem, ad illam dicentes Minervam facit et Iunonem,

Οὐκ ἔτι σοι μορφᾶς εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

voce μορφᾶς in χειρῶν mutata, versum istum transsumsit *Lucilius* in ep. I, c. XXV, L. II. His certe lectis fatebitur Clar. *Reiskius*, ποτ' ἔραν, a se excogitatum, inconsiderate in *Theocriti* versum fuisse receptum: sed et hunc abortum Pater ipse dudum, credo, reiecit. — Sensum
B. verborum optime *Toupius* expressit in Epist. ad *Wartoy.* p. 320. Indicat amicae Praxinoë, sibi cum marito, homine malo, atque invido, contentiones et rixas esse quotidianas: nec poterat mirari Gorgo, Praxinoën et Dinonem frequenter *coniecisse*, quod ille ait, *verba inter se acrius*: quale viris mulierum, his contra tale videtur virorum ingenium: *Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro.* ante *Terentium* dixerat *Naevius*, teste *Charisio* II. p. 177, *Quasi dedita opera, quae ego volo, ea tu non vis; quae ego nolo, ea cupis.* *Terent.* Hec. II, 1, 5. *Viris advorsari aeque studium est*, etc. — Quod vero in ὁμοῖος et ὁμοίως latere putabam, ἐμείως, ab uno tantum adnotatum legi *Apollonio Alex.* in libello *MS.* περὶ Ἀντωνυμίας· ex apographo, quem suo sibi aere comparavit Clariss. *Ruhnkenius*, quae partim male sunt post *Maittairii*

libellum, p. 424, vulgata, ut in Codice continua leguntur, describam, ad alia etiam novarum rerum cupidis inservitura: C.

Περὶ τῆς Ἐμοῦς.

Ἡ Ἐμοῦς, κοινὴ οὖσα Συρακοσίων καὶ Βοιωτῶν, καθὸ καὶ Κόριννα καὶ Ἐπίχαρμος ἐχρήσαντο, πρὸς ἑνίων ἐδόκει κατορθῶσθαι τῆς δίχα τᾶ σ προσφερομένης.

Πῶς δὲ καὶ τὸ δεύτερον εἰς ους λήγει, (Τέους γὰρ) τῆς εὐθείας εἰς υ ληγούσης. Ἔτι καὶ Ἐμέο, σέο, αὐτοὶ Δωριεῖς, καὶ ἐν συναλοιφῇ Ἐμεῦς. αἱ χρήσεις παρ' Ἐπιχάρμῳ. ἡ μέντοι Ἐμεῖο, καὶ Ἐμείω, καὶ ἔτι, σὺν τῷ σ, Ἐμείως. καὶ Ἔμως δισυλλάβως παρὰ Ῥίνθωνι.

Ἰτέον ἐπὶ τὰς κατὰ τὸ δεύτερον.

Περὶ τῆς Σοῦ.

Τῇ μὲν οὖν Ἐμοῦ σύζυγος ἡ Σοῦ, πάλιν τὴν αὐτὴν ὁμοφωνίαν ἀναδεδεγμένη κτητικῇ τε καὶ πρωτοτύπῳ. τῇ δὲ Ἐμεῦ, Σεῦ· Ἐμέο, Σέο· Ἐμείο, Σείο· Ἐμέθεν, Σέθεν· p. 302. A.
συνθέτῳ τε τῇ Ἐμαυτᾶ, ἡ Σαυτᾶ. ἀλλὰ μὴν καὶ τῇ Ἐμοῦς Δωρίῳ ἡ Τεοῦς (nempe σύζυγος) Ἡρακλῆς τέας κάρων ἦν· Σώφρων. καὶ ἔτι Κόριννα, Περὶ τέας Ἑρμᾶς ποτ' ἀρ' ἕνα πα κτενί. ἔστιν καὶ ἡ Τίας διὰ τᾶ Ι, ἣν καὶ ἀναλογωτέραν ἡγητέον. ἐπεὶ τὸ ε εἰς ι μεταβάλλεσι, φωνήεντος ἐπιφερομένα.

Ἔτι τῇ Ἐμέος ἡ Τέος κατ' ἔγκλισιν σύζυγος. Ἐκπέφαντι τέος ταὶ δυσθαλίαι· Σώφρων. τὸ γὰρ ὀρθοτονούμενον κτητικὴν σημαίνει. Τεύς. αὐτὴ σύζυγος τῆς Μευς. Ἐπίχαρμος ἐν Κωμασταῖς ἢ Ἀφαίστῳ, οὐδέποτ' ἴοι γίνετ' ἐγὼν τεὺς ἀξιῶ. καὶ πόκ' ἐγὼν παρά τευς τὶ μαθών· Θεόκριτος.

Ex Cod. transcripta partim certe

Meliora reddam, quam legenda acceperam.

Reliqua tamen *Apollonii* relinquens aliis corrigenda, monito Lectore, v. 5. pro Ἐμέο, σέο, αὐτοὶ Δ. scribendum, Ἐμέος, οἱ αὐτοὶ Δωριεῖς κ. τ. λ. sola summam dicta Poetarum expolienda. Ut ab ultimis ordiar, formas genuinas B.
in *Theocriti* Eid. V, 59.

Καὶ πόκ' ἐγὼν παρά τευς τὶ μαθών —

custodivit *Apollonius*, in nullo Codice repertas a *Sancta-*

mando: τεῦς tamen hic et alibi in Theocriteis ſcriptum legi in ſola Ed. Florentina *Iuntae*; quam *Matthiae Röveri* ditiſſima mihi praebuit Delphenſis Bibliotheca. Ex *Theocrito* autem, quia Dorica Dialecto plerumque ſcripſit ad Ionicam emollita, perpauca repetens, *Apollonius* purioris exempla Dorismi ſumſit ex *Sophrone*, *Epicharmo*, ſimilibusque: ſed in Adoniazuſis, velut ad exemplum *Sophronis* expreſſis, accurate noſter Δωριζων, probabiliter ſcripſerat ἐμείως.

c. Antecedunt obſcura quaedam *Epicharmi* verba, quae ſic ſcripta commodum ſenſum praeberent:

Οὐδέποτ' . . . ἐγένετ' ἀγών τευς ἄξιος.

Nunquam fuit certamen te dignum. Nomen Comoediae *Epicharmi*, Κωμασταὶ ἢ Ἥφαιστος, aliunde iam noveramus: in hoc nomine, inexſpectatum fateor, α ſcriptum retinui: praeter ea, quae attigit *T. H.* ad *Schol.* in *Ariſtoph.* Plut. p. 352. legere licet apud *Athen.* laudatum *Epicharmum* ἐν Θεαροῖς, (hi ſunt θεωροὶ,) ἐν Ἑορτᾷ, καὶ Νάσοις etc. conf. *Koenius* ad *Gregor.* p. 86. —

Si ſcribatur Ἐκπέφανται, pro ἐκπέφαντι, *Sophronis* verba,

Ἐκπέφανται τέος ταὶ δυσθαλίαι.

p.303. A. ſincera videbuntur, et forſan ſignificare: *Manifeſta fuerunt infortunia tua.* Pro ἀναυξὴς, δυσαυξὴς, et εὐαυξὴς, uſurpata fuerunt Ἀθαλὴς, Δυσθαλὴς, et Εὐθαλὴς· haec etiam figurate: *Heſychius*: Εὐθαλέοντι, εὐδαιμονοῦντι. eleganter *Archytas* in *Stobaei* Floril. p. 13, v. 34. νόσοι μακραὶ σώματος καὶ πηρώσιες αἰσθαταρίων ἀπομαραίνοντι τὰν εὐθάλειαν τᾶς εὐδαιμοσύνας. ſimile verbum huius, vel participium, ἀπομαραίνοντι potuit in *Sophroneis* legi: ſenſu proprio δάφνας ἀθαλεῖς, vel ἀθαλλεῖς, καὶ μεμαραμμένας dixit *Plutarchus* in *Pompeio* p. 635. B.

Corinnae verba apud *Apollon.* ad mentem *Iſ. Voſſii* reſtituit *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 84,

Περὶ τέος Ἑρμᾶς ποτ' Ἄρευα παικτεύει.

Super te, vel *de te pugilatu certat cum Marte Mercurius.* *Wolfius*, p. 58, dederat, περ. τ. Ἑρμῆς ποτ' ἀρ' εὖ ἀπονη-

τί * de te M. aliquando bene ſine labore. * — Sed ſcribendum omnino, — ποτ' Ἄρηα. Mars quidem Aeolice dicebatur etiam Ἄρευς· ut erant et Aeolica, Ἀχίλλευς· Πήλευς· Βασίλευς· ſed flectebantur Ἀχίλληος· Βασίληος· Ἄρηος. vid. *Etymolog. M.* p. 189, 29. et 47. ubi Ἄρευς ſcribendum cum *Sylburgio*. B.

Unicum adhuc ſupereſt in verbis *Apollonii, Sophronis,*

Ἡρακλῆς τέκς κάρρων ἦν.

Te praeſtantior erat, ſive fortior, Hercules: comparetur Corydonis illud *Theocritei* Eid. IV, 8.

Φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν.

ſed quod in *Sophronéis* dederat *Iſ. Voſſius*, καρώνην; vide in quantum errorem iuvenem praecipitaverit, harum rerum valde peritum, *G. Koenium*, ad *Gregor.* p. 83. — κάρων ἦν ſcriptum legitur in libro *Ruhnkenii*: literam tantum duplicavi, ut eſſet vox quibusvis uſitata Dorienſibus κάρρων· ſed et illud κάρρων video *Toupium* occupaſſe in Append. Notarum atque Emend. in *Theocritum* p. 19. Huic ego facile perſuaſerim, praeter alia Dorica ſine auctoris nomine prolata, haec apud *Etymologum* p. 492, 38. *Sophronis* eſſe verba: C.

Ναὶ κάρρων βῶς.

Alcmanis iſta ſunt in *Apollonii Alex.* Syntaxi III. p. 211.

Νικῷ δ' ὁ κάρρων.

Melior, vel *fortior*, *victoriam adipiſcatur*: κάρρον dixerunt *Archytas Stobaei* Floril. p. 269, 35. *Areſas Lucanus* in Ecl. *Canteri* p. 105, 41. 43. Argileonidis de filio Braſida Spartiatide dignum dictum vulgari Dialecto habetur apud *Plutarch.* T. II. p. 219. D. ter, partim ſaltem, Doricâ, T. I. p. 55. D. T. II. p. 190. C. et p. 240. C. Μὴ λέγητε (*Spartanorum illum fuiſſe praeſtantiſſimum*) ὦ ξένοι· καλὸς μὲν γὰρ ἦν κἀγαθὸς ὁ Βρασίδας· πολλῶ δὲ ἁ Λακεδαίμων ἔχει τήνω κάρρονας. Recordabatur, ni fallor, hujus dicti Scipio, vel potius *Livius*, cum illum dicentem facit, ubi ſponſam Aluccio Hiſpano tradebat inviolatam, L. XXVI, c. 50, 7; *Si me virum bonum credis eſſe*, — p. 304. A.

ſcias multos noſtri ſimiles in civitate Romana eſſe. — Ne haec quidem adeo quidquam faciunt ad *Theocritum;* ſed, dum literis prodeſſe cupio, *Theocritum* ſpectent, an Dialectum Doricam, ſive literas in univerſum, qui quidem vere harum ſunt atque iſtiusmodi obſervationum amatores, perparum intereſſe arbitrabuntur. Haec horumque
B. ſimilia deſpicientes ut nimis operoſe ſcripta, et parum ad *Theocritum* facientia, interim ſupra modum laudantes erudita *Ez. Spanhemii* in *Callimachum* obſervata, hos ego quidem pro ingenio facillime feram.

Vſ. 11. Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δίνωνα τοιαῦτα.] Hanc verſus lectionem, ex Ed. Flor. iam probatam ab *Henr. Stephano*, quum Codicibus MSS. confirmaretur, recepi pro vulgata, τοιαῦτα Διώνα. unus ſaltem Codicum Florent. Δίνωνα τοιαῦτα; alius, et Codex Vaticanus, Δίωνα τοιαῦτα, praebuerunt *Sanctamando*. Δίκωνα legit in Pariſino *Ruhnkenius*. Quam *Toupius* memoravit, veram nominis formam, Δείνωνα, probarem equidem *Theocrito* reſtitutam. Duo fuerunt ſatis uſitata nomina, Δείνων, et Δεινίας. *Dinonis* Perſica vel ex *Cicerone* nota ſunt, et
C. *Cornelio Nepote;* ſed illud ignorant literatores, ex hoc hiſtorico veraciſſimo multa nobis *Aelianum* conſervaſſe in Varia Hiſtoria. Illinc etiam arbitror derivata, quae tradidit V. H. Lib. I, capp. 31. 32. 33. 34. L. II, c. 17. L. VI, c. 14. quaeque habet de Aſpaſia et Cyro Iuniore L. XII, c. 1. haec, pereximia, ſoli nunc debemus utiliter ſcrinia nobis antiquiorum compilanti Sophiſtae Italo. — Argolica ſcripſit *Diniàs*, Δεινίας; quod nomen, in Αἰνείας depravatum, latet in *Scholiis* ad *Pindari* Iſthm. IV, 104. — Forma autem loquendi huius, quae obtinet in verſu *Theocriti*,

Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δείνωνα τοιαῦτα.

ſimillima legitur in *Ariſtophanis* Acharn. v. 593,

Ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγὸν πτωχὸς ὤν;

p. 305. A. et in *Euripidis* Androm. v. 671.

Τοιαῦτα λάσκεις τὰς ἀναγκαίας φίλας;

bis ista sic recte scripta leguntur in edito *Etymologico* p. 555, 36 et p. 557, 53. τοῖς ἀναγκαίοις φίλοις legitur in *Etymologico* Bibl. Reg. Parisinae *MS.* quod adhibuit Clar. *Duhukenius*: *Sophocles* Elec. v. 522.

πολλὰ πρὸς πολλάς με δὴ
Ἐξεῖπας, ὡς θρασεῖα καὶ πέρα δίκης
Ἀρχὼ καθυβρίζουσα καὶ σὲ, καὶ τὰ σά.

VI. 12. Ὄρη γύναι, ὡς ποθορῇ τύ.] Utrumque Doricum est et Theocriteum: ὄρη non significat *vides*; sed *vide*: *vides* scribitur ὁρῇς in Eid. V, 73. ubi scribi etiam poterit ὄρῃς cum *Dan. Heinsio* p. 333. — Ut hic, ὄρη legitur supra in huius carminis v. 2.

ὄρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ. B.

et in Eid. VII, 50. — ὄρη, φίλος, εἰ τοι ἀρέσκει.
sic in Eid. I, 140. — θᾶσαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει.

vid. *Etymolog. M.* p. 348, 4. et p. 478, 12. ubi ad Ἵστη· τίθη· πίμπλη· — τὰ τοιαῦτα, inquit, καὶ Δωρικά εἰσιν· οἱ γὰρ Δωριεῖς λέγουσι πίμπλη κοὶ κόα. καὶ τὸ ὄρα, Ὄρη. scribendum censebat *Sylburgius*, πίμπλη, καὶ κόη, [ἀντὶ τοῦ κόα] Ignorabat vir accuratissimus, Mimi *Sophronis* fragmentum, et mulieris illic latere nomen, sic legendum:

Πίμπλη, Κοικόα.

Tu *Coecoa* scyphum nobis *imple*: haec commodum nobis ex eodem Mimo servavit *Athenaeus* IX. p. 380. E. Σώφρων δ' ἐν Γυναικείοις κατὰ κοινότερον κέχρηται λέγων,

Περίφερε, Κοικόα, τὸν σκύφον μεστόν. C.

corrigit errorem suum *Casaubonus* Anim. IX, c. VII, initio, ex Ed. Aldina et ex Cod. MS. nomen Κοικόα restituens; alio Mimi fragmine, quod adhibet (ex p. 409. A.) satis confirmatum. — Mulierum mihi etiam nomina videntur in fragmentis Mimorum *Sophronis* apud *Apollon.* περὶ Ἀντωνυμίας (ed. *Reitzii* p. 423. C.)

Ἄκκε νῦν καὶ ἐμεῦ Ῥώγκα.

et in libello περὶ Ἐπιῤῥημάτων MS.

Αὐτῶ (id est αὐτόθεν) ὀρῆς Φύσικα.

haec ex apographo Cl. *Ruhnkenii* cum vicinis *Koenius* edidit ad *Gregor.* de Dial. p. 161. et 162.

Vſ. 14. Ναὶ τὰν πότναν, καλὸς ἀπφῦς.] Tres ſaltem
P. 306. A. Codices dant Ναὶ τὰν πότνιαν· ad duo enim Florentinos, ex Ed. *Wartoni* notos, Codex accedit Paris. adhibitus a Clar. *D. Ruhnkenio*: πότνα et πότνια quamvis uſitato more ponantur in Theocriteis, hic ſcribi potuit πότνιαν· nam, ut apud alios Poëtas plura ſimilia, prima correpta leguntur et apud. *Theocr.* Δάφνις· τέχνη· πότμος etc. — *Pater* a pueris *dimidiata verba tentantibus*, ut loquitur *Minucius Felix*, dicitur απ, πα· παπα· videantur a me ad *Herodotum* notata P. 307, 37. quaeque pauca vere ſcripſit *Anna Fabri* ad *Callim.* h. Dian. v. 6, laudata a *Koenio* ad *Gregor.* de Dial. p. 148. — Quae ad Ἀπφῦς Theocritéum ſcripta ſunt permulta examinare non lubet: cur *Scaligero*, Anim. *in Euſeb.* p. 119. Ἀπφῦς etiam ſcriptum videatur Ἀφῦς non exputo. — Suſpicor huius ſimile quid lectum in *Sophroneis*: hinc ortum, quod eſt in *Etymologico M.*
B. p. 651, 7. Πάππα. — ἄτω λέγεται παρὰ Συρακουσίοις ὁ πατὴρ, πᾶς· καὶ, κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τᾶ π, πάππα. utrum illic etiam Πᾶ ſcribendum, an Παπ; *Mater* certe Sicilienſibus etiam Μᾶ videtur fuiſſe dicta.

Vſ. 15. Ἀπφῦς μὰν τῆνος πρῶαν (λέγομες δὲ πρῶαν θὴν Πάντα) νίτρον —] Ex duobus Codd. Flor. vocula μὲν in μὰν mutata, et δὲ fuit ex Vaticanis interiectum cum *Toupio*, qui in Append. Notar. in *Theocr.* iſta longe aliter interpretatur, quam ceperat *Reiskius*. *Toupius*, iſta fere cepit, ut Gallus Interpres *M. de Longepierre*,

L'autre jour; car chez moy l'autre jour tout ſe nomme.

Reiskius, verſu ſequente ingenioſe mutato, quintum de-
C. cimum ſic corrigere tentabat:

Ἀπφῦς μὲν τῆνος (πρῶαν θὴν πάντα λέγωμες)
Νίτρον —

Ex utriusque ratione verſus numeroſus evadit. Neutrum

vero probaſſet *Dan. Heinſius*; ex cuius libello, rarius occurrente, nonnulla hic ponam. Quum *Horatii* opera cum Animadverſ. ſuis auctioribus ederet ſecunda vice *Dan. Heinſius*, *Librum* huic editioni praefixit *de Satyra Horatiana*: tertia vice edito, cIↃIↃcXXIX, typis Elzeviricis *Heinſii Horatio* non animadverſiones tantum acceſſere meliores, ſed et de Satyra Horatiana perdoctum opuſculum altero tanto auctius, atque in duo libros diviſum: in hac Edit. libelli circa finem libri II, p. 282. iſta leguntur:

„Theocritus, cum Sophronis Mimos, decimo et
„quinto Idyllio, crebriuſcule inſertis quam ſolet perſo- p. 307.
„nis, imitatur; dedita opera ſimiles orationi immiſcuit A.
„verſiculos. Quid enim iſte ſi non talis?

„Ἀπφῦς μὲν τῆνος πρώαν, λέγομεν πρώαν θήν.

„In autore praeſertim, quo numerorum aeque ſtudioſus
„nemo forte unquam extitit; ita quidem, ut Bucolicis
„continuis totas ſaepe ῥήσεις abſolvat.

Vſ. 16. Νίτρον καὶ φῦκος] In Theocritea elegantem hanc obſervationem amicus mecum communicavit *D. Buhnkenius*.

„Praxinoë nitrum et fucum ſibi emi volebat, quo for-
„mam interpolaret, in publicum proditura. Ad *malam*
„*rem muliebrem* (ut Terentius vocat Heaut. II, 3, 48. ubi B.
„videndus Bentlejus) non minus *nitrum* pertinet, quam
„fucus. Ovid. Medicam. Fac. vſ. 73.

„*Nec ceruſſa tibi, nec nitri ſpuma rubentis*
„*Deſit.*

„ubi Theocritum laudat N. Heinſius. At maritus, homo
„antiquus et frugi, pro nitro et fuco ſalem attulit, tacite
„monens uxorem, neceſſaria ad victum emenda eſſe, non
„nugas muliebres. Senſum loci vidit Toupius in Append.
„ſed minus diſerte explicuit." — Puellas Chriſtianas *nitro* abſtinere iubebat *S. Athanaſius*; cuius hanc in rem verba dabunt *Caſauboni* Animadverſ. in *Athen.* XV, c. 1. virginesque, quibuscum viri etiam ſancti rem habebant, *oculos circumducto nigrore fucare*, nolebat *Cyprianus*: vid. C.
Ez. Spanhemius in *Callim.* h. in Del. v. 198.

Vf. 16. Νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων] Vellem Codex nobis aliquando fidelior verbum suppeditaret, ἔβα, quod his *Reiskius* (cuius hic illic prostant coniecturae feliciter audaces) suspicabatur interferendum. Hoc si prodiret alicunde, et, pro ἀγοράσδων, forma vulgaris, quales passim dant et in his Doricis scripti Codices, ἀγοράζων, una litera mutata scriberem ἀγοραξῶν: atque adeo dedisse crederem *Theocritum*:

Νίτρον ἔβα καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοραξῶν,
Κἦνθε φέρων ἅλας ἅμμιν.

p. 308. A. Illud ἔβα primum requirere videtur, in Codicibus, in primis etiam Edd. repertum, v. 17. Κἦνθε· copulantem literam omittentes Editores nulla nitebantur auctoritate nisi unius *Zach. Calliergi*, qui primus Ἠνθε φέρων invexit in Romanam Edit. Iam vide quam bene conveniant: ἔβα — ἀγοραξῶν· Κἦνθε φέρων· *vadebat nitrum et fucum ex institoris pergula emturus; et domum venit adportans nobis salem.* Iungitur et a *Theocrito* cum participiis ἔβα. Eid. V, 9.

τὶν δὲ τὸ ποῖον
Λάκων ἐκκλέψας ποκ' ἔβα νάκος;

Eid. XX, 17.

Χά μὲν ἔβα με λιποῖσα.

verba etiam *emendi* similiter construuntur: *Antiphanes*
B. in Timone apud *Athen.* VII. p. 309. D.

Ἥκω πολυτελῶς ἀγοράσας εἰς τὰς γάμας
Λιβανωτὸν ὀβολῷ ταῖς θεοῖς καὶ ταῖς θεαῖς.

Epicharmus apud *Pollucem* X, 80.

κἀρυξ ἰὼν
Εὐθὺς πριῶ μοι δέκα νομων μόσχον καλάν.

Conf. *Bentlej.* c. *Boyl.* p. 263. sed sic *Epicharmum* suspicor suo aevo vocem scripsisse νόμων, quam postea aliter scribebant: *nummos*, νάμμας, Tabula Heracleënsis vocat ΝΟΜΩΣ, v. 75. — eleganter *Archestratus*, ut Eresiam e Lesbo farinam lurconibus suis commendet, nive magis

illam dicit esse candidani; quin Deos, si quando farina vellent uti, illa usuros, atque iturum Mercurium, qui illinc ipsis emat, apud eumdem *Athen.* III. p. 112. A.

Λευκότερ' αἰθερίας χιόνος· θεοὶ εἴπερ ἔδεσιν
Ἄλφιτ', ἐκεῖθεν ἰὼν Ἑρμῆς αὐτοῖς ἀγοράζει. C.

Ausus est et ipse *Varro* scribere quae *Nonius* nobis servavit in v. *Simpuvium*: *Non vides ipsos Deos, si quando volunt gustare vinum, derepere ad hominum fana, et — tum ipsi illi Libero simpuvio vinitari?* Sua quisque Helena non contenti frequenter isti coelestes ad homines etiam natos natasque ex Olympo derepebant: sed impia sane videri debuerunt, quae Deorum scribit venustus irrisor *Lucianus* de Sacrif. (T. I. p. 533.) §. 9. — In loco *Theocriti* de emturo more usitatissimo diceretur, ut ἀπῆλθεν ἀγοράσων, ἔβα — ἀγοραξῶν. Verbis motum significantibus sic, ut notum est, participiorum accedunt futura: *Soph.* Trach. v. 83. Οὐκ εἶ ξυνέρξων; v. 163. ὡς τι δράσων εἶρπε, κἀθανούμενος. Antig. v. 292. Ναὸς πυρώσων ἦλθε, κ.' τ. λ. — Quid hic esset σκανὰ, *Scaliger* ad h. l. verbo iam monuit: *Casaubonus* exhibet ex Cod. Genev. Scholion: ἐν ταῖς πανηγύρεσι σκηνὰς ἐποίουν οἱ πωλοῦντες. in nundinis, et ubi hominum esset celebritas, *tentoria* defigebant vel *casas* venditores, in quibus merces suas exponerent: has σκηνὰς *Casaubonus* tractavit ad *Theophr.* Char. c. 23. p. 164. (quem conf. in *Sueton.* Iul. Caes. c. 40.) et perdocte Anim. in *Athen.* IV, c. xx, p. 301. 302. occasione tituli dramatis Comici, Σκηνὰς καταλαμβάνεσαι. sic secundum *Casaub.* mulieres dicuntur *quae in foro et viis publicis locum occupant, ubi sua umbracula desituant: ita*, ait, *soliti facere mercatores quoties celebratur aliqua panegyris.* Eadem est ratio locutionis θέαν καταλαμβάνειν. de qua *P.* egit *Leopard.* Em. I, c. XIII. — Dum instabat Alexandriae pompa regia Adoniorum, hominum celebritas mercatores illuc deduxit. p. 309. A. B.

VI. 17. Ἀνὴρ τριτκαιδεκάπηχυς] Quia a voce πηχὺς ducta composita terebantur in usu, non aliter scripsisse puto *Theocritum*, quamvis aliorum more Dorienſium *cubitum*

dixerit πᾶχυν Eid. VII, 67, ut in hymno Dorice ſcripto *Callimachus* in Pall. Lav. v. 5. hoc ego dudum ante in alio eiusdem hymni loco cenſui reſtituendum, quam virorum Doctorum vidiſſem coniecturas, (*Arnaldi* tamen noveram iuvenilia tentamina) quae mihi magis etiam paene dixerim perſuaſerunt ſcripſiſſe *Callimachum* v. 93.

Πάχεσιν ἀμφοτέροισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα
Ματὴρ μὲν γοερῶν οἶκτον ἀηδονίδων
Ἀγε, βαρὺ κλαίοισα.

C. In vulgatis, Ἁ μὲν ἐπ' ἀμφοτέραισι — Μάτηρ μὲν — particula μεν male repetita vitii iam ſuſpicionem movit *Heur. Stephano*; — *Ambabus ulnis amplexa filium* ſic diceretur uſitato more πήχεσιν ἀμφοτέροις παῖδα περιλαβεῖσα· paulo diverſa eſt ratio *Homerici* in Od. P. v. 38.

Ἀμφὶ δὲ παιδὶ φίλῳ βάλε πήχεε δακρύσασα.

Bionéi I, 42.

Πάχεας ἀμπετάσασα κινύρετο.

Euripidéi in Phoen. v. 314. legitur in *Ariſtoph.* Ran. v. 1357.

Περίβαλλ', ὦ τέκνον, ὠλένας.

Parum aut nihil diſtant προσπτύξασθαι τινὰ, περιπτύξασθαι, et ἐναγκαλίσασθαι: quorum hoc *Polyaeno* reſtituendum eſt, pro εὐηγγελίσατο, IV, c. XI, §. 1. Iovem *Callimachi* h. I. v. 46.

p. 310. A.

Κυρβάντων ἕταραι προσεπηχύναντο.

— Praxinoës ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς a *Toupio* redditur, *an overgrown fellow*, *a Patagonian*: poſſet talis ab Anglica de plebe muliere forſan etiam dici *a great he-fellow.* Latine *magnus homo*, *longus homo*, *longurio*, de fatuis et bardis, ſive de iis dicebantur, in quorum *magno corpore* ne *mica* quidem ineſſet *ſalis*: ſed *longus* ille Syracoſiae Dinon pumilio videretur iuxta illum ſpectatus, in quem dicitur Anthol. II. c. XIII, ep. 10.

— ῥῖνα τρίπηχυν ἔχεις.

B. nihil ad coloſſum Rhodium, octuaginta cubitorum ſecun-

dum *Simonidem* Anthol. VI, c. IV, ep. 4. — Homines procera ſtatura τετραπήχεις dicuntur ab *Ariſtoph.* Ran. v. 1046. Vesp. v. 547. In Italia qui ſenos pedes haberent, ſtatura eſſe videbantur, quae inſtam non excederet: vid. *Caſaubon.* in *Suetonii* Tiber. c. 68. Gigantum cadavera δεκαπηχέων inventa narrat *Pauſanias* locis a me ad *Herodotum* indicatis P. 556. ubi mortuum dicit nobilem Perſam μεγάθεϊ μέγιστον ἐόντα Περσέων· ἀπὸ γὰρ πέντε πηχέων βασιληΐων ἀπέλιπε τέσσερας δακτύλους. Ne gigantes quidem δεκαπήχεις noſtrae aetatis viris primariis mirabiles videntur, qui quidem fidem ſociis etiam habent navalibus, Patagoniam ſibi gentem viſam, ut libenter audientes emungant pecuniola, fabulantibus, de qua dubitare velle paene piaculum eſſet. In multis, quae milleni ſibi veriſſima perſuadent, haud profecto valde credulus, *Iſ. Voſſius* cu- C.
iusvis e China vicinisque inſulis venientis fabellas ut veras narrationes venditabat: et notum eſt quid de Alexandrina Foederis antiqui converſione cenſuerit, cenſuiſſe ſaltem videri voluerit, eruditiſſimus ille *Iſ. Voſſius.* Hoc ſunus ingenio homuncuki.

VI. 18. Χώμὸς ταὐτάγ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίω, Διοκλείδας.] *Et meus Dioclidas eiusdem prorſus eſt ingenii, pecuniae pernicies.* Ut in vita quotidiana mulieres inter ſe garrientes, in ſcena *res ſuas* apud alios etiam adverſus maritos *conqueruntur*, ut loquitur *Titinnius* Comicus; cuius e Fullonibus hi duo quoque ſunt verſus apud *Nonium* in v. *Comeſt*,

Ego me mandatam meo viro male arbitror; p. 511.
Qui rem disperdit, et meam dotem comeſt. A.

de ſuo Chremete *Terentii* Nauſiſtrata in Phorm. V, 3, 5.

pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur: nam ex iis praediis talenta argenti bina
Capiebat ſtatim: hem! vir viro quid praeſtat? D. bina, quaeſo.
N. *Ac, rebus vilioribus, tamen duo talenta.*
virum me natum vellem:
Ego oſtenderem.

Ab homine prisco Dioclida saepe probabiliter in se dictum, in maritum retorquet Theocritea Gorgo. — Φθόρος ἀργυρίω est ἀργυρίε φθορεὺς, vel διαφθορεύς. Ab Attica
B. plebe, et huic callide suffragantibus, Socrates τῶν νέων habebatur διαφθορεύς. nutrix, quae male sedula perdiderat alumnam, a Phaedra vocatur *Euripidis* in Hippol. v. 682. φίλων διαφθορεύς. Quid sit *herilis pernicies* initio Mostellariae *Plauti*, satis ostendunt quae paulo post sequuntur:

pota, perde rem,
Corrumpe herilem filium, adolescentem optimum,
Dies noctesque bibite, pergraecamini.

Quod ego quidem arbitror, diversa *Thomas Mag.* permiscuit in v. Λοιμός. Ut Ὄλεθρος· Βάραθρος· Τίμβος *(in Aristoph.* Lys. v. 372;) Φόνος Dorice (secundum *Eustath.* in *Hom.* Od. K. p. 391, 33;) sic adhibetur ab Atticis Φθόρος. vid. *Ez. Spanhemius* in *Callim.* h. Apoll. v. 133. In
C. hunc sensum, Φθορεὺς, ut puto, nusquam apud veteres invenietur positum. Quod ex *Aristide* profert *Thomas*, illinc distat. Ut a *Plauto herilis pernicies*; a *Cicerone pernicies provinciae*; φθόρος illic dicitur πόλεως· *Tragicus* apud *Ciceron.* de Divin. I, c. 21.

ex oracli voce divina edidit
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret
Post illa natus, temperaret tollere:
Eum esse exitium Troiae, pestem Pergamo.

Catullus XXVII, 5.

Vos, quo lubet, hinc abite lymphae,
Vini pernicies.

Pernicies pecuniae maritus a muliere dicitur *Theocriti* Sy-
p.512. racosia φθόρος ἀργυρίω. — Hoc autem in versu frequens
A. haerebat vitium in v. ταῦτα· quod ad mentem *Reiskii* et *Toupii* fuit a me sublatum: *Wintertonus* formam Doricam ἀργυρίω iam olim Cantabrigiae vulgaverat: editionem aliis meliorem male postea neglexerunt.

VI. 19. Ἑπτὰ δραχμᾶν, κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, ἅπαν ῥύπος, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.]

Horum ſenſum Graece eruditus ſic expreſſit *M. de Longepierre*:

Ne m'acheta-t-il pas cinq toiſons de brebis,
Ou de chien pour mieux dire, et peut' eſtre encor pis:
Reſtes de vieilles peaux, rien qu'ordure et pouſſiere,
D'un travail infini l'inutile matiere? B.

Ut ab ultimis ordiar, unus Codicum ἅπαν ῥύπον *Salvinio* praebuit; hoc, vulgo uſitatius, in ſuis etiam legiſſe videtur, certe profert ut huius *Euſtathius*, et alibi, et in *Hom.* Il. A. p. 81, 34. — *Meras ſordes* ſic vocat ſuo more ſcribendi *Theocritus*, de quo nonnulla dici poterunt in verſum paene ultimum huius carminis, quo reſtitui ex Codd.

Χώνῃ ὄξος ἅπαν.

Vulgatam lectionem, Ἑπτὰ δραχμῶν, ſuo loco reliqui, meliorem illam arbitratus alterâ, et fortaſſe ſinceram, ſi forma reſtituatur δραχμᾶν, Dorica, non illa tantum in libris, ſed et in marmoribus antiquiſſimis occurrens. — MSS. Codices partim duas dant voces Ἑπτὰ δραχμῶν, partim unam Ἑπτὰδράχμως posterius, praeter Codices primae praebent Edd. Mediolanenſis, Veneta, Florentina, Romana; haec quidem exhibet, ut ne verſus vicinis longior ordine ſuo exerraret, C.

ζ'· δράχμως κυνάδας· et mox, ε'· πόκως ἔλαβ' ἐχθές.

Ex Edd. antiquis Ἑπτὰδράχμως in ſuam recepit *Reiskius*; ab idoneis etiam iudicibus *R. Bentlejo*, et *P. Wesſelingio* probatum; hoc quidem in Diſſert. Herod. (in quam ſua quae habebat in *Herodotum* optima collegit ut exſtarent obſervata,) p. 152, et in nota ad *Herod.* VI, c. 89. *Bentlejo* in iis, quae lis cum *Carolo Boileo* nobis exquiſita peperit, ubi diſputat vir Magnus de Pecunia Sicula, p. 249. Latinorum *Lennepii*; quae dudum cum *Phalaridis* Epiſtolis in lucem prodire potuiſſent, ſi per librarium licuiſſet. — Hoc in loco ipſi *Bentlejo* forma Dorica — ως — p. 315. A.
fraudi fuit, qui certe mentis aciem non intendebat ſcribens Ἑπτὰδράχμως κυνάδας ſenſum hic eumdem praebere atque alterum Ἑπτὰ δραχμῶν κυνάδας· „The ſenſe (inquit

„*Diss. upon Phal.* p. 444.) indeed will be the same still, „but the composition will be more elegant." Sed τόκοι dici potuerunt Ἑπτάδραχμοι, vel Ἑπτὰ δραχμῶν, non κυνάδες, ut puto, quomodocunque tandem accipiantur. *Wesselingium*, qui genium sermonis minus perspexerat quam *Hemsterhusius*, aut *Bentlejus*, non adeo mirabar, ista scribentem in *Herodoti* L. VI, c. 89. „διδόασι δὲ πεν„ταδράχμας sani coloris est, sicuti ἔλυσάν σφεας διμνέως „binis in singula capita minis L. V, 77. *Theocritus* Id. XV, „19. Ἑπταδράχμως κυνάδας, quemadmodum ex *Aldina* „principe eximie reparavit *R. Bentlejus*." Sed si in singu-
B. la capita duarum illic minarum pretium voce διμνέως designatur, quod verum est, quomodo tandem *Wesselingius* intellexit Ἑπταδράχμως κυνάδας; — Nunc *Toupium* audiamus, quid super hoc loco scripserit ad *Wartonum* p. 330;

„Ἑπταδράχμως — probant viri eruditissimi. Sed aliud „est Ἑπταδράχμως, aliud Ἑπτὰ δραχμῶν. Quod Bent„lejum nostrum ad Phalarin fugisse miror. Πέντε πό„κας Ἑπτὰ δραχμῶν λαβεῖν, est *Quinque vellera septem* „*drachmis emere.* Πέντε πόκας Ἑπταδράχμως λαβεῖν, „est *Quinque vellera, singula septenis drachmis, emere.* „Herodotus VI, 89. — διδόασι δὲ, πενταδράχμας ἀποδό„μενοι, *sed dedere, vendentes singulas quinis drachmis.*"

dare per legem non licebat naves: fraudem legi, Athe-
C. niensibus gratam, adhibuere Corinthii, naves vendentes parvo, vel potius nullo, quinque drachmarum, pretio. Hoc fere sensu quin accipi debeat Herodoteum, νεας πενταδράχμας ἀποδόσθαι, dubium nullum est. sed Πεντάδραχμον in aliis loquendi formis significaret τὸ πέντε δραχμῶν ἄξιον, *quod quinque drachmis aestimaretur*: teste *Polluce* IX, 60. τὸ δραχμῆς ἄξιον, Δραχμιαῖον *Aristophanes*; §. 59. τὰ στατῆρος ἄξια, Στατηριαῖα dixit *Theopompus* Comicus: τὸ τεσσάρων δραχμῶν ἄξιον, dixerunt Τετράδραχμον secundum *Ammonium*: *bona duobus* vel *tribus talentis* aestimata, οἶκον διταλαντον et τριταλαντον. *Isaeus* Orat. II. p. 38, 34. p. 39, 40. p. 40, 28. p. 41, 1. p. 42, 40. scripserat p. 46, 8. κεκτημένος τὸν τριταλαντον οἶκον, id est τριῶν ταλάντων ἄξιον. ut ipse etiam loqui solet

in

in talibus *Isaeus*: p. 72, v. 38. Κίρων — ἐκέκτητο — ἀγρὸν μὲν Φλυῆσι (ab isto pago suum adversarium semel orator dixit Φλυέα p. 68, 44. non Φιλέα, quod vulgatur; atque illud etiam dederat *Harpocr.*) καὶ ταλάντα ῥᾳδίως ἄξιον. v. 42. ἔπιπλα — ἄξια τρισκαίδεκα μνῶν. vid. *Dinarchus* apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 181, 1. Οἶκοι ταλαντιαῖοι καὶ διτάλαντοι memorantur a Demosthene I. c. Aphobum p. 508, 92. huc Pollux spectabat in his IX, 54. καὶ Διτάλαντον δ' ἂν εἴποις κατὰ Δημοσθένην, καὶ Τριτάλαντον οἶκον, vel ἐσίαν. δεκατάλαντον expressit *Terentius* hoc versu in Phorm. II, III, 46. p. 314. A.

At si talentûm rem reliquisset decem.

Quae *sexdecim talenta*, dotem, attulisset, ἑκκαιδεκατάλαντον in Plocio dixit *Menander* in *Gellii* N. A. II. c. XXIII, ex emendatione *A. Heringa* Observ. p. 252. Χιλιοταλάντας dixit *Alexis* Athen. VI. p. 237. C. quam vocem *Plutarcho* restituit *Bryanus* T. I. p. 100. B. *Minâ aestimatum* Μναιαῖον· *duabus*, Δίμνεν dixerunt, etc. ad Ἑξάμνεν καὶ Δεκάμνεν, καινῶς παρασχηματισθὲν ἐκ τῆς Μνᾶς, multa notat *Eustath.* in Od. T. p. 715, 18. qui ex *Aristotele* Μναιαῖον (quod habet et *Athen.* III. p. 89. A.) adnotavit in Od. Φ. p. 754, 13. Εἰκοσίμνας ἔρανος ex *Lysiae* Orat. perdita *Pollux* servavit IX, 57. Ex his, opinor, planissime liquet Ἑπταδράχμως, hoc an illo sensu capiatur, ab his *Theocriti* prorsus alienum esse; ubi usitata praepositionis ἀντὶ ellipsi, iungenda videntur B.

Ἑπτὰ δραχμῶν, vel δραχμᾶν,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές.

ut recte cepit Scholiasta, sic interpretatus ista: ἑπτὰ δραχμῶν ἠγόρασεν ἑ ποκάρια.

Hoc certe sententia postulat: *septem drachmis quinque heri vellera emit.* Sed his scribendis vacantis animum advertit constans Codicum et Editionum antiquarum duplex lectio, Ἑπτὰ δραχμῶν· et Ἑπταδράχμως· tandem veram mihi videor scripturam detexisse in his latentem, quae illinc una litera ablata renascetur: scripsisse *Theocritum* arbitror: C.

Ἑπταδράχμω, κυνάδας,
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές.

id est πέντε πόκας ἠγόρασεν ἀντὶ ἑπταδράχμου. sic nummus designabitur, ἑπτάδραχμον dictus, *cuius valorem drachmae septem aequarent.* *Pollux* IX, 60. ἦν δὲ ἡ Δραχμὴ ἀ νόμισμα μόνον, ἀλλὰ καὶ Πεντηκοντάδραχμον, καὶ Πεντάδραχμον, παρὰ Κυρηναίοις. καὶ Τετράδραχμον ἐκαλεῖτο, καὶ Τρίδραχμον, καὶ Δίδραχμον. τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθηναίων νόμισμα, καὶ ἐκαλεῖτο Βᾶς. Nummi itaque fuerunt pro valore dicti Πεντηκοντάδραχμον· Πεντάδραχμον· etc.
p 315. A. Cum haec Alexandriae scriberet *Theocritus*, Cyrenaicae regionis pars maxima sub imperio Ptolemaei erat Philadelphi; et nummus aureus, cuius valor dimidium minae aequaret, dictus Πεντηκοντάδραχμον, illius cusus auctoritate atque imagine fuit insignis. Nemo iam, opinor, mirabitur, cur Syracosiam mulierem, quae Alexandriae habitaret, utentem fecerit Poëta voce Ἑπταδράχμω. Pro Τετράδραχμον forte suspiceris Τέτραχμον a *Polluce* scriptum: ut enim, ob usum frequentem et facilitatem pronunciandi, pro τετράπεζα, *mensa quadripes* τράπεζα fuit dicta, τὸ τετράδραχμον νόμισμα contracte dixerunt Τέτραχμον. *Ammonius*: Τέτραχμον καὶ Τετράδραχμον διαφέρει. Τέτραχμον μὲν γάρ ἐστι τὸ νόμισμα· Τετράδραχμον δέ, τὸ τεσσάρων δραχμῶν, nempe ἄξιον· quod, a lectore supplendum, etiam in talibus omittitur. *Eustathius* in Il. H. p.
B. 532, 20. τραχυφωνίαν πέφευγε καὶ ὁ τὴν τετράπεζαν καλλιφωνήσας εἰς Τράπεζαν· καὶ τὸ τετράδραχμον, εἰς Τέτραχμον. paene eadem bis iterat. *Zeno*, teste *Diogene Laërt.* VII, 18. [τὰς τῶν σολοίκων λόγους] ἀφωμοίει τοῖς Ἀττικοῖς τετραδράχμοις, εἰκῇ κεκομμένοις. — Praeter plurima nomina iocosa, quibus protervi iuvenes meretrices notabant, haec etiam vitiata praebet ex opusculo *Gorgiae* editus *Athenaeus* XIII, p. 596. F. Στρατοκλῆς δ' ὁ ῥήτωρ ἐρωμενην εἶχε τὴν ἐπικληθεῖσαν Δήμην ἑταίραν τὴν καλεμένην Παρόραμον, διὰ τὸ καὶ δύο δραχμῶν φοιτᾶν πρὸς τὸν βαλόμενον. legendum Λήμην, vidit *Casaubonus;* haesit ad Παρόραμον· ubi adpellationis adest ratio, mihi quidem liquet scriptum ab *Athenaeo:* καὶ ἑτέραν, τὴν καλεμένην Δίδραχμον· quod facile depravari potuit in ΑΡΟΡΑΜΟΝ. — Secundum *Ari-*

ſtotelem apud *Pollucem* IX, 62. Cyrenis aurei quoque nummi (mercatoribus) erant in uſu, dicti a valore Τετρα- C.
στάτηρον· Διστάτηρον· et Ἡμιστάτηρον· mediam harum vocum reſtituendam ſuſpicor, pro vulgatis καὶ στατηρ. — Paulo ante *Pollux* §. 57. ὅταν, inquit, εἴπωσι Πενταστάτηρον, (de pondere poſitum) πεντάμνων δοκῶσι λέγειν. quae tum proxima ſequuntur, hic in gratiam Docti Lectoris proponam ad mentem *R. Bentleji* emendata, atque explanata ipſius viri Magni verbis:

„ὡς ἐν τῇ Ἐπικράτας παρακαταθήκῃ,
„Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἀνθρωπος παχὺς,
„Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾶν,
„Πενταστάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

„Sententia eſt: ſi quis ex plebe illa urbana, albus et ſoli
„inſuetus, pinguis, piger, luxuriae deditus, vel leviſſi-
„mum ligonem vix quinque librarum pondere ſuſtulit,
„ſtatim anhelus ſit et ilia ducit: ἄνω γίγνεται, ut Horat. p.316. A.
„*ſublimi fugies mollis anhelitu.* quod Iul. Scaliger non in-
„telligebat."

Iſta *Bentleji* ſunt ex Epiſtola *MS.* ad *Ti. Hemſterhuſium* olim data, cuius apographum *Ruhnkenius* et ego nacti ſumus a *Franciſco Hemſterhuſio.*

Vſ. 19. Κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν,] Quae praecedunt, voces Ἑπτὰ δραχμῶν, ab his poſita diſtinctione ſeparavi, illas cum ſequentibus ſic coniungendas arbitratus, Ἑπτὰ δραχμῶν, vel potius Ἑπταδράχμω Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές ut *vellera*, priusquam nominaret Gorgo, per contemptum dixerit,

κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρᾶν·

Haec (niſi quod ex Edd dedit πηρῶν) pro ſineeris habebat B.
Toupius Emend. in *Suid.* III. p. 282, duabus coniecturis tentavit in Epiſt. ad *Wartonum* p. 321. Sed moleſte non feret, ſi dixero, neutram illarum mihi videri veriſimilem; nec μηρῶν, neque πυγῶν· quarum hanc praeſertim, ut eſt vir ingenioſus atque eruditus, eleganter exornatam ſtudet commendare Lectori. Minus adhuc *Ioſ. Scaligeri* mihi placet inventum, legentis,

κινάδων γραιᾶν ἀποτίλματα πυῤῥῶν.

ut diceretur *vulpinos pilos pro lana* Dioclidas attuliſſe. Editiones etiam primae praebent, et Codicum collatorum plerique, γραιᾶν ἀποτ. πηρῶν· πηρᾶν admiſi, repertum in duobus ſaltem *Theocriti* Codd. ſervatum etiam in *Scholiis MSS. in Hermogenem*, ubi haec laudantur Theocritea. — Vocem γραιᾶν recte *Theocriti Schol.* interpretatur προ-
C. βάτων γεγηρακότων. *Vellera* itaque ſignificantur, *ovibus vetulis mutilisque vi avulſa*, atque adeo *lacerata*. — Ὄϊες autem γραῖαι dici potuerunt: Γραίας ἐρεΐκης θωμὸν dixit *Aeſchylus* Agam. V. 303. Γραίας ἀκάνθης πάππος *Sophoclis* eſt ex perdito dramate apud *Plutarch.* T. II. p. 1100. C. quo ſpectat in *Heſychii* Lex. Πάππος ἀκάνθης. Γραῖαν ὠλένην *Euripides* Ione v. 1213. Ut autem γυνὴ γραῖα, ſimpliciter etiam γραῖα, ſic et ὄϊς dici potuit: *Lexicon vetus MS.* penes Cl. *Ruhnkenium*: Γραῦς, — ἔστι καὶ ἡ Γραῖα, τῆς γραίας· Εὐριπίδης, γραῖαν μὴ τρέσᾶς. — Πηρὰ ſunt *mutilae*: Παρὸς, pro πηρὸς, a *Theocrito* ſcribi non potuit, et nusquam, opinor, invenietur· Ἀπαρὲς tamen, a πηρὸς ortum, et Φρεμπάρωσις, τὴν φρενοβλάβειαν ſigni-
p. 317. A. ficans, apud *Heſychium*, ſincera, proſtant. — In ſacris, ut notum eſt, animalia integra requirebantur, ὑγιῆ καὶ ἄπηρα· *mutila*, Diis, Deorum certe ſacerdotibus, ingrata, πηρὰ dicuntur et ἀνάπηρα. τὸ ἀνάπηρα θύειν vitio dant Lacedaemoniis Athenienſes in *Platonis* Alcibiade II. T. II. p. 149. A. *Hermippi* Comici verſus ſervarunt Scholia in *Ariſtoph.* Av. v. 1406, et *Athenaeus* XII. p. 551. A.

Ἀνάπηρά σοι θύουσιν ἤδη βοΐδια,
Λεωτροφίδᾳ λεπτότερα καὶ Θεμιάντιδος.

ob eamdem rationem Tenios ridet *Euphron* Com. Ibid. IX. p. 380. A.

Theocriteae Gorgoni non ſatis erat, vellera ovium, quae bonus Dioclidas emerat, velut ſordes abiiciendas, ἅπαν ῥύπον, ἔργον ἐπ' ἔργῳ, dixiſſe γραιᾶν ἀποτίλματα πη-
B. ρᾶν· vocavit etiam illa, quo ſibi deſpicatiſſima deſignaret, — Κυνάδας, *Scholiaſtes*, Κυνάδας, inquit, οἷον κύνεια, τραχέα. *Toupius*: „*vellera non ovina*, ſed, ſi Diis placet, *canina*." Potuit et hac voce *quisquilias* ſignificare,

quales canibus proiiciebant; ſive vellera tantum digna, quibus, mox abiiciendis, manus abſtergerent, quaeque adeo uſum τῶν Κυνάδων praeſtarent: *Athenaeus* IX. p. 409. B. τὰς ἀπομαγδαλιὰς, ait, Λακεδαιμόνιοι ἐκάλεν Κυνάδας, ὡς φησὶ Πολέμων ἐν τῇ περὶ ὀνομάτων ἀδόξων ἐπιστολῇ. Quia canibus proiiciebantur, ſic dictas a Lacedaemoniis adnotavit *Pollux* VI, 92. ἀπομαγδαλιαὶ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἀρτῳ μαλακὰν καὶ σταιτῶδες, εἰς ὃ ἀποψησάμενοι τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλλον· ὅθεν καὶ Λακεδαιμόνιοι Κυνάδα τὴν ἀπομαγδαλιὰν καλοῦσιν. — *Theocriti* carminibus inſunt et aliae voces Laconicae; et in quinto carmine ſervulus loquitur *Laçon*, ex Laconica in Graeciam Italicam translatus: quinimo Ἰταλιῶται et Σικελιῶται Graeci partim erant origine C.
coloni Lacedaemoniorum: in hoc autem carmine Alexandriae habitantes mulieres loquuntur Syracoſiae. *Sophron* ipſe voces adhibuit, quae dicuntur a Grammaticis Laconicae: exemplo ſit rarior iſta, quam ſervavit Auctor *Etymologici* M. p. 334, 10. Ἐμβραμένα, παρὰ Σώφρονι ἡ εἱμαρμένη· ὑπερθέσει τοῦ ρ, καὶ, διὰ τὴν ἀσυνταξίαν πλεονασμῶ τοῦ β. καὶ Λάκωνες ἅτω λέγεσιν. Βεβραμένων· et Ἐβραμμένον, pro Ἐμβραμένον, dabit *Heſychius*. Noverat *Etymologus*, F vel B. vocibus interiectum, atque a P incipientibus praefixum a Laconibus, Syracoſiis, aliisque. vid. Etymol. p. 98, 4. p. 214. 31. p. 257, 52. p. 426, 13. p. 700, 32. utilis eſt in his cautela, quam adhibuit *Apollon. MS.* περὶ Ἐπιῤῥημάτων· quae legi poteſt in Excerptis ab *Iſ. Voſſio* p. 435. B. C. — Saepe autem alias etiam p. 318. A.
literas, ſed praeſertim literam P amabant Dorienſes nonnulli et Aeoles transponere. *Heſychius*: Δρίφον, τὸν δίφρον· Δωριεῖς, καὶ Εὐστόχιος· faceſſat hinc inexſpectatus *Euſtochius*; in ſede vacua ſcribi forte poterit: [Δωριεῖς,] ἀντιστοίχως. ὁ βάτραχος, Βότραχος non tantum, ſed etiam Βράταχος et Βόρταχος dicebatur: praebet iſtas formas *Heſych.* Apollinem, τὸν Κράνειον, Κάρνειον vocabant, ut ſcribit *Pauſanias* in Laconicis, p. 239. μεταθέντες τὸ ρ κατὰ δή τι ἀρχαῖον. Τὴν ἑορτὴν Cyprii dicebant Ἐροτιν· hanc veram eſſe vocis *Heſych.* ſcripturam patebit *Euſtathium* conferenti in *Hom.* Il. Γ. p. 288, 29. et in Od. Φ. p. 759, 4.

De multis unicum huius generis proponam, alia quae-
B. dam additurus, ex *Etymologico M.* p. 723, 17.

Σπέργυς, παρὰ τὸ πρέσβυς, τροπῇ τοῦ β εἰς γ πρέσγυς· καὶ ὑπερθέσει, Σπέργυς. περὶ παθῶν.

Ut pater *Apollonius Alexandr.* filius etiam *Herodianus* Dialectorum fuit peritissimus; atque ex huius opere περὶ παθῶν, praeter alia ab *Etymologo* plurima, ista descripta sunt de voce Σπέργυς. In πρέσβυς literam B etiam in Γ transiisse non mirabitur cui formae huius vocis et illinc ductarum ex lapideis innotuerint monumentis, in Creta, dudum postquam hinc illuc abiisset *Meursius*, repertis: ὁ προφὺς, e veteri Lingua, Πρέσβυς dictus, in usu significans *aetate venerandum*, flectebatur etiam in πρεσβίων et πρέσβιστος. hoc ubi traditur ab *Etymologo* p. 753,
C. 22. versus adfertur *Aeschyli* turpiter vitiatus, sed facile corrigendus ex eius Septem c. Theb. v. 396. ubi Πρέσβιστον ἄστρων legere licet: ex *Sophoclis* Satyrica, ut puto, fabula, Triptolemo, servatus est senarius apud *Hesych.* in v. Δαίς·

Ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια, πρεσβίστη θεῶν.

Incertus *Poëta* meminit et aliorum cum laude,

Πρεσβίστας τε θεῶν Ὑγιείας μειλιχοδώρου.

sic versus erat scribendus in Eclogis *Stobaei Canter.* p. 5. in fine; ubi male *Grotius*, Πρεσβυτάτας, suam nobis dedit, ut centies alibi, coniecturam, p. 117. in *Erinnae* tamen versu *Grotius* in Floril. *Stob.* p. 49. recte scripsit,

Σοὶ μόνᾳ πρεσβίστα δέδωκε Μοῖρα Κῦδος —

vocis vim ex interpretibus solus reddidit *Lipsius:*

Nam dedit soli tibi cana Parca Regium sceptrum —

P 319. A. Vulgaris formae potestatem egregie *Sophocles* expressit apud *Plutarch.* T. I. p. 533. B. a Nicia, cuius prudentissimi Ducis, opibus, genere, rebusque gestis inclyti, summa tum erat auctoritas, a Nicia iussus in decem Imperatorum concilio *Sophocles* primus sententiam dicere, ὡς

πρεσβύτατος ὢν τῶν συστρατήγων, ἐγὼ, φάναι, παλαιότατός εἰμι, σὺ δὲ πρεσβύτατος. ista *Sophoclis*, viri in suo genere Maximi, suo se tamen pede metientis, Niciae perplacere debuit modestia, se quidem *annis*, sed ipsum in rempublicam meritis *graviorem* (*Terent.* Heaut. IV, 1, 32.) esse confitentis. Qui summum imperantem repraesentabat, *legatus* adpellationem accepit Πρέσβεως. Olim usitata hoc sensu Πρέσβις et Πρεσβεὺς abierunt in desuetudinem: *legatus* dictus fuit Πρεσβευτής· *legati* Πρέσβεις dicebantur, et Πρεσβευταί· plerumque tamen ab Atticis Πρέσβεις. ad hanc formulam corrigenda mihi videntur a B.
Graecis Grammaticis, atque a recentioribus eruditis scripta.

ὁ Πρεσβευτής, Dorice vulgo Πρεσβευτὰς, sic et in quibusdam Cretae civitatibus; sed in aliis dicebatur Πρειγευτάς. In Creticis monumentis, quae primus edidit eruditiss. *Chishullus* in Antiq. Asiat. et illa reperietur forma, sed et haec, a Grammaticis nobis non adnotata, nec mira tamen; cum et in aliis Dialectis consonantes literae in ἰῶτα mutatae fuerint: in Decreto IV Saxiorum, p. 115. dicuntur Teïi misisse πρειγευτὰς, tum mentio fit

ΠΕΡΔΙΚΚΑ ΤΩ ΠΑΡΑ ΤΩ ΒΑ
ΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΩ ΠΡΕΙΓΕΥΤΑ.

ubi paulo post ex lapide ΔΙΕΛΕΓΟΝ edi debuerat, non ΔΙΕΛΕΓΕΝ. In Rhauciorum (V) fit mentio p. 116.

ΤΩ ΠΑΡ ΑΝΤΙΟΧΩ ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΡΕΙ
ΓΕΥΤΑ ΑΓΗΣΑΝΔΡΩ. C.

et,

ΤΩΝ ΠΑΡΑ Τηίων
ΠΡΕΙΓΕΥΤΑΝ.

initio quoque decreti dicuntur παραγενόμενοι πρειγευταὶ παρὰ τῶ δάμω τῶ Τηΐων πορτὶ Ῥαυκίων τὰν πόλιν. In fragmento decreti Latiorum, p. 122. Τηΐοι, συγγενεῖς καὶ φίλοι διὰ προγόνων ὑπάρχοντες, ψάφισμα καὶ πρειγευτὰς ἀπέσταλκαν.

— *Seniores*, vel *Senatores*, quibus mandatum erat cu-

rare, ut in pompis aliisve diebus festis solennibusve omnia rite atque ordine fierent, dicuntur

p 320. A. Οἱ πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας,

in formula Foederis inter Latios et Olontios, apud *Chishull.* p 134. — *Senatus Princeps*, variis dictus adpellationibus, quemque Graecarum Inscriptionum, quas Nobiliss. *Caylus* publicavit *dans son Recueil d'Antiquités*, T. II; prima, Cyzicena, vocat

ΑΓΕΜΟΝΑ ΒΟΥΛΑΣ

vocatus videtur ab Hierapytniis Cretensibus

ΒΟΥΛΑΣ ΠΡΕΙΓΙΣΤΟΣ.

sic probabiliter insculptum fuit lapidi, ex quo in Venerabilis *Montfauconii* Diario Ital. p. 74. vulgatum fuit

ΒΟΥΛΗΣ ΠΡΗΓΙΣΤΟΣ.

praeter cetera vitiosa; ex gr.

ΕΠΡΑΧΘΗ ΕΝ ΙΕΡΑ ΠΥΓΝΗ.

B. pro Ἱεραπύτνα *Hierapytnae*: illinc fecit laboriosissimus Editor, *Datum fuit decretum in sacra pugna.* Talium errorum affatim reperire licet in Graecis Inscriptionibus; qui sic sunt indicandi, ut ne Graece minus docti deterreantur ab istiusmodi monumentis egregiis utiliter, quomodocunque tandem id fiat, si lapidum modo ductus exhibeantur, publicandis. Uno nunc loco, quamvis in his nihil vetet emansores esse, defungar ex Formula Foed. inter Hierapytnios et Priansienses: istius marmoris, quod Oxonii servatur, legere licet v. 29.

Πρειγήϊα δὲ, ὧν κα χρείαν ἔχῃ πορήϊω, παρεχόντων οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι τοῖς Πριανσιεῦσι, οἱ δὲ Πριάνσιες Κόσμοι τοῖς Ἱεραπυτνίοις· αἱ δὲ μὴ παρίσχαιεν, ἀποτεισάντων οἱ ἐπίδαμοι τῶν Κόσμων τᾶ
C. Πρειγείᾳ στατῆρας δέκα.

In his ultimis ἁ Πρειγεία notat ipsam *legationem*, sive *legatos*; ut legati saepe *Livio* dicuntur *legationes.* Initio Πρειγήϊα sunt τὰ πρεσβεῖα, Ionice dicta πρεσβήϊα, legatis

ad iter faciendum publicitus data πρεσβεῖα, dicebantur et ἐφόδια, et πορεῖα: nonnunquam tamen distinguuntur ut *legativum*, et *viaticum*: nunc satis erit de his agentes indicasse *Is. Casaubon.* et *Iac. Duportum* in *Theophrasti* Char. p. 101. p. 383. 384. In marmore vero Cretico,

Πρειγῆϊα, ὧν κα χρείαν ἔχῃ πορηΐω·

sunt legativa, quibus opus habuerint ἕνεκα πορείας, vel ἐφοδίας, *pro viatico.*

Vs. 21. Τὰν περονατρίδα λαζεῦ] Λάσδευ hic *Theocritus* probabiliter scripserat, ut in Eid. VIII, 84. scripsit, p. 321. A.

Λάσδεο τὰς σύριγγας.

Qui perpauca talia, habet tamen *Hesychius*, Λασδοίατο, λαμβάνοιντο· sed ubi series literarum formam requirere Laconicam videtur. Ista vero forma in ευ saepe viros Doctos in *Hesychio* decepit, turpesque peperit errores. — Τὰν περονατρίδα, quam paulo post vocat τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα v. 34. attigi ad *Herodot.* p. 416. ubi mulieres Atticae ante gestasse narrantur ἐσθῆτα Δωρίδα τῇ Κορινθίῃ παραπλησιωτάτην· cum vero fibulis essent abusae in cive, qui solus ex praelio redierat, confodiendo, iussae publicitus dicuntur μεταβαλεῖν ἐς τὸν λίνεον κιθῶνα, ἵνα δὴ περόνησι μὴ χρέωνται. — Ἀμπεχόναι περονάτιδες *Antipatro* Anthol. III, c. XII, ep. 52. una voce vocabantur ἐμπερονατρίδες. de hac veste iam dixerunt *Casaubon.* Lect *Theocrit.* p. 272. et *Io. Meursius* Spicilegio ad *Theocritum* p. 74. B.

Vs. 22. Βᾶμες etc.] In plerisque Codd. inventum altero Βῶμες, quod in Palatino legit *Salmas.* in Florentino Cod. *Sanctamandus*, mutatum nolui; quantumvis sit de rarissimis; et in his Poëmatis φρεαρέωμες, θάνωμες, et similia recte scripta legantur. — In aliis quibusdam α locum invenit pro ω. — In vs. 23. [Βᾶμες] Θασόμεναι τὸν Ἄδωνιν· multo melius mihi videtur quam, quod in duobus minimum Codicibus fuit lectum, Θασόμεθα. — Quam vs. 24. adhibet Poëta, formam, Βασίλισσα, adversus Atticistas alii etiam adfirmarunt; sed nemo dedit, qualia *Hem-*

C. *sterhusius* in *Lucian.* p. 92. et in Addendis in *Thomae M.* p. 144. — Ut βασιλὶς et βασίλισσα· βαλανὶς et βαλάνισσα· sic φυλακὶς dicebatur, et φυλάκισσα· hoc alibi nusquam legi, nisi in Graecis factis de Hebraeo *Salomonis* cantico I, 6. ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶσιν. — *Heroïnae*, Ἡρωΐναι, et Ἡρῶναι· eaedem sunt ac *Heroïdes*. Sed pro Ἡρωὶς dicebatnr et Ἡρωΐσσα· et contracte Ἡρῷσσα. Ut apud *Apollonium Rhodium*,

Ἡρῷσσαι, Λιβύης τιμήοροι·

in Epigrammate legitur *Nicaeneti*,

Ἡρῷσσαι Λιβύων ὄρος ἄκτιον αἴγε νέμεσθε, —
Ἡρῷσσαι Λιβύων χαίρετε δεσποτίδες.

sic lego versum primum cum *Toupio* in Epist. Critica p. 16. Formam Ἡρωΐσσα, Ἡρῷσσα· *Salmasius* adnotavit in Inscript. *Herodis Att.* p. 125, conf. p. 95.

p. 322. A. Vs. 24. Ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα] Hoc alteri, Ἐν ὀλβίῳ, cum *T. H.* et *Reiskio* praetuli. Formatum ab Ἐνόλβιος, *Toupio* placet, Ἐνολβίῳ ὄλβια πάντα. Ἄνολβος quidem, Ἀνόλβιος, et Ἔνολβος fuerunt in usu· sed ἐνόλβιος inveniri non puto. — Qualis in Ἐν ὀλβίῳ, sive ἐν ὀλβίᾳ, obtinet, vulgatissimam fuisse ellipsin, vel proverbia monstrant,

Ἀεί τις ἐν Κύδωνος,

apud *Zenob.* Cent. II. Prov. 42. *Diogen.* VII, 42. et apud *Zenob.* II, 46.

Ἀκλητὶ κωμάζεσιν ἐς φίλων φίλοι.

huc spectabat *Theocritus* Eid. XVI, 106.

Ἄκλητος μὲν ἐγὼ μίμνοιμί κεν· ἐς δὲ καλεύντων
Θαρσήσας Μοίσαισι σὺν ἀμετέρῃσιν ἱκοίμαν.

In *Sophoclis* ex Tereo versu scribendum apud *Stobaeum*
B. Floril. p. 421. 2.

αἱ νέαι μὲν ἐν πατρὸς
Ἥδιστον, οἶμαι, ζῶμεν ἀνθρώπων βίον.

minus recte *Grotius* emendavit p. 282. — Ὄλβιος dicebatur eximie, non ὁ εὐτυχής, sed ὁ εὐδαίμων. hinc ipsi Dii,

Immortali aevo ſumma cum pace fruentes,

dicebantur etiam ὄλβιοι. In *Euripidis* dicto, quod legitur in Medea v. 1228.

Θνητῶν γὰρ ἀδείς ἐστιν εὐδαίμων ἀνὴρ,
Ὄλβᾳ δ' ἐπιῤῥυέντος, εὐτυχέστερος
Ἄλλᾳ γένοιτ' ἂν ἄλλος, εὐδαίμων δ' ἂν ἄ.

verſu primo legit, vel certe ſcripſit, Auctor dramatis *Chriſti Patientis* v. 1015. — ὄλβιος φύσει· tertio, — ὄλβιος δ' ἂν ἄ.

VI. 25. Ὧν εἶδες, χ' ὧν εἶπας, ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.] C. Verſum, qualis ab initio fuit vulgatus, reliqui; cuius etiam emendatius ſcripti ſententia nimis abrupta videri poterit; neque abſurda *Reiskii* coniectura, verſum hic intercidiſſe ſuſpicati. In *Gregorii* de Dialectis libello legitur p. 149.

Ὧν ἴδες, ὧν εἶπας καὶ ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Koenius, „In iſta, inquit, lectione verſus Theocriteus „vulgato eſt multo numeroſior; in quo ſenſus etiam aper„tior futurus eſt, ſi in εἶπας unica litera addatur,

„Ὧν ἴδες, ὧν εἴπαις καὶ ἰδ.

„quando Scholiaſtae ſupplemento non opus erit." In uno Codicum, quos *Sanctamandus* adhibuit, χ' ὧν εἶδες, in alio legitur εἶπες. aliae lectiones vitiatae proſtant in *Koenii* Adnot. in *Gregor.* *Toupius* corrigebat in Addendis in *Theocritum* p. 398. b. P. 323. A.

Ὧν ἴδες ὧν εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

ad quae in Scholiis iſta paene reſpondent: ἐξ ὧν ἐθεάσω, ἐκ τέτων διηγήσαιο ἂν τῷ μὴ θεασαμένῳ. Dubio quidem vacat ἴδες· ſed, pro εἴπαις ἂν ἂν ἂ ἴδες, cur tandem ſcripſiſſet ὧν ἴδες ὧν εἴπαις; Ad eamdem paene rationem, qua *Toupius*, verſum emendabat *Eldikius*. — ego vero ſuſpicor a vulgatis ſcriptisque diverſam hic latere lectionem, non ex Codicibus, ſed a Critico aliquando detegendam: — ὧν εἶδες, vel ἴδες, mihi vix Graecum; illa quoque mira videntur in Scholiis: ἐξ ὧν εἶπες καὶ ἐξ ὧν ἐθεάσω, ἐκ τέτων διηγήσαιο ἂν. Ne ſic quidem ſcriptus verſus,

Ἄ ἦν ἴδες ὡς εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι,

B. placeret ut Theocritens: *Utinam quae quidem videris enarrares.* — In VI. 26. Ἕρπειν cum aeque repertum sit in Codd. ac Ἕρπην, a me fuit probatum, ut et v. 28. καθεύδεν, pro καθεύδην. — Ista vero,

Ἕρπειν ὥρα κ' εἴη,

significant, καιρὸς ἂν εἴη ἀπιέναι· et saepius eleganter, infinitivo sequente, adhibetur, ὥρα δή σοι. hic ὥρα tantundem paene valet ac καιρός· ut apud *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 566, 29. ἐπεὶ δ' ὥρα ἐδόκει ἰέναι· ubi legitur in MS. Cod. Leid. ἐπεὶ δὲ καιρὸς ἐδόκει ἰέναι. in eumdem sensum scripsit *Paulus* ad Roman. XIII, 11. ὥρα ἤδη ἡμᾶς ἐξ ὕπνε ἐγερθῆναι. attigit *Gataker*us A. M. P. c. XXVI.

Quod sequitur adagium, si seorsim spectetur,

ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά,

C. in istum certe sensum adhiberi potuit, quo cepit *Erasmus* in Adag. *Ignavis semper feriae sunt*; quo hic sensu ponatur a Gorgone Theocritea non satis liquet. — *Reiskius* sententiam illinc effecit satis probabilem: „Nos — nunc „non sumus otiosae, sed vel maxime negotiosae, quare „istas sermonum epulas alii tempori magis vacivo refer„vemus." Platonicas illic vir Doctissimus cogitabat λόγων ἑορτάς, vel ἑστιάσεις, *Sermonum epulas*: ex *Platone Cicero* de Divin. I, c. 30. *partem animi* dixit, *quae mentis et consilii est*, — *saturatam bonarum cogitationum epulis*: sed in Topicis cap. V, *avidum*, inquit, *hominem ad has discendi epulas recepi.* — Figurate vocem ἑορτῆς *Aeschylus* iam adhibuit in Eumen. v. 191. aliquoties λόγων ἑστίασιν, λόγων ἑστιᾶν, et similia dixit *Plato*, quem
p. 324. A. alii postea sunt et in his imitati; de quibus legitur luculenta *Henrici Stephani* adnotatio, in Tomum III. operum *Platonis* prima. — Unicum *Platonis* locum adscribam, Theocriteo forsan explanando profuturum, ex L. V. de Rep. p. 458. A. τοσόνδε μέντοι χάρισαί μοι· ἔασόν με ἑορτάσαι, ὥσπερ οἱ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν εἰώθασιν ἑστιᾶσθαι ὑφ' ἑαυτῶν, ὅταν μόνοι πορεύωνται. *vanis* sic *cogitationum epulis animum pascere*, Galli dicere solent *bâtir des châteaux en Espagne.*

Vſ. 27. Εὐνόα αἶρε τὸ νᾶμα, καὶ ἐς μέσον αἰνόθρυπτε Θὲς πάλιν.] Vellem nobis *Scholiaſta* convitium, αἰνόθρυπτε, vel quamcunque tandem vocem Poeta poſuerit, explanaſſet. Αἰνόδρυπτε, ut in Ed. Iuntae Florent. legitur in Codd. Vaticano, et Toletano, quem adhibuit *A. Schottus*: videtur illud in Latinis expreſſiſſe *Eobanus Heſſus*; B.
cur alteri praetulerit, *Schottus* non indicat: ut Ἀμφιδρυφὴς et ἀμφίδρυπτος· dici potuerunt αἰνοδρυφὴς et αἰνόδρυπτος, horum quidem neutrum in Lexicis; alterum tamen legitur in verſu (forſan *Antimachi*) apud *Apollonium Alex.* in Excerptis ab *Iſ. Voſſio* p. 425. A.

Αἰνοδρυφὴς δὲ τάλαινα τέκ κατετυμβοχοήσα —

hoc ex *Heſychio* poſitum fuit pro κκτὰ τυμβ. illinc olim enotatum. — Mirifica hic *Reiskius* excogitavit: pro αἰνόθρυπτε, corrigens αἴνυε, ῥίπτε· ſuum illud ἐς μέσον αἴνυε· interpretatur, *in medium affer*: tum, „ſubito, ait, con„ſilium mutat, et ῥίπτε, ait, *abiice*, *omitte*. Θὲς πάλιν. „*depone rurſus*, aquam puta, urget enim alia res inter„veniens, maioris illa momenti, *prius curre ad feles ſo„piendas. redde illis culcitam mollem.*" Talia noſtra nol- C.
lem aetate ab Editore ſcripta *Theocriti*. Noverat R. αἴνυε nusquam vel a ſe vel ab alio lectum, nedum ſignificare poſſe *in medium affer*: abſtineo reliquis. — Vulgatum Αἰνόθρυπτε explicatur in Cod. Paris. κενόδοξε ἐπὶ κακοῖς. enotatur ex Vatic. Cod. Οἰνοδρυπτε γραφεται αἰνοθρυπτε. An forte lectum etiam fuit Οἰνόθρυπτε; Quae *invitare ſe pluſculum ſolebat*, ſive *nimio vini uſu* debilitata, vel *fracta*, dici potuiſſe videtur Οἰνόθρυπτος· qualia ſunt in uſu οἰνοφλὺξ, οἰνομανὴς, et ſimilia. Quaevis convitia ab hera iactantur in miſeram Eunoam v. 30. 31. 53. 76. dicitur ab illa ἄπληστος· δύστανος· κυνοθαρσὴς, atque eadem tamen, a muliere quippe, paulo poſt δειλά. — Ut dubia ſit huius unius vocis lectio, pleraque vicina videntur ad nos ſatis ſincera perveniſſe; ſunt enim intellectu facilia, p. 525.
et pervenuſta; imitando de *Sophronis* loco quodam, ut ſuſpicor, expreſſa. — Ut hera hic apud *Theocr.* ancillae *Eunoae*, ſic *Coecoae* ancillae imperat domina in his ex

muliebri *Sophronis* mimo ſervatis apud *Athen.* IX. p. 409. A. Σώφρων ἐν γυναικείοις,

Τάλαινα Κοικόα, κατὰ χειρὸς δᾶσα,
Ἀπόδος ποθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν.

ille ſuo more dederat ἁμῖν τὰν τράπεσδαν. ut *Alcman Athen.* III. p. 111. A.

Κλίναι μὲν ἑπτὰ καὶ τόσαι τράπεσδαι.

Scripſi Κοικόα pro Καικόα. *Caſaubonus*, hic humani quid paſſus in Animadv. p. 697. non recordabatur eorum quae ante ſcripſerat L. IX. Anim. c. VII. p. 658. ubi probat iure
B. merito veterum Edd. et *MS.* Codicis lectionem in his *Sophronis*,

Περίφερε, Κοικόα, τὸν σκύφον μεστόν:

et recte corrigit alium errorem ſuum *Caſaub.* Haec vero *Sophron* etiam ἐν Γυναικείοις poſuiſſe dicitur ab *Athenaeo* p. 380. E. Accedat ad haec, quod habet *Etymologus* p. 478, 13. Πίμπλη, Κοικόα· ſupra tractatum ad v. 12. Nunc nemo dubitabit, opinor, quin genuinum ancillae nomen fuerit Κοικόα, ſive barbarum, ſeu fictum ex Κοεῖν, et κοῖ ſono porcellorum: vid. *Ariſtoph.* Ach. v. 746. Harum etiam rerum ſcientes, his lectis, ex eodem *Sophronis* mimo, locisque vicinis iſta tria petita fatebuntur: *Coecoa, ubi aquam dederis ad manus lavandas, repone tandem nobis menſam: — imple, Coecoa: — plenum ſcy-*
C. *phum, Coecoa, circumfer.* Fecerat Coecoa, quod ancillam feciſſe *Menandri* Συναριστῶσα indignabatur apud *Suidam* in v. Αἴρειν. Horum ſimilia duo fragmenta ſunt *Sophronis* mimi,

Ὕδωρ ἄκρατον εἰς τὴν (ἐς τὰν) κύλικα

et

Ἐγκίρνα, ὡς εἶω.

fortaſſe coniungenda: quorum haec leguntur apud *Etymol.* p. 121, 30. ad verbum Εἶω· et redduntur κέρασον, ἵνα πορευθῶ· *infunde, ut abeam:* ad idem verbum firmandum ibid. p. 423, 24. Εἶω, τὸ πορεύομαι, ὡς φησὶ Σώφρων ἐν Θυννοθήρᾳ, Ἐγκίρνα, ὡς εἶω.

Duo fuerunt inter *Sophronéos* Mimi adfinis argumenti, quorum indices erant Ἁλιεὺς, et Θυννοθήρας. utrumque plus semel memorat *Athenaeus*: τὸν Θυννοθήραν etiam alii: huius piscatoris filium, τὸν τȣ̃ Θυννοθήρα υἱὸν, de nomine piscis Κωθωνίαν dictum suspicatur *Athen.* VII, p. 309. C. *Piscatorem* dico: *Theocritus* Eid. III, 25. p. 326. A.

ἐς κύματα τηνῶ ἁλεῦμαι
Ὅπερ τὼς θύννως σκοπιάσδεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.

Codicum illic lectio τηνῶ probari debuerat: pro τηνῶθε, Dorice τηνῶ etiam dicebatur; ut pro πόθεν, πῶ· etc. vid. *Apollon. Alex. MS.* apud *Koenium* ad *Gregor.* p. 161. significant ista: ἐκεῖθεν εἰς θάλασσαν πηδήσω, οὗπερ Ὄλπις ὁ ἁλιεὺς ἀπὸ μετεώρȣ τόπȣ σκοπεύων ἀγρεύει τȣ̀ς θύννȣς. *Varro* apud *Nonium* in v. *Cetarii*: *Non animadvertis cetarios, quum videre volunt in mari thynnos, escendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces.* — Priora *Sophronis* verba,

Ὕδωρ ἄκρατον ἐς τὰν κύλικα — B.

leguntur in *Athenaei* Epitome L. II. p. 44. B. ad illud firmandum: ὅτι καὶ ἐπὶ τȣ̃ ὕδατος ἔταττον οἱ παλαιοὶ τὸ ἄκρατον. hinc apud *Eustathium* (qui nec minimum habuit *Sophronis*, neque ullum legit antiquum carmen Tragici, Comici, vel alterius Poëtae, quod nobis perierit) ad *Hom.* Il. N. p. 881, 22. Elegantiarum veterum studioso non iniucundum fuerit Sophronéa quaedam comparasse cum Theocriteis his,

Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα.

Affer aquam, *Eunoa*. *Aquae laticem*, τὸ ὕδωρ, vocat Νᾶμα. mox iterum, Ἀδ' ὡς νᾶμα φέρει. Αἴρειν apud antiquissimos Graecos, Εἰσαίρειν, et Προσαίρειν, (sed in vita quotidiana, et in certis tantum, quod saepius est observandum, locutionibus,) idem significabant, ac φέρειν, εἰσφέρειν, et προσφέρειν. *Pherecrates* Com. apud *Suidam* in Αἴρειν, C.

Πρόσαιρε τὸ κανȣ̃ν, εἰ δὲ βέλει πρόσφερε.

quorum hoc idem atque illud notat: ridebat ibi Comicus

nescio cuius absurdam tautologiam; ut paulo ante fecerat Tragicos irridens *Aristophanes* in Ran. v. 1190.

Χρῆσον σὺ μάκτραν, εἰ δὲ βέλει κάρδοπον.

In Scholiis ad hunc vs. leguntur, illinc tamen multum diversa, παραλληλα quaedam ἰσοδυναμοῦντα. hoc etiam velut *Platonis Poëtae*, Ὁρᾶτε τὸ δίῆρες ὑπέρῳον. Hic inexspectatus iste *Plato Poëta* in transcursu tamen iuvandus est: pro Πλάτων ποιητής corrigendum, Πλάτων Ποιητῆ. *Poëta*, Ποιητής, nomen fuit aliunde notum dramatis Comici *Platonis*. Per *Platonem* apud veteres semper nobi-
P. 327. A. lissimus Philosophus designatur: Comicus, etiam ubi Comoedia non indicatur, dicitur Πλάτων ὁ Κωμικός, non Πλάτων ποιητής. — Ut in versu *Pherecratis* Πρόσαιρε, legitur Εἰσήρετο, ἀντὶ τοῦ εἰσεφέρετο, in *Aristoph.* Vesp. v. 521. — ἡ τράπεζ' εἰσήρετο. Simplex verbum, usu iam *Homeri* et *Sophoclis*, hoc sensu notum, frequentius reperitur: *Aristoph.* in Pace v. 1226.

Ἀλλ' αἶρέ μοι τοῦτόν γε τῆς ἰσωνίας.

Recte *Berglerus*, cuius Latina, ut hominis Graece perdocti, quantivis opus pretii *P. Burmanno Sec.* debemus,

Sed da eam mihi eodem pretio, quo tibi constitit.

Ne hoc quidem intentatum reliquit *Reiskius*, in suis ad *Euripidam*, quem vocat, et *Aristophanem* Animadv. corrigens, minus recte, Ἄπαιρε· quod pro *veude* poni posse
B. ante hos viginti annos arbitrabatur. *Scholiastes* in istum vs. *Aristoph.* Αἶρε, ait, ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ πρόσφερε, καὶ ἐπὶ τοῦ δίδου. sic corrigo vulgata, καὶ ἐπὶ αἰδοῦς. Sed istam suam Comoediam sic orditur *Aristophanes*:

Αἶρ', αἶρε μᾶζαν ὡς τάχιστα καν θάρῳ,

bis habet ista *Suidas* in v. Αἶρε, et in v. Αἴρειν, atque interpretatur πρόσφερε· sed, quam vix ad *Hesychium* exspectassem, *Albertii* insignem super hoc usu adnotationem invenio ad illud *Hesychii*: Αἴρειν τραπέζαν, παρατιθέναι.

VI. 28. Αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήσδοντι καθεύδεν] Has formas Doricas, pro χρήζοντι καθεύδην, restituenti *Toupio* libenter

libenter obſequutus ſum, cum χρησδοντι Florentinus Codex confirmaret, alteram analogia *Theocriti*. — Ad haec autem nihil in Scholiis proſtat vulgatis: hanc vero notam, C.
praeter aliam nugaciſſimam, *Salvinius* invenit in margine Codicis Medicei: Φησὶ δὲ, ὅτι, ὥσπερ εἰσὶν αἱ γαλαῖ μαλακαὶ, ἔτω καὶ σὺ εἶ μαλακή· potuerat, ut arbitror, ad mentem addidiſſe Poëtae, καὶ ὥσπερ εἰσὶν αἱ γαλέαι ἅρπαγες, vel ἁρπακτικαὶ, τοιαύτη καὶ σύ. Philoſophos mentiti et ſeveros Catones, quos oderat *Lucianus*, et ſuis ſaepe coloribus exornat, in eius Piſcatore, T. I. p. 603. dicuntur etiam ἀσελγέστεροι τῶν ὄνων, et ἁρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν· vera tradit ad *Aeliani* Var. Hiſt. XIV, c. IV. *Iacobus Perizonius*: *felis eſt* αἴλουρος· γαλῆ, *muſtela*. Ut eiusdem generis animalibus, eadem utrisque tribuuntur: a convitio Praxinoës non abludit hoc *Nicandri* Ther. v. 690.

σκύλακας γαλέης, ἢ μητέρα λαιδρήν.

Rariſſimum illud, tractatum a Cl. *Ruhnkenio* in Epiſt. Crit. I. p. 56. *Scholiaſta* Λαιδρὴν interpretatur εὐκίνητον, p. 328.
ἀναιδῆ, θρασεῖαν, ἁρπακτικήν. Conf. *Nicandri* Alex. v. A.
561. Rapaces muſtelae, ut et feles, celeriter correptis muribus, vel quacunque tandem praeda rapta, exſaturatae, diu ſegnes et otioſae, quam molliter ament cubare, domeſtica quemvis docet his in oris, ubi muſtelae ſunt rarae, nec ſane aluntur, in felibus experientia: ſegnem, et tamen etiam rapacem, ancillam ſuam amicae voluit expictam: ut amant inter ſe ſimul garrientes mulierculae, amabant aetate certe *Theocriti*, ſibimet ipſae ſtulto quidem, humano tamen, ignoſcentes amore, ancillae quaeque ſuae vitia retegere. Hic proverbii Syracuſani, hoc uno in loco lecti, ſenſus mihi eſſe videtur: optima quaedam in hunc v. dedit *Io. Toupius* in Epiſt. ad *Wartonum* T. II. p. 332. 333. — Χρήσδεν *Theocriti*, ſive Atticum χρῆζειν, infinitivo ſequente, ſignificat *velle*, *deſiderare*: affatim requirentibus praebebunt exemplorum *Sophoclis* et *Euripidis* Tragoediae; in huius unis Phoeniſſis ſex vicibus iſto modo repetitum invenietur vſ. 203. 477. 704. 707. 873. 880. in vſ. 707. ad Ἐχρῆζον εἰσιδεῖν, in Cod. B:

MS. Leid. ἤθελον adſcribitur. Permutat iſta *Xenophon* K. Ἀ. III. p. 185, 9.

Vſ. 29. Κινεῦ δὴ, φέρε θᾶσσον ὕδωρ] Sunt haec ſanequam et ſequentia pulcerrima, quiá naturam exprimunt, ſibi ſemper conſtantem. In his demum *incipit* τὸ μιμητικὸν ποιημάτιον ἠθικώτερον γίνεσθαι, καὶ μᾶλλον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, κατὰ τὸν Σώφρονα Σωφρονίζειν. Ad verſ. 27. vere
C. adſcribuntur in Scholiis iſta: ἡ Πραξινόα φησὶ πρὸς τὴν δέλην ἐν ἤθει· ὦ Εὐνόα, κ. τ. λ. Illud ἐν ἤθει, frequentiſſimum in Scholiis ad *Ariſtoph.* et apud alios etiam occurrens Poëtarum interpretes antiquos, hic, et alibi ſaepe ſignificat *animoſe* et cum *affectu* locum eſſe legendum, quippe quo *mores* loquentium expinguntur, ſive *indoles* exprimitur *nativa.* Scopulus iſte iuvenum, quibus Latina ſunt de Graecis facienda, viris etiam hic illic fraudi fuit: neque iſtam formulam intellexit *Bern. Montfauconius* in Hexaplorum *Origenis* reliquiis, (Augiae ſtabulo ab iis, qui hoc tentare ſaltem debebant, non expurgando) ad *Iobi* c. XXXIV, 9. nam haec *Olympiodori*, ἀναγνωστέον τὸ μὲν τᾷ Θεοδοτίωνος κατὰ ἀπόφασιν, τὸ δὲ τᾷ Συμμάχε ἐν ἤθει καὶ κατὰ ἐρώτησιν· interpretatur *Montfauc. Theodotionis verba affirmandi, Symmachi vero interrogandi more le-*
p. 529. A. *genda ſunt.* reddi debuerant: *Theodotionis quidem interpretatio legenda eſt ut ſimplex negatio, ſed illa Symmachi animoſe et per interrogationem*: ἐχὶ σωθήσεται ἀνήρ; Eleganter *Iſocrates* in Orat. ad Philipp. p. 87. D. *Orationem*, inquit, *ſi quis* ἀναγινώσκῃ ἀπιθάνως, καὶ μηδὲν ἦθος ἐνσημαινόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαριθμῶν, εἰκότως, οἶμαι, φαῦλος εἶναι δοκεῖ (ὁ λόγος) τοῖς ἀκούσιν. orationem *absque ullo affectu*, quo Auctor illam animare ſtuduit, *recitare, ſic ut verba tantum videaris audientibus*, quod multi faciunt, *velut adnumerare*, dicitur illic μηδὲν ἦθος ἐνσημαίνεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαριθμεῖν· in Epiſt. ad Archidamum quam *D. Hoeſchelius* publicavit in notis ad Biblioth. *Photii* p. 942. dixit *Iſocrates*, ἐξαριθμῆσαι καὶ χύδην εἰπεῖν. *verba adnumerare lectori*, ſenſu tamen nonnihil diverſo, *Cicero* de Optimo genere Orat. c. 5. Τὸ ἐν ἤθει, vel ἠθι-
B. κῶς, ἀναγινώσκειν, nemo, ut equidem puto, melius ex-

pressit *Ausonio*, cuius ista sunt in utilissimo Protreptico ad Nepotem, sive Eidyll. IV.

Conditor Iliadis, et amabilis orsa Menandri
Evolvenda tibi. tu flexu et acumine vocis
Innumeros numeros doctis accentibus effer;
Affectusque impone legens.

In Comoedia, nec non in Mimis, tanquam in speculo vitae quotidianae, dominatur quidem τὸ ἠθικὸν, sed, si irati vel amore furentes, vel avari, vel aliis animi motibus concitati, verbis sunt exprimendi, locum etiam habet τὸ παθητικόν. *Cicero* in Oratore c. 37. *Quod Graeci* ἠθικὸν *vocant*, (est) *ad naturas, et ad mores, et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum;* παθητικὸν, *quo concitantur animi et perturbantur.* Non ἤθη tantum servant C.
Comici; sed et movere possunt τὰ πάθη. *Charisius* in fine libri II. Inst. Gramm. Ἤθη, *ut ait Varro de Latino Sermone lib. V. nulli alii servare convenit, quam Titinnio et Terentio:* πάθη *vero Trabea, inquit, et Atilius, et Caecilius facile moverint.*

Egone illam? quae illum? quae me? quae non? sine modo;
Mori me malim; sentiet qui vir siem.

Haec ultima sunt ex Eunucho *Terent.* (I, 1, 20.) Parmenonis, herilem filium Thaïdi, quae insulsum sed pecuniosum militem ad se admiserat, iratum secum nunc sic cogitare dicentis. Sunt et ista παθητικά· qualia permulta suspicor in *Naevii* fuisse fabulis. In epigrammate veteri de Comicis Poëtis, post *Caecilium*, et *Plautum*, p.330.
A.

Naevius, qui fervet, tertio in pretio est.

ἠθικώτατος est *Terentius*; in alio epigrammate legitur, (Anthol. Lat. Cl. *P. Burmanni Sec.* T. I. p. 410.)

Tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
Conversum expressumque Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers.

sed et τὸ παθητικὸν altera interdum formula designatur; estque ἠθικὸς λόγος, *oratio* quae dicitur *morata*, sive viva

et animata, quae mores et indolem hominum exprimit. Ut ἐν ἤθει a *Donato* redditur *morate;* admirabilis illa Gnathonis secum loquentis narratio in Eunucho *Teren-*
B. *tiana* A. II, Sc. II, a *Donato* dicitur *morata oratio*: quid sit

speciosa locis, morataque recte

Fabula, optime disci poterit ex *Horatii* Arte Poët. v. 312—322. ubi legantur ad *vivas voces* a *Bentlejo* notata. Quia vero ut plurimum in fabula morata pleraque sunt tranquilla; pervenusta sunt ista *Longini*, inter veteres Critici, qualis *Bentlejus* est inter recentiores, π. Υ. in fine Sect. IX. ἡ ἀπακμὴ τῶν πάθων ἐν τοῖς μεγάλοις συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς εἰς ἦθος ἐκλύεται. τοιαῦτα γάρ που τὰ περὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως ἠθικῶς αὐτῷ (nempe Ὁμήρῳ) βιολογήμενα οἰκίαν, οἱονεὶ Κωμῳδία τίς ἐστιν ἠθολογημένη. — Nostro vero Carmine, hoc praesertim in loco quam morata est oratio! singula mores atque ingenium exprimunt mulierum; *vivae* sunt *voces*: *Horatius* l. c.

Respicere exemplar vitae morumque iubebo
C. *Doctum imitatorem, et vivas hinc ducere voces.*

Doctus naturae fuit *imitator* in suis Mimis *Sophron;* utriusque *Theocritus*.

Vs. 29. 30. Φέρε θᾶσσον ὕδωρ, ὕδατος πρότερον δεῖ.] Quae diu sederat exspectando defessa, Praxinoë, cum amica domo exitura ad spectandam pompam, quod dudum ante facere potuerat, nunc tandem aquam ad manus poposcit: hanc adferens, convitiis imperiosae herae stupefacta, Eunoë cum festinanti scilicet, sed simul more mulierum in nugis moras nectenti, nimis lente gradum videretur promovere, ad Eunoën Praxinoë,

Κινεῦ δή·

p. 351. A. *Move vero ocius te*, *Terent.* Eun. V, 3, 3.

At enim tu nimis spisse atque tarde incedis,

Naevius apud Nonium in v. Spissum.

φέρε θᾶσσον ὕδωρ·

Odiosa cessas (Terent. Eun. IV, 6, 16.) *fer aquam citius.* Haec cum attonita vel mantile, vel τὰν περονατρίδα, vel aliud quidpiam porrigeret, ὕδατος, inquit illa,

ὕδατος πρότερον δεῖ.

primum opus mihi est aqua.

Ad amicam tum conversa,

Ἄδ' ὡς νᾶμα φέρει.

ista, vide, *quam rustice et tremula manu gestet gutturnium.* Sequentia,

δὸς ὅμως· μὴ πελύ, ἄπληστε,
Ἔγχει ὕδωρ. δύστανε, τί μεῦ τὸ χιτώνιον ἄρδεις; B.
Παῦσαι.

probabiliter *Reiskius* interpretatur, et ingeniose; estque hic eius paraphrasis lectu sane dignissima: recte etiam a praecedentibus in Edit. sua, ut *Luzacius* fecit, seiungit vocem δύστανε· ἀρδεῖς vero male retinuit cum ceteris Editoribus, excepto *Wintertono:* ἀρσεῖς, quod alicui placuit, certe Doricum; hic vero, me iudice, melius est ἄρδεις. Proxima,

ὁποῖα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι·

(In his ὁποῖα, pro ὁκοῖα, ex Ed. prima Mediol. revocavi, pro τοιαῦτα, ταύτηγε est in Cod. MS.) multo melius *Reiskius* explanat, quam *D. Heinsius*, qui perperam etiam verbum tentavit ἐδόκει. — Quod hic putabat, mihi nihil commune hoc nostrum, nisi nomen θεῶν, habere videtur cum usitatissima formula σὺν θεοῖς. Ὁποῖα θεοῖς ἐδόκει, τοιαῦτα νένιμμαι· C. simile est formulae, qua Galli hodiedum utuntur in sermone familiari, et Nostrates de plebe. Ex animi nondum sententia lota Praxinoë, fortasse pia, significatum voluit, in Deorum voluntate, cui suberant omnia, hac etiam in re acquiescere se: νένιμμαι, ὡς θεοῖς φίλον ἦν. ut in re seria *Xenophon* scripsit, πράξειν, ὅ, τι ἂν τῷ θεῷ φίλον ᾖ, in Ἑλλην. VIII. p. 370, 35. dignus ille Socrate discipulus morbo tamen superstitionis tenebatur.

Sed non erat omittendum in vs. 30, ad Ἄδ', (sic scribendum non Ἀ δ', ut in Edd. vulgatur,)

Ἀδ' ὡς νᾶμα φέρει·

ſcholion in Codice Pariſ. Reg. legiſſe *Ruhnkenium* Noſtrum, in Mediceo *Salvinium*, hoc minime ineptum: ἴδε
p. 532. A. εἰς ποῖον ἀγγεῖον βάλλεσα (ſcripſerat βαλεῖσα) φέρει τὸ ὕδωρ ἐμοί. ὡς νᾶμα pro οἷον νᾶμα poſitum Gallo videbatur interpreti:

Quelle eau m'apporte-t-elle? ô Ciel! donne pourtant.
Aquam ex coeno haurire, qui laveret manus,

dixit *Afranius* in Fratriis apud *Nonium* in v. *Laverent*: mihi vero ὡς *modum* omnino deſignare videtur, quo geſtabat vaſculum Eunoa: *vide, quam tremula manu geſtet aquam!* Sed recte verbum ἴδε ſupplet Grammaticus: ἴδε ὡς αὕτη φέρει τὸ ὕδωρ. in hoc ipſo carmine v. 53. ἰδ' ὡς ἄγριος· et frequenter legitur ἰδ' ὡς in Epigrammatibus. — Idcirco autem minus probo Scholiaſtae coniecturam ſupplentis εἰς ποῖον ἀγγεῖον βαλεῖσα φέρει τὸ ὕδωρ, quia mulier plebeia, puſilli forte mercatoris uxor, qui ex Sicilia commigraverat Alexandriam, quaeque domum ſe fatetur an-
B. guſtam inhabitare v. 9. Ἰλεὸν, ἐκ οἰκήσιν, ſplendidum certe gutturnium ab ancilla ne die quidem feſto, et praeſente Gorgone, poterat exſpectare; qualia novimus etiam tum, et dudum ante, in aedibus fuiſſe beatiorum, argentea etiam, et aurea: *Feſtus*: *Gutturnium*, *vas ex quo aqua in manus datur*: In *Onomaſtico* veteri, quod, centena continens ex antiquis Comoediis et Tragoediis, etiam ex *Apulejo* derivata, *Vulcanius* publicavit, *Guttus*, et paulo ante *Gutturnium*, recte redduntur Πρόχοος. *Urceolum* etiam *aquae manualis* vocabant, quo *aqua in trulleum effundebatur*: vid. *Varronis* verba apud *Nonium* in v. *Trulleum*. Argenteas et aureas etiam fuiſſe προχόας ſive προχοΐδας diſci poterit ex notatis a *Berglero* ad *Alciphr.* p. 379. et *Io. Pierſono* ad Moer. p. 296. 297. Neuter recordabatur loci *Homeri* ex Od. A. v. 136. verba Poë-
C. tae ſic in ſua Paraphraſi Attica expreſſit *Demoſthenes Thrax*: Πρῶτον μὲν κατὰ χειρὸς θεράπαινα ἔφερε χρυσῇ πρόχῳ. cui haec etiam, (p. 53, 22.) et illius multa, debemus, totam nobis vellem *Euſtathius* a *Demoſthene* Thrace ſcriptam Odyſſeae Paraphraſin elegantiſſimam con-

ſervaſſet: illam, non Iliada, interpretatum *Homeri*, quod *Suidas* narrat, puto me demonſtraſſe in Diſſert. de Scholiis in *Homer.* ined. ſubiecta *Urſini Virgilio* cum Graecis collato, p. 112. *Homeri* Iliadis partes olim, ad iſtam ferme rationem, alii explanarunt; ex *Suida* novimus *Tribonianum Sideten* atque adeo *Pamphylium*, praeter alia multa ſcripſiſſe Μετάφρασιν τοῦ Ὁμηρικοῦ τῶν νεῶν Καταλόγου· *Tryphiodorum* Παράφρασιν τῶν Ὁμήρου παραβολῶν· *Philoſtratum*, Iuniorem quem vocant, Παράφρασιν τῆς Ὁμήρου Ἀσπίδος.

VI. 33. Ἁ κλὰξ τᾶς μεγάλας πᾷ λάρνακος;] Quas mulier arrogans et faſtidioſa tam contumelioſe tractabat, non ſane mirum eſt ſuis illam ancillis diffidiſſe, tanquam *expilatricibus*, quae *pallia evallarent*, ut loquitur *Titinnius* apud *Nonium* in v. *Evallare*, atque adeo ante arcae veſtiariae clavem requiſiviſſe, quam domo exiret: forſan et ſuum illa maritum Dinonem, cui tanquam fatuo detrahebat coram amica Gorgone, de ſuo Dioclide ſimilia mox narraturà, maritum fortaſſe fuit verita; ne arcae, qua veſtes exemerat ſeſto diei inſervituras, domi relicta clave, negligentiae incuſaretur. — Suſpicor huius loci Theocritei, et iſtorum ex v. 43, τὰν αὐλείαν ἀπόκλαξον· recordatum *Theophraſium* qui dicitur (in quo *elegantiſſimum omnium Philoſophorum et eruditiſſimum*, quem vocat *Cicero*, *inſtitutum ab Ariſtotele* non agnoſco) in Char- p. 333. A. B. Eth. c. XVIII, ubi ὁ Ἄπιστος (ſine diſcrimine *diffidens* omnibus) dicitur — τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐρωτῶν κατακείμενος, εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν, καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κοιλιόχιον, καὶ εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται. Miſſa nunc voce controverſa, ſatis nobis erit illic quaeri, an mulier κέκλεικε τὴν κιβωτὸν etc. ut hic arcae veſtiariae clavem requirit Praxinoë:

Ἁ κλὰξ τᾶς μεγάλας πᾷ λάρνακος, ὧδε φέρ' αὐτάν.

Dum loca ſaepe *Salmaſius* adfert, prout, in *Salmaſio* ipſo fallax interdum, memoria ſuggerebat, in hoc verſu proferendo lapſus eſt vir Magnus De modo Uſur. p. 750. vel aures ipſum docere debuerant, non potuiſſe Poëtam

Graecum ſcribere τᾶς μεγάλας τᾶς λάρνακος· dici quidem poſſet ἡ λάρναξ ἡ μεγάλη· ſed Graecis inauditum et prorſus
C. eſſet barbarum, ἡ μεγάλη ἡ λάρναξ. eum autem in finem verſus laudatur a *Salmaſio*, ut videretur nominativus a reliquis ſolutus: ſicut in Ἐγγύω· πάρα δ' ἄτα. — Voces Κιβωτὸς et Λάρναξ eidem rei inſerviebant ſignificandae; *arcam* etiam notabant, in qua veſtes recondebantur; dictam a recentioribus Graecis Ῥίσκον, ut a Romanis *Riſcum*. In veteri legitur Gloſſario: *Riscus*, Κιβωτὸς, μεγάλη Λάρναξ. Alibi: *Arca*, Κιβωτὸς, Λάρναξ. *Pollux* VII, 79. Εἰς ἃ κατετίθεντο τὰς ἐσθῆτας, — Χηλοὶ (*Homero*) — καὶ Κιβωτοὶ, καὶ Κίστται· — παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ Ῥίσκοι. hos inter νεωτέρας iam fuit *Antiphanes* Comicus, ex cuius Aleatoribus Ῥίσκος profertur a *Polluce* X, 157. Satis mirum quod traditur in Scholio *Homeri* Leidenſis MS. in Il. Π. v. 254, ad vocem Χηλῷ· (quam adhibet et *Theocr.* Eid. XVI, 10.) — καλεῖται παρὰ μὲν Λάκωσι Κιβωτὸς, παρὰ δὲ
p. 334 A. Ἀττικοῖς Λάρναξ, παρὰ δὲ Μιτυληναίοις Ἀντίπηξ. his olim uſus ad *Ammonium*, p. 82, fine ulla ſuſpicione, ſequaces habui. Grammatici veteris notam arguere mendacii non auſus, nonnihil tamen immutavit *Euſtathius* in Il. Π. p. 1072, 49. Χηλὸν κατὰ τὲς παλαιὲς τὴν κιβωτὸν φασὶν οἱ Λάκωνες· Βατεάδαι δὲ, Λάριακα· Μιτυληναῖοι δὲ, Ἀντίπηγα. Primum illud Βατεάδαι, huius ſit an alterius, eſt ſane ridiculum: *Cecropidae* quidem dicti ſunt Athenienſes, et *Theſidae*; ſed ne *Codridae* quidem, nedum Βατεάδαι, vel Βατάδαι. hae tantum erant familiae nobiliſſimae Athenis a generis auctore *Codro* Rege, vel heroë *Buta*, nomen trahentes. Sed praeterea id omne fictum eſt. Χηλὸς vox eſt Homerica, non Laconica; *arca* a quibusvis Graecis, ut Κιβωτὸς, dicebatur et Λάρναξ. Mitylenaeis nihil credo cum voce Ἀντίπηξ fuiſſe commune; quia in reliquis
B. mendax eſt Grammaticus. *Ciſtam* ſic aliquoties apte dixit *Euripides* in Ione, locis a *D. Heinſio* ad *Heſych.* in Ἀντίπηγα adnotatis. Quanto melior, vera quippe, haec eſt eiusdem *Euſtathii* obſervatio in Od. B. p. 100, 42. Χηλὸς — ἀπὸ τᾶ Χῶ (Χάω) τὸ χωρῶ. (ἐξ ἃ καὶ ὁ Χηραμὸς, ὃν οἱ τῆς Δωριέων γῆς ἄρτι Χηλαμὸν φασὶν ἰδιωτικῶς.) λέγεται δὲ κατὰ τὲς παλαιὲς καὶ Ἀντίπηξ, καὶ Κιβωτὸς, καὶ

Λάρναξ, καὶ Σορός. sic enim scripserat, non σωρός. Centena talia sui aevi, ex antiquis vocabulis depravata, passim exhibet *Eustathius*, inprimis illa quae in Lycia usu plebeio conterebantur: Χηλαμὸς *Ducangii* diligentiam non effugit: sic *latibula* ferarum vocabant istius aevi Graeci.

Praxinoae τᾶς λάρνακος in mimo *Theocriti* quaerenda erat Ἀ κλάξ. Ista forma, a Dorico κλαξῶ legitimo more ducta, (de qua vid. Epist. ad *M. Röverum Ursini Virg.* C. cum Gr. coll. praefixa p. LXII.) non alibi praeterquam in hoc uno loco fuit a me lecta, ne apud Grammaticos quidem, quantum recordor: Κλᾶξαι, κλεῖσαι· dat *Hesychius*, formam in Theocriteis aliquoties occurrentem. *Clavis*, κλεὶς, κλῆς, Dorice scribentibus etiam Κλαὶς dicebatur: Κλαῖδα scribebant; non κλαῖν vel κλαίν. vulgo dictam κλεῖδα, Κλεῖν scripserunt *Andocides*, *Lysias* p. 8, 2. *Demosthenes*, veterum etiam imitatores: sed in Evangel. *Lucae* XI, 52. κλεῖν scribere non debuerat corrector in Cod. Cantabrig. — Ad *Hesych.* Πλίν, παῖδα, tacent, qui id ipsum legerant aliquoties in *Gregorii Nazianz.* carminibus T. II. p. 43. A. 105. A. p. 120. A. 121. C. 122. C. etc. — Ceres assimilata sacerdoti suae in h. Cereris *Callimachi* v. 45. *manu gestabat* p. 335. A.

Στέμματα καὶ μάκωνα· κατωμαδίαν δ' ἔχε κλαῖδα.

antiquitatis sciens de humero suspensam *clavem* in clavigera templi sacerdote non mirabitur: quingentis paene annis ante talem clavem Divinus *Iesaias* iam memorabat c. XXII, 22. Δώσω (*Symm.* Ἐπιθήσω) τὴν κλεῖδα οἴκου Δαυὶδ, ומשלתו, ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. Ut in v. *Callim.* Κλαῖδα legimus, apud *Hesychium* sunt: Κλᾶδες, ζυγὰ, Αἰολεῖς. illic τὰς μοχλὰς intelligo; ὁ μοχλὸς dicitur et θύρας ζυγὸς teste *Eustath.* in Il. N. p. 935, 49. unde verba Ἐπιζυγῶσαι (*claudere*) θύρας et *aperire* Ἀναζυγῶσαι. *Etymologus* p. 97, 1. Ἀναζυγῶν φασὶ τὸ ἀνοιγνύναι κιβωτὸν, ἢ τὸν ἐπὶ τῇ θύρᾳ κόρακα· (θώρακα male dat Lex. Reg. Paris. MS. quod cetera praebet eadem ad Ἀναζυγῶν. Κόραξ genuinum est: vid. Schol. in *Theocr.* V, 117. *T. H.* ad *Lucian.* I. p. 472.) B. καὶ Ἀναζυγὴ, ἡ τῆς θύρας ἄνοιξις. — Πλάτων Εὐμενίσιν, Εὐθὺς ἀναζυγῆς γενομένης. huc videri potest spectasse *Pol-*

lux X, 26. ubi iuvenis tum temporis *Hemsterhusius* verba non omisit *Etymologi*: sed ista non sunt Comici *Platonis* ex Eumenisin; olim in Codice MS. Etymologici M. quem *d'Orvillius* mihi benigne miserat utendum, scriptum legi: Πλατ' εὐμ· iam vero, ut apud *Polybium*, aliosque recentiores, legitur in Laconicis Apophthegm. *Plutarchi* p. 209. F. ἀναζυγῆς ποτε γενομένης, *cum castra aliquando moveret* Agesilaus. His scriptis, *Ruhnkenius* Noster ista mecum communicavit: „Rectissime Cod. Dorv. Πλατ. „Εὐμ. ex quo facio Πλάταρχος Εὐμένει. Locus est in Eu„mene p. 595. A." Suspicari forte liceret in *Aristoph.* Nub. v. 743. pro καὶ Ζυγώθρισον in aliis Codd. olim etiam
C. lectum, κἀναζύγωσον· quia haec prostant in Scholiis: οἷον ἀνοίγειν ἀποπειρῶ. τὸ γὰρ Ἀναζυγὲν ἐστι τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν. — Haec faciunt ut recorder *arcam* a *Sophocle* dictam et *Xenophonte* Ζύγαστρον. *Zonaras* in Lexico nondum edito: Ζύγαστρον, κιβωτός. κυρίως δὲ ἡ ξυλίνη σορός. Σοφοκλῆς, Ξύλῳ ζυγάστρῳ (scribendum Κοίλῳ ζυγάστρῳ, ut est in Trach. v. 705. veneno tinctam tunicam complicatam Deïanira in arcam abdiderat,) παρὰ τὸ ἐζυγῶσθαι τὰς σανίδας, καὶ Ξενοφῶν (Κύρ. Π. VII. p. 109, 12.) τὰ δὲ ἄλλα χρήματα παραδεχομένας ἐν Ζυγάστροις κομίζειν, ἵνα, ὅπη καιρὸς εἴη, διαλαμβάνοιεν ἕκαστοι τὰ ἄξια.

VI. 34—38] Docti Lectoris pace, in hac velut nova Mimi Theocritei Scena, ἀνθρώπινα δράσω, faciamque adeo,
p. 336. A. quod Abbatem fecisse *Banierium*, quodque alios interdum Academicos facere supra dicebam. Haec quoque *Theocriti* monstrant verum illud esse *Terentii*:

Dum comuntur, dum moliuntur etc.

Maritus Dinon iam dudum domo exierat ad solemnis diei Regiam pompam spectandam, odiose cessante uxore Praxinoë; quae tamen etiam amicam Gorgonem exspectare maluerat, quacum maledicere marito, et de nova veste et de quibusvis rebus garrire posset: quae dudum lota potuerat esse et ornata, amicam exspectaverat nihil agendo; coram illa scilicet vestis erat mutanda (erant enim hae domi mulieres ἀναμπέχονοι καὶ μονοχίτωνες· vid. ad *Hero-*

dot. not. et *Etymolog.* in Δωριάζειν) pretiosis et festo diei congruis. Cum manus lavisset, et viderentur ad pompam abiturae, γυναικιστὶ non eunt tamen. Peloponnesiaca sive Corinthia (legatur *Herodotus* L. V, c. 87. 88.) vestis interior suis ornata plicis, quam coram Gorgone cupiebat explicatam v. 21., dum fibulis adstringitur ad pectus et brachia, illa quidem recens a tela, evenit quod futurum speraverat Praxinoë; nunc quidem cupienti novas moras obiicit Gorgo, dum ait: B.

Πραξινόα, μάλα τοι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα
Τοῦτο πρέπει.

Praxinoa, vestis ista elegans valde facit ad corpus tuum, teque adeo decet:

λέγε μοι, πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ;

obsecro te, dic mihi tandem, quanti detexta tibi constitit? Tum illa

Μὴ μνάσῃς, Γοργοῖ·

Hoc mea tu Gorgo noli in memoriam mihi revocare: Taedet mentionis, Caecilius inquit apud *Gellium* N. A. II, c. 23. Nimium quantum est. *Salvinius* hic in margine Medicei Codicis invenit: πλέον ἠνάλωσα ἢ δυοῖν μνῶν ἀργυρίκ. C.

πλέον ἀργυρίου καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

impendi plus quam duas minas argenti puri; quin sic in ista veste conficienda elaboravi, ut vitae paene iactura in hoc opere tota fuerim. Ἀλλὰ, inquit Gorgo,

Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι.

Sed laborem nunc compensat voluptas animi, qua frueris tam eleganter ornata. Debuit victa tandem amicae iudicio adsentiri Praxinoë;

Ναί. καλόν ἐντι.

Quinimo stola, quod fateri cogor, est venusta. p. 337. A.

VI. 35. Πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ] *Casaubonus* in

ista: „quantum impendisti priusquam hanc vestem dete-„xueris? Quod vulgo textores dicunt de perfecto panno „aut tela, *desmonter la piéce*, id Theocritus elegantissime „dicit καταβαίνειν ἀφ' ἱστῦ, alii scriptores καθαιρεῖν ἱστὸν, „ut Strabo de meretricibus Corinthiacis loquens libro octa-„vo." Ut sunt omnia viri Magni; quae sequuntur lectu quoque sunt dignissima. Quod vero Galli vocant *démonter la piéce*, id non dicitur a *Theocrito* καταβαίνειν ἀφ' ἱστῦ· sed respondet Graecae phrasi καταβιβάζειν ἀφ' ἱστῦ, sive potius alteri Theocriteae, ἄτριον τέμνειν ἐκ τῶν κελεόντων, *textum pannum de pedibus ligni* vel *mali textorii se-*
B. *care;* atque adeo, quod iam perfectum est ac *detextum, deponere.* Helenen Spartiatides puellae laudantes in Epithalamio Theocriteo (Eid. XVIII.), in arte etiam textrina nullam esse canunt cum illa comparandam v. 33. 34. Οὔτε τις —

Οὔτ' ἐνὶ δαιδαλέῳ πυκινώτερον ἄτριον ἱστῷ
Κερκίδι συμπλέξασα μακρῶν ἔταμ' ἐκ κελεόντων.

Scholion in hunc locum nobis ex Genev. Codice *Casauboni* Lectiones offerunt p. 278. Ἔταμ' ἐκ κελεόντων] Ἤγαν ἐκ τῶν ἱστοπόδων· τέμνεται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τῦ ἱστῦ ὅταν τελεσθῇ. clarioribus ista verbis explicari non poterant.

Ab his vero, similibusque omnibus, distat *Theocriti* forma loquendi, nostro loco, quod suspicor, Sophronéa; muliebris certe, de amicae veste lanea loquentis tanquam
C. de re animata:

πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ;

quanti constans *tibi de tela descendit?* κατέβη. sensum exprimere conabatur Grammaticus, cuius hoc Scholion ex Mediceo Cod. *Salvinius* enotavit: Κατέβα. πόσε ἀργυρίε ἐξωνήθη ἀπὸ τῦ ἱστῦ. sed lanam et cetera ad opus necessaria coëmerat tantum Praxinoë; ipsa fuerat opifex: nisi telam texuerit, vestem saltem oportet confecerit: quid enim alias ista significarent?

τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

Iam vero illud κατέβα ἀφ' ἱστῶ nusquam alibi, opinor, nisi hoc in loco, reperietur: nusquam alibi legerant illud

Paul. Leopardus, aut *Is. Casaubonus;* neque illud a me usquam fuit inventum. *Casaubonus* vero in iis quae supra posui καθαιρεῖν ἰστὸν, *telam detexere*, se legisse indicat in libro octavo *Strabonis; Leopardum* non nominat.

Paulus scilicet *Leopardus*, qui Belga natus, Furnius quippe, (vid. Em. XIII, c. 2.) τῆς κριτικῆς ἀκριβείας inter recentiores primus fuit exemplar, Emendationum libros scripsit viginti; *Tomus prior*, *decem libros continens*, primum prodiit ex officina Plantini MDLXVIII. iam anno ante, quam publicaretur, vir optimus hinc illuc abierat, annos demum natus septem et quinquaginta: reliqui decem Emendationum libri diutissime latuerunt. *Casaub.* Animadv. in *Athen.* L. XIV, c. III. (conf. *Iacobi Nicol. Loensis* Miscell. Epiphyll. L. VIII, c. 23.) laudato *Leopardo*, *vae illis*, inquit, *qui tanti viri observationum reliquos decem libros nobis invident!* Prodierunt tandem in Lampadis sive Thesauri Critici T. III. satis negligenter, instar aliorum, a *Iano Grutero* vulgati, qui in Epistolis praefixis occupatus in nugis ne illud quidem Lectores docet, unde nonnulla, quae primus edidit, habuerit. Debebat x illos Emendationum libros, integris istius Thesauri voluminibus anteponendos, nostrati *Petro Scriverio*, quod, a *Grutero* dissimulatum, satis acriter, sed ingrato, *Dan. Heinsius* obiicit in suis Emend. et Notis ad *Maximum Tyr.* p. 58. Nostrarum literarum studiosos paucos arbitror futuros, quibus in hoc liberrimo scribendi genere ista sint de *Leopardo* displicitura. Ut illuc redeam, *Strabonis* locum, quem legere se *Casaubonus* recordabatur; egregie tractavit *Paulus* ille *Leopardus* in ista operis parte, quam Lectiones scribens Theocriteas non viderat *Casaubonus;* Emend. nempe L. XI, c. XIV. *Strabonis* locus est L. VIII. p. 581. B. quocum comparat ab *Eustathio* diversimode narrata in *Hom.* Od. Ξ. p. 544, 34. sed sua cum hauserit, ut alia centena, ex *Strabone* non nominato *Eustathius*, illi fides potius est habenda narranti, Corinthiam ἑταίραν, in ambigua voce ἱστὸς, et *telam* significante, et *navis malum*, ludentem, cum accusaretur, tanquam quae ἐ φίλεργος εἴη, ἠδ' ἐρίων ἅπτοιτο, εἰπεῖν, ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαυτὴ τρεῖς ἤδη κκθεῖλον ἱστὲς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ. *ego tamen talis*

p. 338 A.

B.

C.

intra hoc breve tempus tres ἱστὰς detexui, non *tres telas*, ſed tres naucleros, quorum illa ſacculos exſiccaverat. — In Latina voce ambigua, *telis*, ſimilis eſt luſus in carmine quod Cl. *P. Burmann. Sec.* edidit *Anthol.* Lat. I. p. 71, ubi inter Lycomedis puellas latens dixiſſe fingitur Achilles:

Stamina linquentes currant ad ſpicula palmae; —
A telis ad tela decet tranſire iuventam.

Saepius autem puellis telae et lanificii ſtudium Amor auferebat: *Horatius* Carm. III. Od. XII, 4.

P. 339. A. *Tibi qualum Cythereae Puer ales, tibi telas*
Operoſaeque Minervae ſtudium aufert, Neobule,
Liparei nitor Hebri.

Incerti, antiqui tamen, Poëtae hoc venuſtum praebet epigramma *Anthologiae* Gr. L. VI, c. 8, 6.

Κερκίδα τὴν φιλοεργὸν Ἀθηναίη θέτο Βιττὼ
Ἄνθεμα, λιμηρῆς ἄρμενον ἐργασίης·
Πάντας ἀποστύξασα, γυνὴ τότε, τὰς ἐν ἐρίθοις
Μόχθας, καὶ στυγερὰς φροντίδας ἱστοπόνων.
Εἶπε δ' Ἀθηναίη· τῶν Κύπριδος ἄψομαι ἔργων,
Τὴν Πάριδος κατὰ σὲ ψῆφον ἐνεγκαμένη.

Corinthia vero *Straboni* memorata, quae primum probabiliter, inſtar iſtius Andriae, pudice vitam egerat,

lana ac tela victum quaeritans,
B. *poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens,*
Accepit conditionem: dein quaeſtum occipit,

atque elegantur deſidiam exprobranti dicebat, ſe tamen intra perbreve tempus τρεῖς καθελεῖν ἱστάς. quorum venuſtas ſentiri poteſt, non ſatis commode verbis Latinis explanari. In *Philoxeni* Gloſſario legitur: *Detexo*, Καθαιρῶ ἱστόν. in Gloſſ. *Cyrilli* Gr. Lat. Ἐκτέμνω ἱστὸν, *Detexo*. infra in eodem Gloſſario: Ἐξετεμένισεν, *Detexit*. qui Gloſſaria conflavit in unum malo inſtituto, *Labbaeus* exhibet: *Detexit*, ἀπεκάλυψεν, ἐξετεμένισεν. Priora recte ſe habent, *Detexit*, ἀπέκ. tum ſcribendum: *Detexuit*, ἐξέτεμεν ἱστόν. exorſam telam perfecit, atque adeo τὸ ὕφασμα ἐξύφαινεν. — Cum multa notaverim, Scholion tamen iam olim edi-

tum a *Zach. Calliergo* in hunc ipſum *Theocriti* locum non debebat a me praetermitti; hoc nempe: Πόσσω κατέ- C.
βα τοι ἀφ' ἱστῶ] (ſic recte in iſta Ed. Rom. voces integrae ſemper Scholiis ad finem libri ſeorſim vulgatis, praefiguntur) Ἤγεν διὰ πόσης ἐξόδα σοι κέκοπται ἀπὸ τοῦ ἱστᾶ; ἢ διὰ πόσον (πόσα) σοι ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ καθηρέθη, καὶ οἷον ἐξυφάνθη. *Quantum erogaſti pecuniae ante, quam* haec *tibi* veſtis *fuit de tela reſecta?* Sic illud διὰ πόσης ἐξόδα Latine reddi debet. Ἔξοδος quid eſſet ante ferme ignorabatur, quam nota in Codice *D'Orv.* Ἀναλώσας] Ἐξοδιάσας· inſignem nobis peperiſſet obſervationem *Hemſterh.* ad *Schol.* in Plut. *Ar.* p. 111. ubi hoc Scholion etiam attigit. In εἴσοδος et ἔξοδος turpiter erratum fuit et alibi, et apud *Ioh. Chryſoſt.* Opp. T. III. p. 83. A. vid. *Plutarch.* T. I. p. 45. A. Recte Gloſſar. *Cyrilli:* Ἔξοδος, *ἀνάλωμα, erogatio, expenſum.* alibi: Εἰσοδιάζω, *Redigo.* Εἰσοδιασμὸς, *Redactio.* ſic recte vox barbara *Radicatio* corrigitur in libro Bibl. p. 340.
Leidenſis. *Redigere pecuniam* quid eſſet apud veteres A.
Romanos poſt *Io. Fred. Gronovium* Obſ. I, c. XIX, quem laudare ſaltem ſui hoc in genere ſimilem debuerat, *R. Bentleius* docuit, ubi ſuum *Horatio* vindicat in Epod. II, v. 69.

Omnem redegit Idibus pecuniam.

Manilio vir perſpicaciſſimus reſtituit IV, 542.

Inque epulas funus rediget pretiumque ſepulcri,

id eſt, in epulas, atque adeo res vanas impendet pecuniam, quae in funeris erat impenſas neceſſarias eroganda.

Vſ. 36, 37. — πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν Ἢ δύο, B.
τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.] Μνᾶν optimorum etiam Codicum eſſe lectionem *D'Orvillius* ſubmonuit in *Chariton.* p. 144. atque ita omnino legendum *Scaliger* iam viderat, reiecta lectione μνᾶς· quam, indicatam ab *Henr. Stephano*, revocavit in ſuam Edit. *Wintertonus;* quamque, probatam a *Carolo Boyleo*, abſurdam eſſe *Bentleius* in iis oſtendit quae obiecit *Boyleo* p. 248. Ed. Latinae *Lennepii.* Mutata diſtinctione *Reiskius* edi voluit:

Μὴ μνάσῃς, Γοργοῖ, πλέον. ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο.

et, ne μνᾶν, pro μνῶν, Dorice a se scriptum Lector opinaretur, illinc haec Latina fecit: *Noli, Gorgo, ea de re pluribus loqui: impendi pecuniae numeratae minam, aut*
C. *duas.* quod idem esset ac si his in oris diceremus, impendi florenos XXX, vel LX. legat *Reiskius* observata *Bentleii;* et neminem sic loqui confitebitur. Interroganti Gorgoni, πόσσω κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ; *quanti tibi vestis constitit detexta?* respondet Praxinoë:

Μὴ μνάσῃς, Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο.

insumsi plus duabus minis argenti puri puti: certum pondus argenti puri puti memorabatur in foedere inter Pop. Rom. et Karthaginienses facto, teste *Alpheno* ICto ap. *Gellium* N. A. VI, c. 5. laudatum a *Io. Meursio* Spicileg. ad *Theocr.* p. 74. — Voculae ἢ pleonasmum, quem attigi ad Eid.. XX, 27. p. 162. apto hic exemplo *Toupius* firmavit in Epist. ad *Wartonum* p. 334. *Timon*, opinor, in Sillis scripserat:

Ἠὲ βαρὺν βουπλῆγα τομώτερον ἢ Λυκόοργα·

p. 341. A. non Λυκόοργος· ut vulgatur apud *Athen.* X. p. 445. E. ut nempe contracta sic forma dixerit loquendi, pro τομώτερον τῆς τᾶ Λυκάργα βαπλῆγος. — Satis hic fuerat dixisse πλέον δύο μνῶν· Syracosiam mulierem inprimis decet πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν ἢ δύο. Ad *Talenti*, vel *Minae*, mentionem nonnunquam Attici, raro tamen, vocem addunt ἀργυρία. exempla quaedam *D'Orvillius* adnotavit Anim. in *Chariton.* p. 144. sed in usu quoque quotidiano sic Graecos suspicor loquutos in Sicilia atque in infima Italia: Heracleënsis Tabula offert v. 95.

ἓξ μνᾶς ἀργυρίω·
et τέτορας μνᾶς ἀργυρίω·
v. 96. τρεῖς μνᾶς ἀργυρίω·
B. v. 123. et 75. δύο μνᾶς ἀργυρίω·

v. 75. etiam δέκα νόμως ἀργυρίω. Ad Νόμως, *nummos*, quam

quam formam hinc adhibui ſupra ad v. 16. *Pollucis* locum tractat *Mazochius;* ſed vid. *Bentlej.* contra *Boyleum* ed. *Lennepii* p. 262. — Doricum autem μνᾶν, pro vulgari μνῶν, ex marmore nobis exhibet Inſcriptio Corcyréa in Diario Italico *Montfauconi*, p. 417, 17.

χωρὶς τᾶν πεντήκοντα μνᾶν.

In proximis verbis Theocriteae Praxinoës,

τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

ultimum illud, a me iam olim indicatum, cum a *Toupio* probaretur, et in ora libri ab *Iſ. Voſſio*, cum *Reiskio* hunc in verſum recipere non dubitavi, pro vulgato, προτέθηκα· quod ut Edd. ſic et Codices retinent: in uno Florentinorum vitioſum legitur ποτέθεικα· vir eruditiſſimus προσέθηκα in libro ſuo emendaverat. Sententia utique τὸ προτιθέναι respuit, atque omnino poſcit προστιθέναι. more itaque Dorico *Theocriti*, pro προσέθηκα, ſcribendum erat — ποτέθηκα. Dicti vim Latine et Anglice *Toupius* expreſſit egregie. — Quodam modo accedit, diverſum tamen, in Oariſty, ſive Eid. XXVII v. 60. ad haec puellae, C.

Φής μοι πάντα δόμεν· τάχα δ' ὕστερον ἀδ' ἄλα δοίης

quod Daphnis reſpondet amator:

Αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.

quo tandem dicto, quae vincere nolebat, victa ſuccubuit. novam coniugem vere amans Tigranes *Xenophontis* (K. Π. III, p. 41, 19.) ἐγὼ μὲν, ἔφη, ὦ Κῦρε, κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην· ad ſibi reſtitutam Tigranes v. 41. ἦ καὶ (ſic *MS.* Leidenſ) σοί, ἔφη, ὦ Ἀρμενία, καλὸς ἐδόκει ὁ Κῦρος εἶναι; ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη, οὐκ ἐκεῖνον ἐθεώμην, ἀλλὰ — τινα μήν; ἔφη ὁ Τιγράνης· τὸν εἰπόντα, νὴ Δία, ὡς τῆς αὐτᾶ ψυχῆς ἂν πρίαιτο ὥστε μή με δαλεύειν. loco, quo vix datur elegantior, diſtinguendo ſuum vigorem reſtitui, in quo ἐθεώμην *admirantis* eſt et *amantis;* ut ſaepe θεᾶσθαι in *Xenophonteis:* p. 68, 30. etc. p. 69, 28. p. 515, 4. p. 553, 23. — Quae habebant omnium cariſſima, vitam adeoque *animam* vocabant, p. 342. A.

ψυχήν. *Tyrtaeus* in ista admirabili elegia, quam *Lycurgus* nobis servavit in Or. c. Leocratem, p. 162, 44.

B. Θυμῷ γῆς περὶ τῆςδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων
Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι.

Si cum rebus adeo magnis parva licet, muliebria quippe, componere, *Theocriti* Praxinoë τᾶς ψυχᾶς μὴ φειδομένα εἰργάσατο τὰν περονατρίδα, atque adeo animam in opere posuerat.

Vs. 38. Ναί· καλὸν εἶπας] Quomodocunque capiatur illud εἶπας, a *Theocrito* hic positum non facile mihi patiar persuaderi: neque tamen placet iuvenile commentum in Epistola ad *Röverum* a me propositum p. 37. τᾶτο κᾶ εἴπες, enotavit ex Cod. Florentino *Salvinius*; τᾶ τόκα εἴπες Florentiae vulgavit *Iunta*. prodiit ex libro MS. Vaticano, τᾶτο καλ' εἶπας. me nihil ista ad commodam il-
C. linc efficiendam sententiam iuvant. Minime absurdum est in Scholiis τᾶτο ἀληθὲς εἶπας. Si darent Codices,

Ναί· καλόν ἐντι.

hoc ut non ineptum probaremus fortasse. Sed etiam tum nimis abrupte censebitur, opinor, ad ancillam proximo dixisse versu,

Τὠμπέχονον φέρε μοι.

Quid si in vocem εἶπας, vel εἶπα, depravata sit adhortantis vocula, semel tantum in Theocriteis, alibi frequenter, occurrens, εἶα; — satis erat sincerum amicae iudicium adprobasse: ναὶ, καλόν ἐστι τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα· ut, quae iam ante dixerat v. 21.

Ἀλλ' ἴθι, τὠμπέχονον καὶ τὰν περονατρίδα λάσδευ.

cum τὰν περονατρίδα tantum attulisset Eunoa, quae fabu-
P. 343. A. landi praebuerat materiam, nunc, εἶα, dixerit, *eia! quid stas?* adfer etiam τὠμπέχονον καὶ τὰν θολίαν.

eia! Quid statis?

Horat. Serm. I. Ecl. I. 18. 19. *Euripides* Iphig. in Taur. v. 1423.

Οὐκ, εἶα, πώλοις ἐμβαλόντες ἡνίας,
Παρακίνοι δραμεῖσθε;

VI. 39. Τὠμπέχονον φέρε μοι, καὶ τὰν θολίαν,] Caussam profecto non video, cur τὰν θολίαν κατὰ κόσμον Ἀμφιθες· iuncta maluerit *Iungermannus* ad *Pollucis* VII, 174. ubi Θολία fuisse dicitur πλέγμα τι θολοειδὲς, ᾧ ἀντὶ σκιαδίκ ἐχρῶντο αἱ γυναῖκες. illic de *umbella* sic etiam dicta notarunt viri docti: apud *Eustath.* in Od. X. p. 795, 31. haec habentur ex *Lex. Rhetor.* Θόλοι, — καμάραι· Θολία δὲ θηλυκῶς πῖλος εἰς ὀξὺ ἀπολήγων· οἱ δὲ σκιάδιον. B. Gallus interpres *Theocriti* optime reddidit, *Mon parasol.* Suo more pronunciandi, de quo supra dixi, p. 277—284, τὰν θολίαν, *umbraculum*, Lacaenae Σαλίαν vocabant: *Hesychius*: Σαλία, πλέγμα καλάθῳ ὅμοιον, ὃ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φορεῖν αἱ Λάκαιναι· οἱ δὲ, θολία. Eadem vox fortasse latet in Σάττα. quod apud eumdem exponitur κάλυμμα κεφαλῆς γυναικείας.

Scholiasta Theocriti τὰν Θολίαν recte reddidit per σκιάδιον et πέτασον· quod vero illic additur, οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὸ σκιάδιον Σκίῤῥον καλεῖσι· si vel corrigatur, ut corrigi debet, Σκίρον· (*scirrhum* enim σκίῤῥον dicebant,) de *umbellis* quibusvis verum non est; sed de candidis tantum, quibus in *Scirorum* pompa sacerdotum quorumdam capita tegebantur, quasque illis ferebant Eteobutadae: vid. *Harpocration* in Σκιρον· et *Meursius* in Gr. Feriata. *Umbracula* vulgo Athenienses aeque ac ceteri Graeci Σκιάδια vocabant, vel Σκιάδεια· ex. gr. *Aristophanes* in Equit. v. 1345. in Avib. v. 1508. 1550. Thesm. v. 830. 8[illegible]6. ex Scholiis in horum locorum priora liquet diebus inprimis festis his usas puellas mulieresque Atticas: ad primum locum *Scholiasta* forte dederat: Σκέπασμά τι, ὅπερ αἱ γυναῖκες παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἔχεσιν ἐξιεῖσαι, vel πομπεύεσαι· pro vulgato θέεσαι· *Schol.* in Av. v. 1508. Σκιάδειον — ἔχεσιν αἱ Κανηφόροι ἀπιεῖσαι εἰς τὰ Ἐλευσίνια ὑπὲρ τᾶ μὴ καίεσθαι ὑπὸ τᾶ ἡλίκ· in v. 1550. τοῖς Κανηφόροις Σκιάδεον καὶ δίφρον ἀκολεθεῖ τις ἔχεσα· suis vero filiabus umbracula tenere filias inquilinorum, τῶν μετοίκων, cogebant, ut famulas, Athenienses: vid. *Aeliani* V. H. VI, c. 1. illic C.

Iac. Perizonius, et *Io. Meurſius* in Panathenaeis c.XXI I
p.344. A. Erat enim hoc ſervile miniſterium: in *Pauſaniae* VII, p. 580. ſolio eburneo inſidenti θεράπαινα προσέστηκε σκιάδιον φέρεσα· *adſtat ancilla tenens umbraculum*: Omphalae, cui dominae iuvenis turpiter ancillabatur Hercules,

Aurea pellebant rapidos umbracula ſoles;
Quae tamen Herculeae ſuſtinuere manus.

Ovid. Faſt. II, 311. cuius praecepto, Artis Am. II, 209. etiam hodie libenter obediunt comati iuvenes:

Ipſe tene diſtenta ſuis umbracula virgis.

Martialis XI, ep. 74.

Umbellam luſcae, Lygde, feras dominae.

Umbellâ latâ quia ſolis arcebantur radii, κυνῆν ἡλιοστερῆ dixit *Sophocles* Oed. in Col. V. 305.

κρατὶ δ' ἡλιοστερὴς
B. Κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.

Recte *Scholiaſta* πλατύπιλον περικεφαλαίαν explicat: abſurde vero a *Suida* Πλατύπιλος redditur κυνῆ Θεσσαλίς. In Scholiis ad *Sophoclem*, Hecales opinor, fragmentum legitur Callimachéum (inter *Bentlejana*, CXXIV) ex *Suida* egregie emaculatum a *Toupio* Em. in *Suid.* III, p. 57. cuius primam vocem, Εἴδεος, in Εἴλης commode mihi videor mutaſſe, quo *ſolis ardor* ſignificatur:

Εἴλης ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ, νέον Αἱμονίηθεν
Μεμβλωκὸς, πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο.

niſi, quam primam poſui, vox ultima ponenda potius videatur. Εἴλης ἄλκαρ, *munimentum* erit adverſus *ſolis radios*, ut in alio fragm. Callim. CXLII, — τὸ δὲ σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη Γιγνόμενον, νιφετῶ καὶ βελέων ἔρυμα· et ſae-
C. pius in ſimilibus: vid. *Ariſtoph.* Veſp. v. 613. *Eurip.* Or. v. 1511. et notata in *Eurip.* Phoeniſſ. p. 291. 292. Aliud eſt ex eadem Hecale, ut puto, fragmentum CXXV, quod *Jo.* etiam *Meurſius* adhibuit in Spicileg. ad *Theocr.* p. 75. conf. *Hadr. Junii* Animadverſ. II, c. VI. Non tantum *umbracula* iſta muliebria, ſed et *pileos* Graeci temporibus

heroicis, ut et veteres Romani, in usu certe vitae quotidiano, instar Aegyptiorum, ignorabant, nudo capite incedentes; voluitque hunc morem in suam civitatem revocatum *Plato* L. XII. de LL. p. 942. D. De Aegyptiis testis est *Herodotus* L. III, c. XII. *Homerum* nusquam pilei meminisse, veteresque Romanos τὰς κεφαλὰς fuisse ἀκατακαλύπτους monuit *Eustath.* in Od. A. p. 30, 52. De Athenienfibus, tempore *Solonis*, locus est insignis *Luciani* de Gymnas. T. II. p. 895. Ne Romanas quidem antiquissimi p. 345. A. aevi matronas *capitum tegmina* habuisse ex *Varronis* verbis conficias apud *Nonium* in v. *Capitia.* — Pastores quidem in Arcadia, atque alibi, adversus solis radios capita iam olim munivisse videntur; et apud Lacedaemonios temporibus etiam antiquissimis pileorum usus, inprimis in bello, invaluit; ante reliquos vero Graecos Thessali pileos gestarunt et Macedones: πῖλος Ἀρκαδικὸς ἢ Λακωνικὸς est in *Dionis Chrys.* Or. XXXV. p. 433. A. Lacedaemoniorum et Macedonum, in Or. LXXI. p. 628. B. de Laconicis egit *Meursius* Misc. Lac. I, c. 17. Polysperchon *Polyaeni* IV, c. 14. dicitur πῖλον Ἀρκαδικὸν ἐπιθέμενος. et Memnon apud eundem, V, c. 44, 5. Κυζικηνεῖς ἐπιὼν, τῇ κεφαλῇ καυσίαν ἐπέθετο Μακεδονικήν. ante hos *Sophocles* etiam mentionem fecit — Ἀρκάδος κυνῆς, in Inachi versu, quem *Toupius* emendavit in Epist. Crit. p. 52. ad Ἀρκὰς κυνῆ notam dat ex *Pausaniae* Lex. *Eustath.* in Il. B. p. 228, 48. Arcadicos se pileos nusquam invenire scribebat *Olearius* in *Philostr.* de V. S. II. p. 572, 15. Frequentius memoratur *caussia;* quae Macedonibus fuisse dicitur B.

εὔκολον ὅπλον,
Καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ,

in Epigrammate *Antipatri*, quod primus vulgavit *L. Kuster.* ad *Suid.* in Καυσία· Latine vertit atque explicuit Elegantiss. *Joan. Boivinius dans les Mémoires de l'Acad. R. des I. et B. L.* T. II. p. 269. et 285. *Plautus* Milite Glor. IV, 4, 42.

Facito ut venias huc ornatu nauclerico;
Caussiam habeas ferrugineam.

Persa I, 3, 73, — *chlamydem afferto, et caussiam.*

C. Recte *Eustathius* in Il. B. p. 193, 17. Καυσία ἦν κάλυμμα κεφαλῆς ἐκ πίλε ὡς τιάρα, (scripsisse videtur, εἶδος πίλε, ὡς καὶ τιάρα, vid. *Etymol.* p. 493, 36) σκέπασά τε ἀπὸ καύσωνος, καὶ ὡς εἰς περικεφαλαίαν συντελεσά τι. Regum Macedoniae *causia* quid a causiis privatorum distiterit, ex *Pausaniae* nobis Lexico tradit *Eustathius* in Odyss. A. p. 30, 50. In *Africani* Cestis, quod de re militari opus, valde vitiatum, partim (vid. *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 30) ad nos pervenit, haec etiam vox corruptelam subiit: legere licet capite primo: ἐλευθέρας τῶν μαχομένων τὰς ὄψεις ὑπὸ πίλῳ Λακωνικῷ τῇ Μακεδονικῇ γεγενῆσθαι καλυσίαι· sublata hinc litera superflua καυσίᾳ scribendum, quodque est in margine, καλεσι δὲ, sequentibus est prae-
p.346. A. figendum: ego in uno Cod. MS. καλυσίαν, in altero καλυσιαι· in hoc multa tamen editis inveni longe meliora: hic Codex MS. *Africani*, inedita etiam quaedam complectens minime spernenda, his a me diebus adhibitus, nuper adeo in Leidanam pervenit Bibliothecam.

VI. 40. Οὐκ ἀξῶ τὺ, τέκνον· μορμὼ, δάκνει ἵππος.] Galearum cristas, tubarum sonitum, atque armorum splendorem ut vana puerorum esse terricula monstaret, illa *mordere*, δάκνειν, negabat Eteocles *Aeschyli* in Sept. c. Theb. v. 405.

Κόσμον μὲν ἀνδρὸς ἔτιν' ἂν τρέσαιμ' ἐγὼ,
Οὐδ' ἑλκοποιὰ γίνεται τὰ σήματα·
Λόφοι δὲ κώδων τ' ἀ δάκνασ' ἄνευ δορός.

B. infans Astyanax in *Homeri* Il. Z. v. 467.

πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλε ὄψιν ἀτυχθείς,
Ταρβήσας χαλκόν τε, ἰδὲ λόφον ἱππιοχαίτην,
Δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας.

A vellicando *mordendo*que *aviculae* quaedam Δακνάδες fuere dictae: apud *Hesychium* est Δακνὶς, apud *Festum* sunt *Dagnades*, sive potius *Dacnades*, iudice etiam *Scaligero*. Cum instar aliorum Δακνὰς scribi potuisset, ista praebet *Phrynichi Sophisticus Apparatus MS.* Δακνᾶς

ἵππος· Δακνᾶς ὄνε (ὄνος) περισπᾶται. nomina ſic propria ſcribebantur Δακνᾶς· Κοσμᾶς· etc. Ut infantem, quem nolebat ad pompam ſecum ducere, Theocritea mater plorantem equorum morſu perterrefacit; in terriculis etiam perſonatis oris hiatum praeſertim et dentes ingentes formidabant pueri: *Feſtus*, *Manducus*, inquit, *effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas formidoloſasque ire ſolebat*, *magnis malis*, *ac late dehiſcens*, *et ingentem dentibus ſonitum faciens*: conf. *Scaliger* Coni. in *Varron.* de L. L. p. 150, 151. inter ceteras illic *terriculas*, quae ὀξυόδοντες pingebantur, eſt et *Lamia*. *Lamiae* fit in Scholio in hunc verſum *Theocriti* mentio, quod ex Cod. Mediceo *Wartonus* exhibet T. I. p. 205. hoc nomen, quo drama fuit ab *Euripide* ſcriptum, miram ſubiit corruptelam in *Scholio MS.* ad *Platonem*: Δευτέρα (Σίβυλλα) Λίβυσσα, ἧς μνήμην ἐποιήσατο ἐν τῷ τῆς Σαλαμίνης προλόγῳ Εὐριπίδης· ubi vel ex *Lactantii* verbis, quae *Barneſius* adſcripſit, patet ſcribendum τῷ τῆς Λαμίας προλόγῳ. *Lamiam* ad hunc locum alii etiam memorant. Ut *Scholiaſtes Gregorii Nazianzeni*, cuius verba vulgavit Cl. *Ruhnkenius* in *Timaei* Lex. *Platon* p. 131, *Theocriti* verba *Scholiaſtes* attigit *Ariſtidis*: ad iſta in Orat. Panathen. T. I. p. 176. ἃ τὰς παῖδας ἀκούοντας ἐκπλήττει· haec leguntur in eximio Cod. *MS.* Clariſſ. *P. Burmanni Sec.* οἷον Λαμίαι καὶ τὰ τοιαῦτα φάσματα. λέγει δὲ τὴν Μορμώ, ἣν ἀκούοντα ὀρρωδεῖ τὰ παιδία, — ὅτε βέλονται φοβῆσαι τὰ παιδία αὐτῶν αἱ γυναῖκες, ἐπιβοῶσι Μορμώ. καὶ ὁ Πλάτων λέγει τὰ Μορμολύκεια. καὶ ὁ Θεόκριτος, μορμώ, δάκνε μέ, (ſic iſta leguntur) Φασὶ δὲ νῦν, τὴν μορμὼ ὑ Ονοσκελίδα. ad poſtremam vocem vid. *S. Bochartus* Hieroz. II. L. VI, c. X. in fine, et *L. Kuſter.* in *Ariſtoph.* Ran. v. 296. — *Io. Meurſius*, ſed paene puer, in *Lycophronis* Alex. v. 342. ex hoc loco *Theocriti*, conficiebat, pueros *equum* vocaſſe Μορμώ· rectius his utuntur *Caſaubonus* ad *Strabon.* I. p. 36. *Anna Fabri*, et *Ez. Spanhemius* in *Callim.* h. Dian. v. 67. qui locus eſt me quoque iudice ſincere ſcriptus; ut mirer et aliorum tentamina, et nuperum *Toupii*: fingit Poëta Deorum etiam filiolas, quando matribus ſunt immorigerae, vocato Cyclope terrefieri; illius autem vice

C.

p. 347. A.

B.

fungi ex ultimis aedibus prodeuntem perſonatum Mercurium vultu fuligine foedato, cuius illae metu territae compeſcantur: quid elegantius fingi poteſt his *Callimachi* verſibus:

ὅτε κεράων τὶς ἀπειθέα μητέρι τεύχοι,
Μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἐῇ ἐπὶ παιδὶ καλιστρεῖ,
Ἄργην, ἢ Στερόπην· ὁ δὲ δώματος ἐκ μυχάτοιο
Ἔρχεται Ἑρμείης, σποδιῇ κεχρημένος αἴθῃ.
Αὐτίκα τὴν κάρην μορμύσσεται· ἡ δὲ τεκέσσης
C. Δύνει ἔσω κόλπας, θεμένη ἐπὶ φάεσι χεῖρας.

Noſtra haec Theocriti optime, mea ſententia, cepit *D. Heinſius* L. *Theocr*, p. 366. 367. ſequutus ille tamen *Scholiaſten* in haec *Ariſtoph.* Equit. v. 690, — προσέρχεται

Ὡς δὴ καταπιόμενός με· Μορμὼ τᾷ θράσας.

Μορμὼ τ. θ.] ἐπιῤῥηματικῶς ἐξενήνεκται, ὡς εἰ ἔλεγε, φεῦ τᾷ θράσας. Certe hic μορμὼ idem eſſe videtur, ac in nonnullis veterum locis ᾱ, vel ᾶ, ᾷ· velut in *Ariſtoph.* Pluto v. 127. apud *Platonem* T. III. p. 295. A. in *Eurip.* Hec. v. 1069. Or. v. 274. Androm. v. 1076. unde A, ᾷ, reſtituendi debet in eiusdem Medea, v. 1042.

Ut vero Γοργὼ, et Γοργοῦς, ſic Μορμὼ, — ᾶς, dicebatur et Μορμὼν, — ὄνος. *Ariſtoph.* Acharn. v. 582.

Ἀλλ', ἀντιβολῶ σ', ἀπένεγκέ μοι τὴν Μορμόνα.

p. 348. A. in Pace v. 473.

Οὐδὲν δεόμεθ', ὦ ἄνθρωπε, τῆς σῆς Μορμόνος.

neque aliter ſcripſerat, opinor, *Xenophon* Ἑλλην. IV. p. 307, 21. οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐπισκώπτειν ἐτόλμων, ὡς οἱ σύμμαχοι φοβοῖντο τὰς πελταστὰς, ὥσπερ Μορμόνας παιδάρια. ubi praebent Edd. μορμῶνας. — Illud in primis dignum hic notatu videtur, nutricem Orci, vel Acherontis, ſed Orci potius, adpellatam a *Sophrone* fuiſſe Μορμολύκαν. *Porphyrius* ex *Apollodori* libro XX. de Diis in *Stobaei* Eclogis, quas *Canterus* edidit, p. 129. Γοργύραν τοῦ Ἀχέροντος γυναῖκα προσανέπλασαν, ἀπὸ τοῦ γοργῶς

φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς τὰ ἐν Ἅιδᾳ· καθὸ δὴ καὶ αὐτοῦ τούτου τιθηνὴν ὁ Σώφρων

Μορμολύκαν

ὠνόμασεν. — Qui *Sophronis* quotidie libellum terebat hinc ſua *Platonem* efformaſſe ſuſpicor Μορμολύκεια, verbum etiam Μορμολύττεσθαι, quod ſub iſta tantum forma, ut frequentatur a *Platone*, ſic ab huius fuit imitatoribus adhibitum, vid. Clar. *Ruhnken.* in *Timaei* Lex. p. 131. nec ſcripſerat *Lucianus*, ut vulgatur T. III. p. 304. ὡς βρεφυλλίοις ταῦτα — ἡμῖν λέγεις καὶ μορμολύττεις· ſed μορμολύττῃ· litera σ ex proximo σὺ male adhaeſit. B.

VI. 41. Δάκρυε ὅσσα θέλεις] Quod eſt in Cod. Vaticano, — ὅσσ' ἐθέλεις, videtur eſſe genuinum: haec forma multo frequentius in his carminibus occurrit, quam altera vulgaris et antiquior: hanc legas aliquoties in Edd. ubi mihi quoque videtur Homericam ſic poſuiſſe Poëta; ut Eid. XX, 1. C.

Εὐνίκα μ' ἐγέλαξ', ἐθέλοντά μιν ἀδὺ φιλᾶσαι.

Eid. XXI, 30.

Οὔ σ' ἐθέλω τὠμῷ φαντάσματος ἦμεν ἄμοιρον.

Eid. XXIII, 23.

— οὐκ ἔτι γάρ σε, Κῶρ', ἐθέλω λυπῆν —

idem facile remedium in *Homeri* ſaepe verſibus eſt adhibendum. Ut Atticum Ἠθέληκα commendant Atticiſtae, vel ἠθεληκέναι.

VI. 42. Φρυγία, τὸν μικκὸν, παῖσδε, λαβοῖσα.] Iſta ſcribens *Caſaubonus* in Lect. *Theocr.* c. XI. „Auctores „habeo veteres Grammaticos, Dores non παῖδα ſcripſiſſe, „verum παῖσδα· quare ſcribo in hoc carmine (X, 25.) „συναείσατε τὰν ῥαδινάν μοι Παῖσδα." nitebatur unius obſervatione *Gregorii*, quam in *MS.* Codice legerat, ut emendatam dedit *Koenius* in libello de Dial. p. 150. Τὸν παῖδα, Παῖσδα· Θεόκριτος· p 349. A.

Ἔρπωμες. Φρυγία, τὸν μικκὸν παῖσδα λαβοῖσα,
Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον.

ex Codice *Voſſiano*, cuius a me *Koenius* acceperat apographum, idem dederam in Animadv. ad *Ammoń.* p. 180.; in margine *Theocriti* Heinſiani παῖσδα ex *MS.* ſuo Codice *Gregorii*, velut genuinum, adnotaverat *Iſ. Voſſius.* Nihil etiam impedit, quominus τὸν παῖδα dixerint olim Παῖσδα. παῖς ſecundum obſervata *Marklandi*, nobis una cum *Euripidis* Supplicibus edita, illis nota pleraque, qui *Hemſterhuſium* his in oris audiverunt, ſcribi primitus debuit Παῖδς. παῖσδ etiam pronunciari potuit. — Sed in ta-
B. libus non quaeritur, quid fieri ſecundum Linguae potuerit analogiam; ſed quid revera factum fuiſſe, vel priſcorum Scriptorum locis, vel auctoritate conſtet veterum Grammaticorum: iam vero *Gregorii* iſtius, recentioris Graeculi, qui ſaepius vitiata Codicis ſui ſe decipi paſſus eſt ſcriptura, nulla eſt ſine teſte loquentis auctoritas. *Puerum* παῖσδα dictum Dorice, nullus Grammaticorum veterum nos docuit: παῖδα ſaepenumero, παῖσδα nusquam praebent carmina Dorica, vel carminum fragmenta; Codices autem ſcripti carminum *Theocriti* in iſta vocis forma, decies minimum recurrente, ſemper Editis concinunt. — Servemus itaque omnino, quod hoc loco aptiſſimum iudicabat *Io.* Noſter *Luzacius*:

Ἔρπωμες. Φρυγία, τὸν μικκὸν, παῖσδε, λαβοῖσα.

C *Eamus*, Gorgo; mea *Phrygia*, *puello aſſumto*, *lude*, eumque oblecta. *M. de Longepierre*:

Prens mon fils, *Phrygienne*; *et le divertis bien.*

Forma Dorica παίσδειν legitur in hoc ipſo carmine v. 49, 101. in Eid. XIV, 8. XVIII, 14. XX, 6. et ἔπαιξε, XIV, 22. ſed παῖξαι receptum quoque fuit in Linguam vulgarem.

Τὸν μικρὸν παῖδα, quem παῖδ' ὀλίγον etiam dicebant Poëtae, et ὀλίγον κῶρον *Theocritus*, vulgo vocabant παιδίον. In Apologia *Platonis* p. 34. D. tres ſibi filios eſſe dicit Socrates, unum, μειράκιον ἤδη· δύο δὲ παιδία· in Phaedone p. 116. B. ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία· δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας. — Τὸν μικρὸν, inquam, παῖδα, ſimpliciter, ut hic, τὸν Μικκὸν dixit *Theocritus*:

in hoc ipſo carmine eundem Praxinoae puerulum Zopy- p.350.
riona, v. 12. A.

Μὴ λέγε τὸν τεὸν ἄνδρα, φίλα, Δείνωνα τοιαῦτα,
Τῶ μικκῶ παρεόντος.

Doricum illud Μικκὸς legitur in Theocritéis Eid. V, 66. VIII, 64. in Epigr. XVII. in alio etiam epigr. Anthol. VII, 98.

Μικκὴ καὶ μελανεῦσα Φιλαίνιον, ἀλλὰ σελίνων
Οὐλοτέρα, κἀμνᾶ χρῶτα τερεινοτέρα.

in Antholog. *MS.* hoc eſt *Antipatri*:

Βιθυνὶς Κυθέρη με τεῆς ἀνεθήκατο, Κύπρι,
Μορφᾶς εἴδωλον λύγδινον εὐξαμένα.
Ἀλλὰ σὺ τῇ μικκῇ μεγάλην χάριν ἀντιμερίζε,
Ὡς ἔθος· ἀρκεῖται δ' ἀνδρὸς ὁμοφροσύνᾳ.

Callimachi legitur pentameter verſus in *Stobaeo* etiam *Gesneri* p. 517, 44. *Grot.* p. 386. a *Theodoro* iam *Cantero* emendatus V. L. II, c. XIII, B.

Αἰεὶ τοῖς μικκοῖς μικκὰ διδοῦσι θεοί.

eſt inter fragm. *Bentl.* 179. — Ut a μικκὸς adiectivum eſt Doricum μικκύλος, utrumque etiam tranſiit in nomina propria. *Miccus* et *Miccylus*, praeter alia hinc ducta, reperiuntur: hoc una litera minus legitur in *Callimachi* epigr. XXVIII, quod ſic corrigebam:

Εἶχον ἀπὸ σμικρῶν ὀλίγον βίον, οὔτε τι δεινὸν
Ῥέξας, οὔτ' ἀδικῶν οὐδένα. Γαῖα φίλη,
Μικκύλος εἴτι πονηρὸν ἐποίησα, μήτε σὺ κάφη
Γίγνεο, μήτ' ἄλλοι δαίμονες, οἵ μ' ἔχετε.

Ne alia memorem minus emendate ſcripta, Μίκυλος illic C.
vulgatur: Μικαλίωνα tamen recte ſcriptum exhibet epigramma *Leonidae* Anthol. IV, c. XII, 132. Μίκυθον dixerunt, Μίκυθον, et Σμίκυθον. vid. epigr. vulgatum a *Kuſtero* ad *Suidam* in v. Ῥωπικά· quae proſtant a me ad *Herodotum* notata P. 585 quaeque dedit *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 131. Aliquoties etiam Μίκκος memoratur in epigrammatis: in *Callimachéo* LII, eſt Σίμος ὁ Μίκκα.

Epigramma LIV, in Aeschram *Micci* nutricem, una litera, ni fallor, perperam vitiavit:

Τὴν Φρυγίην Αἴσχρην, ἀγαθὸν γάλα, πᾶσιν ἐν ἐσθλοῖς
Μίκκος καὶ ζωὴν ἔσαν ἐγηροκόμει
Καὶ φθιμένην ἀνέθηκεν, ἐπ' ἐσσομένοισιν ὁρᾶσθαι,
Ἡ γρῆυς μασθῶν ὡς ἀπέχει χάριτας.

351. A. quocum inter Theocritea conf. Epigr. XVIII. — Sed nutricem bonam eleganter (ἡ θηλάστρια, μαστὸς ab ipso *Callim.* h. Cerer. v. 96, et *mammae* dicuntur eleganter *Nutrices* etiam a *Catullo* LXIII, 18.) dici *lac bonum*, unico vellem exemplo *Bentlejus* ostendisset: corrigo,

ἀγαθὲ γάλα,

id est ἕνεκα vel χάριν ἀγαθὲ γάλακτος. *lac*, γλάγος, Cretice κλάγος, (quod *Hesychio* restituerem pro κλαγγὸς,) γάλαξ, γάλακτος, etiam dicebatur τὸ γάλα, τὲ γάλα. postquam observasset *Eustathius* in *Hom.* Od. I. p. 552, 38. τὸ, γάλαξ nusquam inventum, v. 48. Ὅτι δὲ, inquit, καὶ ἰσοσυλλάβως ἐκλίθη τὸ Γάλα, τὲ Γάλα, ἐν τοῖς τὲ γραμματικὲ Ἀριστοφάνες κεῖται· ὅπε φησὶν ἐκεῖνος καὶ ὅτι τὴν δόκησιν
B. καὶ ὑπόληψιν Δοκὸν ὁ Καλλίμαχος ἔφη, γράψας, τῷ γ' ἐμῷ δοκῷ. postrema dedit etiam *Eustath.* in Od. Ξ. p. 546, 12. conf. fragm. *Bentlej.* 100. et 326. ubi velut *Callimacheum* Γραυῖς, γραυΐδος adnotatur: ut hic γρῆυς legitur et in Epigr. XLII. — Μίκκος Pallenaeus laudatur in duobus Epigr. *Anthol. MS. Tymnis* est in Anthologia *MS.* epigramma, ab *Holstenio* et *Reiskio* publicatum:

Μίκκος ὁ Πελλαναῖος Ἐνυαλὲ βαρὺν αὐλὸν
Τόνδ' ἐς Ἀθαναίας ἐκρέμασ' Ἰλιάδος,
Τυρσηνὸν μελέδαμα.

a quibus *hae minutiae* non negliguntur, μελέδαμα Doricum esse negabunt: corrigendum arbitror:

C. Τυρσηνὸν κελάδημα.

in epigramm. legitur *Crinagorae*, inter illa quae *Reiskius* edidit 547.

Τυρσηνῆς κελάδημα διαπρύσιον σάλπιγγος.

eumdem video *Reiskium* recte mecum nomen *Mieci* restituisse in *Archiae* Epigramm. quod, ab *Holstenio* editum vitiose, inter illa reperitur quae *Reiskius* vulgavit 452.

Τρῳάδι Πελλαναῖος ἀνηέρτησεν Ἀθάνᾳ
Αὐλὸν ἐριβρεμέταν Μίκκος Ἐνυαλίᾳ.

in apographis illic Palatini Codicis legimus omnes σμικρὸν ἐνυαλίᾳ. inter se collata epigrammata verum nomen monstrant; nec monstrabant tamen *Holstenio*, in cuius notis ad *Steph. Byz.* in v. Ἴλιον, male vulgatur Νικκὸς ὁ Πελλαναῖος. — Sed *Miccus* iste, qui tubam suam in Iliadis Minervae templo dedicavit, cuias fuit? utrum Achaeus e Peloponneso, *Pellenensis*; an ex Thracica Chersoneso *Pallenaeus*? ego quidem Iliadi Minervae propiorem, atque omnino *Pallenaeum* arbitror fuisse, scribendumque adeo in his epigrammatis Παλλαναῖος· quod in postremo meus exhibet Codex apographus: a Πελλήνη usitata forma gentilis erat Πελληνεύς. a Παλλήνη dicebatur et Παλληναῖος. sed ex Achaia *Pellenenses*, ut dicuntur a *Livio* XXXII, c. 22. Πελληνεῖς, multo frequentius, quam *Pallenaei* Thraces, memorantur in historia: Πελλήνιος nusquam a me fuit lectum nisi apud *Steph. Byz.* Πελληνεὺς frequenter: apud *Xenoph.* Ἑλλ. III. p. 286, 16. K. Ἀ. V. p. 205, 17. (ubi male scribitur Πεληνεὺς) *Athen.* XI. p. 509. B. conf. *Demosthen.* p. 127, 15. ubi in Scholiis nomen Πελληναίων in Πελληνέων mutarem; *Pausan.* VII. p. 596. quem egregie corrigit *Palmerius*. p. 352 A. B.

Vs. 43. Τὰν κύν' ἔσω κάλεσον, τὰν αὐλείαν ἀπόκλαξον.] Uxorem rogat ὁ ἄπιστος *Theophrasti*, c. 18. εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται. — Hic Dinonis domus Alexandriae *vestibulum* habuit, et αὔλειον θύραν. supra Praxinoë, v. 9. maritum emisse vel conduxisse dicebat Ἰλεὸν, ἐκ οἴκησιν. ad τὴν αὔλειον vid. adnotata in *Herodoto* P. 469. Illud non arbitror ab aliis monitum, quod scribit *Eustathius* in *Hom.* Il. Ω. p. 1479, 41. Σικελοὶ δὲ τὴν αἴθουσαν Αὔλειον θύραν φασί· quodque scribit *Hesychius*, τὴν αὔλειον θύραν a Cretensibus dictam Βοωνίαν. de rarissimis et illud est *Hesychii*: Αἰδῶσσα, τῆς αὐλῆς τὰ τειχία: ἡ αἴθουσα di- C.

ci potuit Laconice Αἰδῶϝα. Verum nec *porticus* neque *ſolarium* Praxinoës aediculis convenire videtur. Quando vero *canis* facit mentionem, *veſtibuli ianuam* uſitato more dixerit αὐλείαν. Ubi *Homeri* Priamus in Il. X, v. 66.

πύματόν με κύνες πρώτησι θύρῃσιν
Ὠμησταὶ ἐρύκσιν.

uni tantum *primae fores* fuere ſuſpectae. Accommodate ad noſtra *Theocriti Euſtath.* in Il. X. p. 1353, 29. πρώτας θύρας λέγει τὰς αὐλείας, ἃς ἔθος ἦν τηρεῖσθαι ὑπὸ κυνῶν. Sed de hoc etiam Graecorum more, quem *Jo. Meurſius* attigit in Spicileg. ad *Theocr.* p. 76, *Caſaubonus* iam egit in *Theophraſti* Char. c. iv. p. 40. quique multo plura de-
p. 353. A. dit *Gataker.* Adv. Miſc. P. c. 38. p. 827. 828. Suaviſſimos tamen iuvenibus ponam legendos *Apollodori* ſenarios, in Epitome nobis *Athenaïci* operis ſervatos, I. p. 3. c.

Εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλε,
Ἔστιν θεωρεῖν, Νικοφῶν, τὴν τοῦ φίλε
Εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντι τὰς θύρας.
Ὁ θυρωρὸς ἱλαρὸς πρῶτον ἐστίν· ἡ κύων
Ἔσηνε, καὶ προσῆλθεν· ὑπαντήσας δέ τις
Δίφρον εὐθέως ἔθηκε, κἂν μηδεὶς λέγῃ Μηδέν.

tractarunt iſtum locum *Bon. Vulcanius* in *Callim.* h. in Iov. v. 67. et *H. Stephanus* II. Schediasm. I. neuter vero vidit ſic iſtorum verſuum quartum emendandum, quod *Toupius* animadvertit, locum admovens initio huius carminis, — ὄρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτᾷ. in Epiſt. ad *Warton.*
B. p. 328. — *Canem in aedes introvocare*, hic dicitur Τὰν κύν' ἔσω καλέσαι. *Introvocare* e veſtibulo, et *foras evocare* Graece dicuntur Εἰσκαλεῖν et Ἐκκαλεῖν. *Xenophon* Oeconom. p. 483, 29. Φασὶ δέ, — καὶ ὅταν δῶρα διδῷ ὁ βασιλεύς, πρῶτον μὲν εἰσκαλεῖν τοὺς πολέμῳ ἀγαθοὺς γεγονότας. hoc ſenſu, de legatis loquens ad Philippum admiſſis, εἰσεκλήθημεν poſuit *Aeſchines* de Falſa legat. p. 31, 10. — *Ariſtoph.* Pluto v. 1104.

Ἀλλ' ἐκκάλει τὸν δεσπότην τρέχων ταχύ.

Acharn. v. 401. Ἐκκάλεσον αὐτόν. in Veſp. 271. idem re-

ſtituit *R. Daves* Miſcell. Crit. p. 266. in Nub. v. 1163. Ὃν κάλεσον τρέχων Ἔνδοθεν ὡς ἐμέ. *Lyſias* Or. III. p. 72, 12. ἐκκαλέσας με ἔνδοθεν, ἐπειδὴ τάχιστα ἐξῆλθον, εὐθύς με τύπτειν ἐπεχείρησεν. p. 80, 12. ἐκκαλέσας ἔτυπτέ με. *foras evocatum me verberavit.* C.

Vſ. 44, 45. Ὦ θεοὶ, ὅσσος ὄχλος; πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσαι Χρὴ τὸ κακόν; μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι.] *Dii boni! quanta turba eſt! quomodo et quando hoc malum ſuperare poterimus? innumeri concurſant formicarum inſtar*, ſive, *formicae numeroque modoque carentes;* ſic poſtrema reddidit *Erasmus* in Adag. *Bonorum myrmecia.* — Ὦ θεοὶ, ὅσσος ὄχλος; ut in iſtis *Caecilii* Comici apud *Nonium* in v. *Pulcritas*: —

Di boni,
Quid illud eſt pulcritatis?

Terentius Andr. IV, 4, 5. —

Di voſtram fidem!
Quid turbae apud forum eſt?

Gallus interpres: p. 354. A.

Quelle foule, grands Dieux! — c'eſt une Fourmillere.

Quae ſequuntur, πῶς καὶ πόκα τοῦτο περᾶσαι Χρὴ τὸ κακόν; recte ceperunt *Eobanus Heſſus*, et *Wartonus;* hic forſan monitore uſus *Dukero*, qui ad *Thucyd.* L. II. p. 130, 45. verba *Theocriti*, πῶς — περᾶσαι Χρὴ, ex uſu veterum, optime interpretatur, *quomodo transire poterimus*, vel *tranſibimus*: ut Δεῖ, ſic et Χρὴ ſaepe ſignificat *licet*, apud *Demoſthenem* in primis, et *Lucianum.* — Recte ſcribuntur iſta, μύρμακες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι· non enim probari debet ἀνάριθμοι, receptum a *Wintertono*, repertum etiam in duobus ſaltem Codd. ἀνήριθμος eſt et *Theocriti.* — Hunc locum attigit *Euſtathius* in *Hom.* Il. A. p. 58, 10. ἡ παροιμία καὶ Μυρμηκιὰν φησὶν ἀγαθῶν. συντελεῖ δέ τι ἐνταῦθα καὶ Θεόκριτος εἰπών, — Μύρμηκες ἀνάριθμοι· ἐπὶ πολυπληθείας λαοῦ. ad adagium adhibere potuerat ex Encomio Ptolemaei *Theocr.* ſive Eid. XVII, 107. B.

Οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσὸς
Μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων.

ubi Μύρμακες — ἀεὶ — μογέοντες ſunt ἀείσυροι Μύρμηκες *Aeſchyli* in Prom. V, 451. id eſt ἀεὶ σύροντες·

— magni formica laboris
Ore trahit quodcunque poteſt, atque addit acervo.

Plinius H. N. XI, c. 30. *in opere qui labor? quae ſedulitas? — quae earum concurſatio?* Innumeri formicarum agminis *concurſationem*, quum

opere omnis ſemita fervet,

Theocriti cogitabat Praxinoë: acervum autem frumenti,
C. formicarum congeſtum ſedulitate, ſpectabat Graecorum vulgus forma loquendi proverbiali, Ἀγαθῶν μυρμηκιά. in quem ſenſum etiam dicebantur iſta: Ἀγαθῶν θάλασσα· Ἀγαθῶν σωρός· et Ἀγαθῶν ἅμαξα· *Alexidis* eſt e Pamphila apud *Athen.* IX. p. 380. E.

Παρέθηκε τὴν τράπεζαν, εἶτα παραφέρων
Ἀγαθῶν ἁμάξας.

plauſtra rerum bonarum: haec etiam *Alexidis Erasmus* attigit l. c. conf. *Gataker.* ad *M. Antonin.* V, 1.

VI. 46. Πολλά τοι, ὦ Πτολεμαῖε, πεποίηται καλὰ ἔργα, Ἐξ ὧ ἐν ἀθανάτοις ὁ τεκών, —] Recte Gallus Interpres:

Depuis que tu plaças ton pere entre les Dieux,
O combien de travaux t'ont rendu glorieux,
Ptolemée.

p. 355. A. Ab ipſo enim filio Ptolemaeo Philadelpho Ptolemaeus Lagides ἐξεθεώθη, ut dicitur in *Scholio* ad *Theocr.* Eid. XVII, 16. *Theocritus* illic, Τῆνον, inquit, τὸν Λαγίδαν Πτολεμαῖον,

Τῆνον καὶ μακάρεσσι πατὴρ ὁμότιμον ἔθηκεν
Ἀθανάτοισι, καί οἱ χρύσεος δόμος ἐν Διὸς οἴκῳ
Δέδμηται.

Schol. Τῆνον] Τὸν Σωτῆρα φησὶ Πτολεμαῖον τοῦ Λαγοῦ, (leg.

(leg. τὸν Λάγε·) καθὸ ἐξεθεώθη ὑπὸ τᾶ υἱᾶ. Nec patrem tantum ſed et matrem Berenicen Philadelphus in Deos transſcripſit:

Μητρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο νηώς.

verſus eſt in Encomio Philadelphi *Theocriteo* 123. In hunc locum *Scholion* ineditum quale in Codice legi *MS.* vitioſe ſcriptum partim aliis emaculandum hic proponam: Ὅτι πολλὰς ναὲς ἱδρύσατο. καὶ Λύκως δ' ἐν τῷ περὶ Νέστορος, ἐποίησεν ὁ Φιλάδελφος, φησί, οὕτως ᾠκοδόμησε δὲ καὶ τῶν B. γονέων ἀμφοτέρων παμμεγέθη ναὸν καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Ἀρσινόῃ καὶ φωτῆρα. mirum ni et illud in Schedis invenerit *Sanctamandi Wartonus*: ultima *Scholii* vox in φωστῆρα mutata nihil nos iuvat; ſed videtur Auctor ſcripſiſſe: καὶ τῇ ἀδελφῇ Ἀρσινόῃ, nempe ναὸν ᾠκοδόμησε· in illius enim honorem Veneris Arſinoae templum dedicavit Philadelphus: vid. epigramma *Poſidippi* apud *Athen.* VII, p. 318. D. et *Hedyli*, quod ex libris MSS. exhibet *Caſaubon.* Animadv. L. XI. p. 817. huius primum diſtichon emendate ſcriptum proferam:

Ζωρεπόται καὶ τοῦτο φιλοζεφύρε κατὰ νηὸν
Τὸ Ῥύτον Ἱππείης δεῦτ' ἴδετ' Ἀρσινόης.

cetera ſunt *Scaligeri*: vocem εἰδείης in Ἱππείης mutavi: *Heſychius*: Ἱππία, Ἀρσινόη, ἡ τοῦ Φιλαδέλφε γυνή. *Ca-* C. *ſaubonus* Animad. in *Athen.* p. 553. „Venus, inquit, Ze-„phyritis, Arſinoë, Chloris, Hippia, ſunt συνώνυμα." — Amori paterno Lagidae, longaevi, ſuaeque aetatis Regum fortunatiſſimi, regnum debebat Philadelphus e Berenice natus, quod nativitatis iure liberis Lagidae debebatur ex Eurydice, priore coniuge, ſuſceptis: hoc tradiderunt *Hermippus* apud *Diogenem Laert.* V, 78. et *Pauſanias* L. I, in fine cap. VI. veriſſimum etiam, quod *Scholiaſta* tradit *Theocriti* ad XVII, 41. Ζῶν ἔτι ὁ Σωτὴρ ἐκοινοποιησε τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν, *vivus Soter* (ſive Ptolemaeus Lagi F.) *filium Philadelphum regni fecit participem.* *Lucianus* in Longaevis T. III. p. 216. Πτολεμαῖος, ait, ὁ Λάγε, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτε μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ p. 336. A.

παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν. conf. *Joſ. Scaligeri* Animadverſ. in *Euſeb.* p. 133.

VI. 47. 48. Οὐδεὶς κακόεργος Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί.] Quantumvis παρέρπων non tantum in ſcriptis Codd. ſed et in *Schol.* legatur in *Ariſtoph.* Nub. v. 1128. non tamen interpretationem videtur admittere, quae huic loco conveniat: in epigrammatis ſepulcralibus viatores praetereuntes παρέρπειν dicuntur, ut παρελθεῖν· παριέναι· παρκμείβειν· παροδεύειν· παραστείχειν. et per me ſane licet, ut hic de praetereunte capiatur. Quia vero haec proſtant in *Scholiis*: ἐκ ἔτι κακῆργος λυμαίνεται τὸν παρ-
B. ιόντα, ἐξκπατήσας Αἰγυπτιστί· ἠπάτων γὰρ πολυπείρως παίζοντες κακὰ παίγνια παραλογισμοῖς Αἰγυπτιακοῖς· ἀπατηλοὶ γὰρ καὶ Αἰγύπτιοι, ὡς λέγει ὁ Αἰσχύλος,

Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

ultima, quae abſunt ab Editis, ex Mediceo Codice *Wartonus* dedit in Emend. Editor. *Schol.* T. I. p. 205. videtur hic mihi Grammaticus legiſſe:

παρειπὼν Αἰγυπτιστί.

quo ſignificari potuit ἐξκπατήσας, vel παραλογισάμενος. Eximie *doloſa oratione*, ſed et *quomodocunque* aliquem *in fraudem impellere*, dicebatur antiquitus etiam Παρειπεῖν· ut et Παρκπεῖσαι· poſtea Παραλογίσασθαι· παραλογίσασθαι ἐν πιθανολογίᾳ, id eſt ἐν πιθανοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, dixit *Paulus* in Epiſt. ad Coloſſ. II, 4. ubi notavit *Jacob. Elsnerus*. In *Homeri* Il. A, 555.

C. Νῦν δ' αἰνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, μή σε παρείπῃ — Θέτις·

Grammatici veteres, et *Euſtathius* Παρείπῃ reddunt per παραπείσῃ, et παρκλογίσηται. *Heſychius*: Παρπεπιθόντες, παραπείσαντες, παρκλογισάμενοι. explicatio congruit *Homero* Od. Ξ. v. 290.

Δὴ τότε Φοῖνιξ ἦλθεν, ἀνὴρ ἀπατήλια εἰδώς, —

Ὅς μ' ἄγε παρπεπιθὼν ἧσιν φρεσὶν, ὄφρ' ἱκόμεσθα
Φοινίκην.

pro παραπεῖσαι, vel παραλογίσασθαι, Παρειπεῖν posuit *Aeschylus* Prom. V., v. 131.

— πατρῴας Μόγις παρειπᾶσα φρένας.

Auctor Aureor. Carm. v. 24.

Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ,
Πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν, ὅ,τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι.

Hierocles interpretatur p. 114. Μηδεὶς μήτε δι' ἔργων μήτε διὰ λόγων παραλογίσαιτό σέ τι ποιῆσαι ἢ εἰπεῖν, ὅ,τι μὴ συμφέρον ἐστί σοι. — ante ista, p. 112. μόνος, inquit, ἀνεξαπάτητος, καὶ ὑπ' ἀδενὸς ἀδαμῶς εὐ παραλόγιστος ὁ τὴν ἀξίαν ἑαυτᾶ γνὰς ἄνθρωπος, καὶ ἅτε κολακείαις θωπευόμενος, οὔτε τοῖς ἐκδειμαίνασι ταπεινούμενος. — Nihil vetat hic *Scholion* posuisse in *Aristoph.* Nubes v. 1128. Ἐλέγετο ληστεύεσθαι ἡ Αἴγυπτος. Αἰσχύλος, p. 357. A.

Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι.

καὶ Θεόκριτος ἐν Ἀδωνιαζούσαις,

οὐδεὶς κακόεργος
Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί.

καὶ Αἰγυπτιάζειν, τὸ ὕπελα πράττειν. Quod vocat, absque auctoris nomine, τὸ Ἰαμβεῖον, vitiatum apud *Zenob. Diogenian. Suidam*, similiter exhibet *Stephanus Byz.* in Αἴγυπτος. ubi Αἰγυπτιάζειν redditur per πανοῦργα καὶ δόλια καὶ ὕπελα πράττειν. idem, secundum Scholiasten, *Theocritus* forte dixerit, παρειπεῖν Αἰγυπτιστὶ, *Aegyptiorum more decipere. Eustathius* in *Dionysii* Periegesin v. 232. ἡ ἱστορία καὶ πανούργας οἶδε (τοὺς Αἰγυπτίας,) ὡς καὶ Θεόκριτος ὑπεμφαίνει. B.

Vs. 49. Οἷα πρὶν ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες ἔπαισδον,] Hic miror eruditiss. Scriptorem Epistolae ad *Wartonum*, cur iungenda censuerit ἐξ ἀπάτας ἔπαισδον· meo quoque iudicio ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες homines sunt fraudulenti, sive *ex dolis conflati*; qua ratione Catilinam *Cicero* dixit *in Or.* pro M. Coelio, c. 5. *monstrum*, —

ex contrariis — naturae ſtudiis cupiditatibusque conflatum. In hunc ferme ſenſum acceperunt Theocritea *D'Orvillius* Animadv. in *Chariton.* p. 86. et *Reiskius*
C. Animadv. ad *Polyb.* p. 54. Scholiaſten ſequuti, qui, ἡ μεταφορὰ, inquit, ἀπὸ τῶν κεκεντρωμένων χαλκῶν· *ab aere conflato* vertit *D'Orvillius.* ego vero κεκροτημένων illic primitus ſcriptum arbitror; — hoc inſigne Scholion ex Mediceo Codice ſubminiſtrat *Wartonus* in Emend. Ed. Scholior. I. p. 205. quod una voce emendatius ex MS. Cod. enotaveram: Κεκροτημένοι] Ἀντὶ τοῦ ἐῤῥαπισμένοι. ἐθάδες πανούργων ἔργων. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ κεκροτημένε χαλκοῦ, καὶ Σοφοκλῆς,

πάνσοφον κρότημα, Λαέρτε γόνος.

non γένος, ſed γόνος ſuo more dederat *Sophocles*, cuius verbis ſi praefigatur articulus Τὸ, integrum hinc ſenarium lucramur ex perdito dramate, quem alibi non memini me legere: ſuum illinc ſumſit ſcriptor dramatis Rheſi v. 498.

p. 358. — ἔστι δ' αἱμυλώτατον
A. Κρότημ' Ὀδυσσεύς.

Huc ſpectant iſta *Heſychii*: Κρότημα ἐπὶ τῶν δολίων τάσσεται· ad Κρόταλον, περίτριμμα, κρότημα, adſcripſit *Sopingius*, *Euripidis* Cyclope v. 104.

Οἶδ' ἄνδρα κρόταλον, δριμὺ Σισύφε γένος.

his utitur et *Berglerus* in *Ariſtoph.* Nub. v. 259. Facundus et prudens Ulyſſes ab adverſariis Siſyphides atque ex paterno ſanguine fraudulentus habebatur: ab *Ovidii* Aiace Met. XIII, 31.

ſanguine cretus
Siſyphio, furtisque et fraude ſimillimus illi.

Illic *Ovidio Sophoclis* obverſabantur verſus ex fabula quae Ἀχαιῶν σύνδειπνον (κατὰ τὸ ἀδέτερον *Athen.* VIII. p. 365. B.) fuit inſcripta, quamque Satyricam fuiſſe vel unicus
B. mihi locus in Epitome ſervatus *Athenaei* I. p. 17. D. demonſtraret: in *Scholiis* ad *Soph.* Aj. v. 191, iſta leguntur ex *Sophoclis* Συνδείπνῳ,

Ὦ πάντα πράσσων, ὡς ὁ Σίσυφος πολὺς
Ἐνδηλος ἐν σοὶ πανταχᾷ, μητρὸς πατήρ.

quae tum ſequuntur illic ex *Aeſchyli* armorum iudicio multo rectius cepit *Bern. Martinus* Var. Lect. IV, c. 15. quam *Stanlejus* in Tragoed. Fragm. in his Latine vertendis turpiter lapſus. — *Sophoclis* etiam Aiax in cognomine dramate v. 380. vocat

ἀπάντων ἀεὶ
Κακῶν ὄργανον τέκνον Λαρτίᾳ

In Neoptolemum, Ulyſſis conſiliorum miniſtrum, ea dicit *Sophoclis* Philoctetes, quae in Ulyſſem conveniebant, v. 924. 925. qui ab ipſo dicitur acerbiſſime v. 418. C.

ἁ ἐμπολητὸς Σισύφᾳ Λαερτίᾳ.

a Laërte emtus Siſyphides; ex Siſyphi enim compreſſu gravida pro virgine Laërtae, (Λαέρτης πολλὰ δὲς χρήματα ἠγάγετο τὴν Ἀντίκλειαν, *Schol.*) fuit elocata Anticlia. Habitus ab inimicis Ulyſſes ἀπατηλὸν κρότημα, forma ſcribendi Theocritea dici quoque potuit

ἐξ ἀπάτας κεκροταμένος,

ex dolo conflatus. Ferrum aut alia metalla crebris ictibus *contundere* etiam Κροτεῖν et Συγκροτεῖν dicebatur: εὐκροτητος eſt *bene conflatus:* qui hoc apud *Sophoclem* recte cepit, non tamen vidit *D'Orvillius* in huius ex Antig. v. 436. ſcribendum,

Ἐκ τ' εὐκροτήτᾳ χαλκέας ἄρδην πρόχᾳ·

Ex aereo vaſe bene conflato; quod monuit *Pierſon.* in *Moer.* Attic. p. 296. p. 359. A.

Vſ. 49. Ἔπαισδον.] In Edit. Rom. ex vitioſa pronunciatione vulgatum ἔπεσδον *Iſ. Voſſium* impulit, ut hic legendum putaret ἔρεσδον. ne ῥέζειν quidem usquam ῥέσδειν ſcriptum legitur. Eleganter hic, εὐφήμως, Παίσδειν ponitur pro *furari*: Graeci ſic inter ſe furunculi pro κλέπτειν dicebant Παίζειν, ut in vita quotidiana, ſic in ſcena: hoc etiam ex Comoedia mihi ſumſiſſe videtur *Lucianus*, quod Aeacum facit in Cataplo dicentem, T. I. p. 624. 625. μὴ

ἐπὶ πάντων, ὦ Ἑρμῆ, — χρῶ τῇ κλεπτικῇ· ἅλις σοι αἱ ἐν ἀρανῷ παιδιαί. Discipulum quemdam suum, sive servulum, in *Euphronis* Synephebis sic erudiebat coquus, *Athenaeo* teste IX. p. 377. D.

B. Ὅταν δ' ἐρανισταῖς, Καρίων, διακονῇς,
Οὐκ ἔστι παίζειν.

Παίσδεν hoc sensu legi potuit in *Sophronis* Mimo: *Manuari Laberius* adhibuit: Teste *Gellio* N. A. XVII, c. VII, *Laberius in Mimo posuit, quem Cophinum inscripsit,* Manuatus est, *pro furatus est, et in Fullone, furem,* Manuarium *appellavit:* attigit et *Nonius* in v. *Mendicimonium: sinistra* manus quamvis aptior ad furta censeretur, *dextram* nominat etiam *Catullus* Carm. XXXIII, 3. *Martialis* VIII. Ep. 40.

Furaces moneo manus repellas.

ep. 59.

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

In *Lucilii* Epigramm. Anthol. II, c. 25, 1.

Αὐτοὶ νῦν ἐρέκσιν ὅσοι ποτὲ φῶρες ἄριστοι,
C. Οὐκ ἔτι σοι χειρῶν εἰς ἔριν ἐρχόμεθα.

VI. 50. Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια,] Sic ista iam olim iungenda putabam, ut aequaliter omnes *furaces* esse dicantur: ἐθάδες πανέργων ἔργων in *Scholio* ad v. 48. huc spectare videntur: συμφωνέντες ἐν τῷ παίζειν optimum est Codicis *MS.* Med Scholion: interiecta distinctione, κακὰ παίγνια *Toupius* in Epist. ad *Wartonum*, et *Epimenidis* κακὰ θηρία comparat inter se; cum autem in *Epimenidis* versu memorentur ἀεργοί, incidit *Toupio* coniectura, hoc in versu legendum,

πάντες ἀεργοί.

quod ingeniose fateor excogitatum, adeo verum esse nego, ut sic *sine dubio legendum* statueremus. Vulgata vox,

ἐρεισοί,

p. 360. A. plerisque visa fuit vitiosa, mihi etiam nunc videtur: sinceram censuisse Gallum interpretem, ista monstrant:

Tous gens de mesme étoffe, et tous cherchans querelle.

contentiosi sic nusquam dicuntur, neque dici potuerunt. *Servos*, atque infimam plebem voce ἐρειοὶ designari potuisse Clariss. *Reiskius* putabat; inductus voce Homerica ex Od. Θ, 529. Εἴρερον, quam δελείαν interpretantur, quibus illa aeque fuit obscura, ac *H. Stephano* in Ind. Thes. Codices hic etiam nihil iuvant, in quibus scribitur ἐρί οι· ἐριοί· et ἐρειοί. *Scaliger* ἐρεμβοὶ corrigendum suspicabatur; ἄρειοι, *Casaubonus*; ἀεργοὶ, *Toupius*; ἀραῖοι, *Wartonus*: mihi ἔλειοι, *in paludosis Aegypti locis commorantes*, venerant in mentem: nunc quid verum sit fateor me ignorare: prae aliorum tamen coniecturis placet illa *Toupii*: homines nequam et κακῆργοι commode dici potuerunt ἀεργοί. B. de hac vocis vi nonnulla dedit *Alex. Morus* in Notis ad Evang. *Matth.* XII, 36. Clariss. *Hemsterhusius* adscripserat: „ἐρεῖος itidem in *Eubuli* versu apud Athen. p. 108. B. „sed corrupte:" illic veram versus lectionem praebet L. VI. p. 228. F. indicatam a *Casaubono*. — In Edit. *Wartoni* T. I. p. 234. ex Codice Vaticano ad Ἐριοι leguntur ista Σκοτεινοι συμφωνοι. quorum hoc, σύμφωνοι, adscriptum fuit ad Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κ. π. σκοτεινοὶ pertinere ad aliam lectionem Ἐρεμνοὶ, vidit Clar. *Ruhnkenius*; qui in Parisino Cod. *MS.* ad Ἐρειοὶ Scholion legit, μεγαλοπρεπεῖς, ἔνδοξοι. quae vitiata dedit ex Cod. Florent. *Salvinius* apud *Warton.* I. p. 225. hinc nova mihi lectio videtur erui posse, — ἀγαυοί· vel ἀγητοί. utrumvis reddi sic potuit: *Hesychius*: Ἀγαυοὶ, λαμπροὶ, φωτεινοὶ, ἔνδοξοι, ἐπιφανεῖς. C. apud eumdem: Ἀγητοὶ, θαυμαστοί. et minus emendate: Ἀγετοὶ, θαυμαστοὶ, ἔνδοξοι, λαμπροί. Sed nihil horum apte convenit Theocriteis.

Vs. 51. Ἀδίστα Γοργοῖ, τί γενοίμεθα;] Accommoda haec *Jac. Elsnerus* admovit istis *Lucae* A. A. XII, 18. ἦν τάραχος ἐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο· *quid factum esset Petro*: antiquiores similiter loquebantur: ut hic equis bellicis territa Praxinoë, τί, inquit, γενοίμεθα; *quid nobis fiet?* virginum Chorus, urbe obsidione cincta, in *Aeschyli* Sept. c. Theb. v. 303.

τί γένωμαι;

Cum Attica peste vastaretur, ὑπερβιαζομένε τοῦ κακοῦ, οἱ ἄνθρωποι, οὐκ ἔχοντες ὅ,τι γένωνται, ἐς ὀλιγωρίαν ἐτράποντο καὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων ὁμοίως, *Thucydid.* II. c. 52. *Lucretius* VI, 1271.

p. 361. A.

Nec iam relligio Divûm, nec Numina magni
Pendebantur: enim praesens dolor exsuperabat.

Vs. 53. Ὀρθὸς ἀνέστα ὁ πυῤῥός· ἰδ' ὡς ἄγριος· κυνοθαρσὴς Εὐνόα οὐ φευξῇ;] De rufo agens equorum colore, quem *burrum* dixerint Romani veteres, τὸν πυῤῥὸν hinc attigit *Bochartus* Hieroz. I. L. II, c. VII. p. 104. sed cum interpretibus κυνοθαρσὴς aeque de equo positum credidit, atque ἄγριος. Vidit *Reiskius*, voces κυνοθαρσὴς Εὐνόα esse coniungendas; atque adeo ipsi bene monenti libenter obsequutus sum: legitur in Edd.

ἰδ' ὡς ἄγριος, κυνοθαρσής,

attendenti patebit, suis ad Gorgonem media quaedam Praxinoën interiecisse ad Eunoën, quae paullo inconsideratius equo ferocienti nimis propinqua adstabat:

B.

ἰδ' ὡς ἄγριος· (κυνοθαρσὴς
Εὐνόα οὐ φευξῇ;) διαχρησεῖται τὸν ἄγοντα.

id est διαφθερεῖ τὸν ἀναβάτην· sic τὸν ἄγοντα Scholiast. reddit in Cod. Mediceo. — Impudentis epitheto Eunoën ornare potuit domina: vid. vs. 27. 28. 29. Hinc sumtum, ab *Hesychio* redditur Κυνοθαρσὴς, ἀναιδής. quod proximum legitur apud *Hesych.* Κυνεῖς, ἀναιδεῖς, κυνῶπας· mutari poterit in Κυνοθρασεῖς, — κυνῶπες. ex *Aeschyli* Suppl. v. 766. ut Κυνώη, ἀναιδ. in Κυνὼ, ἡ ἀναιδεστάτη. huius generis plura vel ex *Homero* nota sunt: παλλακὴν κυνώπιδα, Periclis Aspasiam dixisse *Cratinus* videtur apud *Plutarch.* in Pericle p. 165. D. sed paucos arbitror intellexisse, ad *Aristoph.* versum in Vespis 1027,

C.

Οὗ δεινότατα μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον.

quid ista sibi velint in *Scholiis*: Ἐρατοσθένην, ἀγνοήσαντα τὴν Κύνναν ὅτι πόρνη, οἱ μέν τινες προφέρεσθαι φασὶ, κυνὸς, ὡς Ἐπιμενίδης· οἱ δὲ πυρὸς, οὐκ εὖ. nisi emendata, haec

intelligi nequeunt: ſaepiſſime his in Scholiis memoratur *Eratoſthenes*, velut interpretatus etiam Ariſtophanea; nusquam nominatur *Epimenides*, niſi hoc loco alieniſſimo; ſed ne hic quidem nominari potuit: corrigo, *προφέρεσθαι φασὶ, κυνὸς ὡς, ὡς ἐπ' ἀναιδοῦς· οἱ δὲ πυρός.* Ubi legitur idem verſus *Ariſtoph.* in Pace 754. haec proſtant in *Scholiis:* Ἐρατοσθενης, ἀγνοήσας τὰ κατὰ τὴν Κύνναν, κυνὸς γράφει. Κυνὸς ὡς ἀκτῖνες ἔλαμπροντο. quinimo legit is in *Ariſtophanis* verſu:

[Οὗ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν] κυνὸς ὡς ἀκτῖνες ἔλαμπον.

in ὡς Ἐπιμενίδης iſta latebant *Scholiaſtae* verba, ὡς ἐπ' ἀναιδοῦς· de *Cynna* meretrice dicitur in *Schol.* ad Pacem l. c. δῆλον δὲ ὅτι καὶ ἀναιδὴς, καὶ πόρνης ὀφθαλμοὺς εἶχεν. legitur in *Schol.* ad Av. v. 1562. ἐπὶ τῶν ἀναιδων καὶ εὐτόλμων οὕτω λέγεσιν· ultima congruunt et voci Theocriteae Κυνοθαρσής. p. 362. A.

VI. 55. Ὠνάθην μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἔνδον.] Hanc iſtius uſitatiſſimi verbi formam, Ὠνάθην, nusquam apud Scriptores veteres Graecos legere me memini: quam tamen ex Alex. Codice reſtituendam puto in antiqua fabella Iudaica *Tobit* III, 8 ἄνδρας ἤδη ἑπτὰ ἔσχες, καὶ ἑνὸς αὐτῶν οὐκ ὠνάθης, ſive ὠνάσθης. *ex nullo de ſeptem maritis fructum percepiſti. Grabius* illic, ὠνάσθης reiecto, recepit ὠνομάσθης. Pro Ὠνάθην autem in verſu *Theocriti* Codex dat Florent. Ὠνάσθην. Iudaeis Graecienſibus verbum innotuiſſe, vel *Paulinum* illud monſtraverit in Epiſt. ad Philemona §. 20. a vicinis ſeparandum, (ἐγὼ σοῦ ὀναίμην ἐν κυρίῳ,) a nemine, opinor, ne a *Pearſono* quidem, ante intellectum, quam illud forte fortuna tractaſſet *T. H.* in ultima adnotationum in *Chryſoſtomi* homilias a *Raphelio* editas p. 80. Centies reperientur — ὀναίμην· ὄναιο· ὄναισθε. praeter alia quaedam iſtius verbi tempora, hic illic etiam ὠνήμην· ὠνάμην· et ὀνήσῃ· reſtituendum in dicto Laconis apud *Plutarch.* II. p. 254. C. conf. *Toupii* Epiſt. Crit. p. 154. ſed vix alibi, ut arbitror, in veterum ſcriptis Ὠνάθην. Haec idcirco ſcripſi, ut adpareret, quam- B.

obrem *Hemsterhusius* ad Theocriteum verbum Ὠνάθην supra θ literam posuisset μ. Equidem suspicor Poëtam hic dedisse Ὠνάμην, vel, si quis illud praetulerit, Ὠνήμαν μεγά-
C. λως. sic ista Dorice scribuntur: a verbo ex. gr. Δήλεσθαι, *velle*, (de quo supra actum est p. 259. A.) ductum Ἐδηλόμαν *Hesychius* alicubi invenerat. Atticistae formam Ὠνήμην altera meliorem iudicabant: *Phrynichus*: Ὠνάμην, ὤνασο, ὤνατο, πάντα ἀδόκιμα, τὰ γὰρ ἀρχαῖα διὰ τοῦ η, Ὠνήμην etc. Illud est in veteri proverbio, Ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὤναντο· apud *Zenob.* I, 65. alterum in *Euripidis* Alc. v. 335. — σοῦ γὰρ οὐκ ὠνήμεθα. Utrumque, Ἀπώνατο et ἀπώνητο *Suidas* in suis libris invenit. Unico *Homeri* loco niti puto, quod scribit *Herodianus* Ed. *Piersoni* p. 451. Ὠνήμην, διὰ τοῦ η, ἀντὶ τοῦ ὠφελήθην· τὸ δὲ Ὠνάμην ἐπὶ τοῦ ἐμεμψάμην. καὶ ὁ Ποιητής, ὅτε μ' ὤνατο. *Homerus*, opinor, scripserat in Il. P, 25.

Οὐδὲ μέν
Ἧς ἥβης ἀπόνηθ', ὅτε μ' ὤνετο.

p. 363. Ab Ὄνασθαι significatu plurimum differt Ὄνεσθαι sive
A. ὀνῶσασθαι· et recte *Toupius*, ex *Suida*, pro ὀνοίμην, ὀναίμην *Aristophani* restituit Em. in *Suid.* II. p. 174. Ista forte differentia latuit *Jo. Pearsonum*, qui nostrum tamen verbum et veterem loquendi formulam omnium optime tractavit in Vindic. *Ignatian.* p. 434. Theocriteam egregie *Casaubonus* illustravit Lect. *Theocr.* p. 272. 273. Ὠνάθην, sive potius,

Ὠνήμαν μεγάλως, ὅτι μοι τὸ βρέφος μένει ἐνδοῖ.

O factum bene, quod puerulus mihi domi manet.

VI. 55. Ἔνδον] Monuit vere *Casaubonus* hic etiam ἐνδοῖ scribendum, ut vox scripta legitur huius carminis v. 1. et v. 77. Dum se offert ἐνδοῖ, nihil vetat nonnulla de hoc Sicilienſium more scribendi, atque alia quaedam ad Dialectos spectantia conduxisse. — Primum ista miror in
B. *Etymologico* M. in v. Ἀργεννός, p. 135, 44. ἔθος ἐστὶ τῇ τῶν Ῥηγίνων διαλέκτῳ τὸ ῑ τρέπειν εἰς ῡ· τὸ γὰρ σπείδω Σπένδω λέγουσι· καὶ τὸ ἐνδοῖ, Ἔνδον· καὶ τὸ ἐρεβεινός, —

Ἐρεβεννός· ἅτως ἀργεινὸς, Ἀργεννός. οἱ δὲ Σικελοὶ τὸ ἐναντίον τὸ μὲν γὰρ σπένδω Σπείδω λέγεσι· καὶ τὸ ἐμέντον, οὐ μέντοι. Errat in ultimis *Sylburgius*. Cum ista obſervatione primum altera ex eodem libro p. 302, 1. comparari debet:

Εἴνατος, ἐκ τοῦ ἔννατος, κατὰ μεταβολὴν τοῦ ῡ εἰς ῑ. καὶ ἡ μὲν τῶν Ἀργείων διάλεκτος μεταβάλλει τὸ ῑ εἰς ῡ. καὶ γὰρ τὸ σπείδω Σπένδω λέγεσι· καὶ τὸ αἰεὶ, Αἰέν. ἡ δὲ τῶν Σικελῶν, τὸ ἀνάπαλιν, τὸ ῡ εἰς ῑ μεταβάλλει· τὸ γὰρ ἐννάνυχον, Εἰνάνυχον λέγεσι· καὶ τὸ ἔνδον, Ἐνδοῖ.

hic *Sylburgius* modeſte tantum adnotavit, pro Ἀργείων ſupra legi nomen Ῥηγίνων. Utroque loco genuinum eſſe nomen Ἀργείων, *Heraclidea* monſtrant *Euſtathii*, in quibus iſta bis eſſe dicuntur Ἀργείων καὶ Κρητῶν γλώσσης. et C.
bene iungi Cretenſes et Argivos, horum probant coloni magno numero in Cretam Althaemene duce delati. Sed Grammaticus paulo diverſa confudiſſe videtur: Dorienſes quidam et Aeoles ex diphthongis alteram vocalium in ſequentem liquidam transmutabant: huc pertinent Ἐρεβεννός· Ἀργεννός· Φαεννός· Δεννάζειν· Μέλλιχος· Βολλά· etc. ultimum illud, aliquoties in marmoribus antiquis obvium, legitur etiam in *Plutarchi* Quaeſt. Rom. p. 288. B. ubi ſcribi debet τῆς βελῆς ὑπὸ Αἰολέων Βολλᾶς προσαγορευομένης. — Qua vero ratione Argivis velut propria tribui potuerunt quibusvis vulgo Graecis uſitata Σπένδω et Ἔνδον; Sicilienſibus adſcribi quidem poſſunt Ἐνδοῖ et Εἴνατος· ſed qui tandem ut peculiare quid οὐ μέντοι; quod additur οὐ p.364. A.
μέντον quid ſibi vellet perpaucos arbitror intellexiſſe: ubi ſcilicet in noſtris legitur Edd. *Homeri* Il. Θ, v. 448.

Οὐ μὲν δὴν (vel θὴν) κάμετόν γε

in antiquiſſimis exemplaribus, quibus uſus eſt *Heraclides Alexandr.* legebatur, vitioſe fortaſſe,

Οὐ μέντον κάμετόν γε

ſed iſta qualiscunque lectio nobis peperit obſervationem *Heraclidae*, ſervatam ab *Euſtathio* in Il. Θ. p. 612. f. et 613. ἔστιν, inquit, καὶ ἑτεροίας ἐκδόσεως γραφὴ ὑποδύσκολος καθ' Ἡρακλείδην αὕτη· Οὐ μέν τον κάμετόν γε· ἀντὶ τοῦ,

οὐ μέν τοι. καὶ ἔστι κατ' αὐτὸν τὸ οὐ μέν τον Ἀργείων καὶ Κρητῶν γλώσσης, οἳ πολλάκις ἐξαιροῦντες, φησί, τὸ ῑ ἐντάττεσι τὸ ῡ· τὴν εἰς πρόσθεσιν Ἑνς λέγοντες· καὶ τὸ τιθεὶς, Τιθένς. οἷς ὅμοιον καὶ τὸ σπείδω, Σπένδω· καὶ τὸ οὐ μέντοι,
B. Οὐ μέντον· καὶ τὸ αἰεὶ Αἰέν. Σικελοὶ μέντοι, φησὶν, ἔμπαλιν τὸ ῑ ἀντὶ τοῦ ῡ τάττεσι, τὸ ἔνδον Ἔνδοι λέγοντες, ἢ Ἐνδοῖ περισπωμένως· καὶ Ὅμηρος Εἰνάνυχες, ἀντὶ τοῦ ἐννεάνυχες. ταῦτα ὁ Ἡρακλείδης. paulo post dicitur iterum τρέπεσθαι τὸ ῑ εἰς ῡ Ἀργολικῶς τε καὶ Κρητικῶς. *Heraclidea*, quae iam attigerat in ll. B. p. 169, 16. partim repetit ad Od. M. p. 494, 22. In his notatu maxime digna sunt Ἑνς pro εἰς· et τιθένς· quod et *Koenius* animadvertit ad *Gregor.* de Dial. p. 163. Ἔνδον autem, sive Ἐνδοῖ, ex Sicilia transiit in inferiorem Italiam; hinc Romam pervenit: notum est vetus Latinum *endo*, etiam *indo* scriptum, vel *indu*: veriorem enim arbitror *Is. Vossii* sententiam ad *Catull.* p. 331. quam *Oberti Gifanii* in *Lucret.* Conlect. p. 337. *In*, *Indo*, a quibusdam etiam in Cypro, et in Creta, et alibi scribebantur *iv*, et ἴνδον, De pluribus tria ponam ex
C. Hesychio, prout illa puto scribenda:

Ἰμπάπταον, ἔμβλεψον· Πάφιοι.
Ἰνκαπφύτευε, ἐγκαταφύτευε.
Ἰν φάος, εἰς τὸ φῶς.

Ultimum ut intelligatur, sciendum est, Ἐν, a Doriensibus nonnunquam pro εἰς positum, quarto casui adiungi. Veteris est observatio Grammatici, quam a se descriptam *Gregorius* dedit de Dial. p. 163. Τρέπεσιν (οἱ Κρῆτες) τῆς Ἐς προθέσεως τὸ ς εἰς τὸ ῡ· οἷον, ἐς χορὸν, Ἐν χορὸν, ἐς τὴν ἀγορὰν, Ἐν τὰν ἀγορὰν λέγοντες. pauca dedit ibi *Koenius*: *Eustath.* in Od. Σ. p. 959, 30. ἔθος, ait, Δωριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρε φαίνεται, συντάσσειν ἔστιν ὅτε τὴν Ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς. *Pindarica* dabit atque alia
p. 365. A. *Salmas.* in Inscript. *Herodis Att.* p. 68. hic illic illud ἐν adhuc latet; forsan et in hoc *Hesychii*, Ἐνδυδαν, ἔωθεν. si scribamus Ἐν αὐγάν, ἔωθεν.

VI. 57. Τοὶ δ' ἔβαν ἐς χώραν.] Non *processerunt in campum*; sed *in suum quisque locum recesserunt*: e *Xe-*

nophontis Oeconom. p. 492, 27. ista, ἐπεὶ δὲ ἐχωρίσαμεν πάντα, — εἰς τὰς χώρας τὰς προσηκούσας ἕκαστα διηνέγκαμεν, sic Latina fecit *Cicero*: *Haec postquam omnia secrevimus, tum suo quaeque loco disposuimus.* Ex antiquis partim Edd. omnino restituendum est *Callimacho* h. in Del. v. 192.

πόδες δέ οἱ ἐκ ἑνὶ χώρᾳ.

qui sic legendum vidit, Clariss. *Ernesti* formulam ἐν χώρᾳ εἶναι et κατὰ χώραν μένειν etiam attigit, de qua vid. ad *Herodotum* notata P. 340. Recte *Scholiastes* in Cod. Flor. *Theocriti* ἐς χώραν, reddit εἰς τὴν τάξιν αὐτῶν. — Proxima Praxinoae, — Καὐτὰ συναγείρομαι ἤδη· editus *Schol.* optime interpretatur: ἀνακτῶμαι ἐμαυτὴν ἀπὸ τῆς ταραχῆς. *Homeri* Θυμηγερέων Od. H, 283. redditur in Scholiis, et apud *Eustathium*, συνάγων καὶ ἀνακτώμενος τὴν ψυχήν. et saepius Ἀνακτᾶσθαι ἑαυτὸν sic apud *Polybium* adhibetur et recentiores, pro *vires recolligere*, vel *animam recipere*: σύλλεξαι σθένος, Καὶ πνεῦμ' ἄθροισον· est in *Euripidis* Phoen. v. 857. 858. B.

Vs. 59. Ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ;] Recte sic scripta revocavit ex Ald. Ed. *Reiskius* in locum lectionis vulgatae, ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐ. In Ed. prima Mediol. et in optimis Codd. similiter verba leguntur, et in Schol. ad Eid. I, 42. monente *Toupio*, ubi veterem lectionem adprobat, in Epist. ad *Warton*. p. 335. — In *Xenoph.* K. Π. VII. p. 114, 37. ὁ δ' ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέῤῥει. et saepius apud alios ὄχλος dicitur ἐπιῤῥεῖν· quam in rem quaedam collegit amicus Clariss. *Dan. Wyttenbach.* in Epist. Crit. p. 14. in talibus simplex ῥεῖν et ῥεῦμα inprimis frequentantur, quo sensu in *Virgil.* Aen. XI, 236. *fluunt — ad regia plenis Tecta viis.* C.

Vs. 60. Ἐξ αὐλᾶς, ὦ μᾶτερ;] Oxonii Scholion sic nuper ediderunt: ΕΞ ΑΥΛΑΣ. Εν τισι γραφεται και Ἐξ αυλας. ex antiquis Edd. edi debuerat: Ἐξαυδᾶς ὦ μᾶτερ] Ἐν τισι γράφεται καὶ, Ἐξ αὐλᾶς ὦ μᾶτερ. Hinc variam veterum Codicum lectionem lucramur, quam absque hoc Scholio ignoraremus, ἐξαυδᾶς. et dici forte potuit a Gor-

p.366. gone *Theocriti*, Ἐξαύδα, ὦ μᾶτερ· *eloquere, mea mater:*
A. quid? παρενθεῖν εὐμαρές; *an intrare facile est?* mihi tamen ἐξαυδᾶς vitiosa scriptio videtur genuinae Ἐξ αὐλᾶς, quam *Scholiastes* etiam sequutus ista scripsit in v. 62. πειράθητε καὶ εἰσελεύσεσθε εἰς τὴν τῶν βασιλείων αὐλήν.

VI. 61. Ἐς Τροίαν π. ἦνθον] Hoc a *Wintertono* iam olim publicatum Cantabrigiae, est ex Codd. quos *d'Orvillius* adhibuit, pro ἐς Τροίην π. ἦλθον. in v. 140. Τροίας firmant etiam Codd. contra in v. 62. pro πείρᾳ scribere cum *Casaubono* non dubitavi πείρῃ. In talibus Codices variant: in Eid. VII, 51. probari debet ὥρῃ. — Ad ista Theocriteae vetulae, πείρῃ θην πάντα τελεῖται. quae *Casaubonus* p. 237. attulit, *Herodoti* verba leguntur in
B. Ed. *Wesselingii* p. 512, 20.

VI. 64. Καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥρην] Formas Doricas versus ex Codd. recepit, pro vulgatis ἠγάγεθ' Ἥρην. nam et ἀγάγεθ' in Codicibus a *D'Orvillio* repertum, constat ex Miscell Obs. III. p. 373. Ἥραν iam dederat *Wintertonus:* Heben quidem Ἅβαν dixerunt Dorice loquentes; sed Iunonem nunquam Ἄραν· ut neque ἀνὰρ vel ἀστὰρ dicebantur. — In hunc versum miror cur a *Wartono* dicantur nihil hic vidisse *G. Canterus* N. L. II, c. XII, aut *Casaubonus* L. T. c. XVI. qui *et infelicius* hunc l. attigerit ad *Athen.* — Vere monuit *Canterus*, curiositatem hic mulierum a Poëta notari; et videri posse *Plautum* Theocritea expressisse, cum scriberet in Trinummo I, 11, 171.

C. *Sciunt quod Iuno fabulata est cum Iove:*
coniugium autem Iunonis et Iovis etiam Deos latuisse, ut vult Homerus. Canterum in his tantum sequitur *Casaubonus* in L. Th. p. 273. Ad *Athenaeum*, p. 426. *Theocritus*, inquit, *curiosissimas tantum foeminarum de nuptiis Iovis et Iunonis satagere affirmat*: Πάντα, *ait*, γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥρην. — Quae hic *Scholiasta* tradit illa sane non magni sunt momenti; sed et huiusmodi fabellae Poëtarum Editori atque interpreti esse debent in numerato. — Ut *Toupius* in Animadv. T. I, p.

220. Scholia emendat, ſic et *Hemſterhuſius*, qui ad Scholion haec adſcripſit, digna quae ab harum etiam rerum cognoſcendarum cupidis exigantur: „In Euboea mons „Ὄχη (Strabo X, p. 683. A.) vel Ὄχης, ſic dictus ἀπὸ τῆς p. 367.
„ἐκεῖ ὀχείας, ἤτοι τῶν θεῶν μίξεως Διὸς καὶ Ἥρας. Stephan. A.
„in Κάρυστος. (in Ἑρμιών.) vid. Plutarch. de Fluv. c. 18.
„p. 64. Schol. Ariſtoph. ad Pac. v. 1126. Suid. in Πείσαν-
„δρος Νέστορος. et Kuſter. Egregius Aeliani locus de Ani-
„mal. XII. c. 30. Diodor. Sic. V. p. 234. D. (p. 388. v. 97.
„Ed. Weſſ.) Homil. Clem. V. §. 12. qui locus laborat. Cum
„Schol. conferendus eſt Pauſan. II. c. 36. p. 196. v. 32."
— (Iſta notantur ad Ἱερὸς γάμος.) „Vid. Iſ. Caſaub. Anim.
„in Athen. VI, 10. p. 426. Heſych. in v. Alcaei carmen
„ἱερὸς γάμος apud Athen. IX. p. 408. E. Omnino vide
„Plutarchi locum inſignem apud Euſeb. P. E. III. p. 84.
„Schol. Homer. ad Il. A, 609. Ξ, 284. 295. Achilles γη-
„γενὴς, in cuius antrum Iuno fugerat, perſuaſit ipſi, ut
„Iovi ſe praeberet: Ptolem. Heph. apud Phot. p. 252. B.
„v. 22."

VI. 65. Θᾶσαι, Πραξινόα.] Ubi hinc *Theocritea* quaedam proferuntur, in *Scholiis MSS.* in *Hermogenem* apud *Koenium* ad *Gregor.* de Dial. p. 153. legere licet: Θῆσαι Πραξινόα, θῆσαι φίλα· in Eid. I, 149. Θᾶσαι φίλος recte ſcribitur. τὸ θεάσασθαι Dorice eſt Θάσασθαι in Eid. II, 72. in noſtro carmine legitur Θασόμεναι, v. 23. Θᾶσαι frequenter in his recurrit, obvium etiam in loco *Sophronis* apud *Demetrium* περὶ Ἑρμ. §. 147. ubi paucis interiectis legitur et φίλα, ad Θᾶσαι referendum: rarius eiusdem eſt *Sophronis*, apud *Apollon. Alex.* plus ſemel occurrens, τάτω, (id eſt ἐντεῦθεν) Θάμεθα; *illinc ſpectemus.* Doricum Θάσασθαι fraudi fuit eruditiſſimo *Mazochio* in his Prioris Tabulae Heracleënſis, v. 70. 71. C.

θασάμενοι τὰν γᾶν ποτὰν
τῶν ἐπιχωρίων.

ſenſum ſatis bene expreſſit: *poſtquam comparaverint terram* (de qua quaeritur) *cum vicinalibus:* ſed θασάμενοι poſitum credidit pro θησάμενοι· quod ne uſus quidem hoc

ſenſu admiſit: ſenſit, opinor, errorem ſuum *Mazochius*, cum perveniſſet ad v. 88. ut illum tegeret, mira de verbo θήσει comminiſcitur p. 226. Θήσει, *ponet*, nunquam a Dorienſibus ſcriptum fuit Θάσει· ſemper θησεῖ. haec in *Theocriteis*, in Doricis Pythagoreorum reliquiis, et alibi conſtans eſt in his ſcribendi ratio.

p. 368. A. Vſ. 68. Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες· ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμῶν.] Sic in Scholiis a *Calliergo* editis iſta iam legebantur, ἀπρὶξ ἔχευ Εὐνόα· atque ita diſtinguendum, poſt *Henr. Stephanum*, vidit *L. Bos* Animadv. c. XIII. p. 59. probante *Hemſterhuſio* in Lucian. I. p. 462. et *Toupio* in Epiſt. ad *Warton*. p. 335. Ante legebatur in Edd.

Πᾶσαι ἅμ' εἰσένθωμες ἀπρίξ· ἔχευ Εὐνόα ἁμῶν.

ultimum ἁμῶν in uno Codicum in δμῶϊς degeneravit. — Ἀπρὶξ ἔχεσθαι egregie tractarunt, praeter *Boſſium*, *D. Ruhnkenius* in *Timaei* Lex. p. 34. et *Jo. Pierſon.* ad *Moer.* p 84. In Scholio δικπρίσαι iam emendaverat *Henr. Stephanus*. — Videri hic quoque poſſet *Theocritus* expreſſiſſe locum *Sophronis*: ut *Sophronis* iſta leguntur in Excerptis ex *Apollon. Dyſcolo* p. 429. B.

B. Ὑμέων γὰρ ἀπρὶξ ἔχονται.

ſed forſan iſta ſic ex coniectura dedit *Iſ. Voſſius*; in apographo certe Pariſini Codicis, quem poſſidet Cl. *Ruhnkenius*, ſcriptum legi:

Ὑμέων γὰρ πρὶν ἔχοντι.

Parum a ſe invicem diſtant formae loquendi, ἀπρὶξ ἔχεσθαι· ὀδὰξ ἔχεσθαι· et ἁμὺξ ἐμφῦναι. — ὀδὰξ ἔχει eſt in *Ariſtoph.* Veſp. v. 937. *Nicander* Ther. v. 131.

θορνυμένα ἔχιος, θολεμῷ κυνόδοντι
Θερὰς ὀδὰξ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνα.

Scholiaſtes, γράφεται, inquit, καὶ ἁμὺξ, ἀντὶ τῆς ὑ μυκτικῶς καὶ καταξυστικῶς ἐμφῦσα αὐτῷ. atque in iſto loco *Nicandri*,

Θερὰς ἁμὺξ ἐμφῦσα·

legit *Jo. Tzetzes* ad *Lycophr.* v. 1114. quam ſcripturam proba-

probavit *R. Bentlejus.* — In vſ. praecedenti, — μήτι C.
πλανηθῇς, quod eſt in Ed. prima Mediol. mihi non displicet.

VI. 69. Δίχα μευ τὸ θερίστριον ἤδη Ἔσχισται.] Χειμερινὸν ἱμάτιον, Χείμαστρον dicebatur; τὸ θερινὸν, Θέριστρον, et Θερίστριον. ſed hanc vocem ſuſpicor ab Alexandrinis praeſertim uſurpatam; hinc a Iudaeis fuiſſe Graecienſibus transſumtam: *Harpocration:* Σείριον ἐκάλεν λεπτὸν ἱμάτιον ἀσπάθητον, οἷον Θέριστρον. *Suidas:* Θέριστρον καὶ Θερίστριον, θερινὸν ἱμάτιον,

Τάκ κόκκε βαφθέντα καὶ ὑσγίνοιο θέριστρα,
Καὶ τὲς ναρδολιπεῖς ἀλλοτρίες πλοκάμες.

integrum illic ex *Antholog. MS.* epigramma *Kuſterus* adſcriplit: idem genus forte dixerint Ταραντινίδιον· ſic ſecundum *Heſychium* vocabatur ἱμάτιον γυναικεῖον λεπτὸν, p.369.
κροσσὲς ἔχον εκ τᾶ ἑνὸς μέρες. — In vſ. 70. — ποττῶ Διὸς, A.
εἴ τι γένοιο Εὐδαίμων ὦ ἄνθρωπε, aptius haereret, ni fallor, εἰ, vel αἰ, optantis, cum voce τὺ, ſive potius Theocriteum αἴθε,

αἴθε γένοιο Εὐδαίμων,

ſic Eid. III, 12. — αἴθε γενοίμαν Ἁ βομβεῦσα μέλισσα. Eid. V, 62. VII, 86. XXVII, 61. Doricum illud Αἴθε locum non invenit in *Ammonii* Grammatici libello; iam ante tamen pro Εἴθε illic ſcriptum, quam obſervata iſta ad literarum ſeriem digererentur. — In vſ. 71. pro φυλάσσεο, male *Wintertonus* edidit,

— φυλάσσευ τὠμπέχονόν μευ.

qui tamen recte reliquerat intactum in Eid. III, verſum 5.

Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο, μὴ τὺ κορύψῃ.

VI. 72. Οὐκ ἐπ' ἐμὶν μὲν, ὅμως δὲ φυλάξομαι.] Unius B.
Edit. Aldinae nixus auctoritate *Reiskius* recepit,

φυλαξᾶμαι. Π. Ἀθρόος ὄχλος. —

quod in eadem erat Ed. ὄχλος ἀθρόος, *verum*, inquit, *puto; tametſi auſus non ſum recipere.* Non in Aldina tan-

tum, ſed et in Ed. prima Mediol. in Codicibus, Vaticano, et Romano Cardin. Ottoboni ſcripta haec leguntur: — φυλαξᾶμαι, ὄχλος ἀθρόος, vel ἀθρόως. vitioſiſſime: neque ſcribi potuit a *Callimacho* verſus,

Ἀρχόμενοι, ὡς ὅτε· —

ſed ſcribi debuit, ut iam edidit *Graevius*:

Ἀρχόμεν' ὡς ὅτε —

hymno in Dian. 4. Si vero placet Codicum etiam lectio
C. in hoc verſu *Theocriti*, ſcribendum:

Οὐκ ἐπ' ἐμὶν μὲν, ὅμως δὲ φυλαξᾶμ'. Π. Ἀθρόος ὄχλος.

eſſet autem φυλαξᾶμαι· qualia ſunt Dorica παρεξᾶμαι· χαρησᾶμαι· πλευσᾶμαι. quorum hoc in *Theocriti* eſt Eid. XIV, 55. Χαρησᾶμαι ſcripti praebent Codices in fine Epiſtolae *Lyſidis* ad *Hipparchum*. — Paulo poſt — vſ. 73. Ὠθεῦντ' ὥσπερ ὕες, pro ὥστε ὕες, ex Codd. recepi, et ex primis Edd. illinc etiam ortum eſt ὥστε ῥύες in Edd. Mediol. et Ald. Abſurda eſt adnotatio in margine Codicis Medicei: Ῥύες. ῥύκκες. κατὰ ἀποκοπὴν, ἀπὸ τᾶ ῥέω. — Recte ſe habet in hoc vſ.

ἐν καλῷ εἰμές.

ἦμεν, et ὦμες, quae leguntur etiam in Codd. hic formae ſunt vitioſae.

p. 370. A. Vſ. 74. Κεῖς ὥρας, κἤπειτα, φίλ' ἀνδρῶν, ἐν καλῷ εἴης.] Suo more ſcripſerat hic, et infra v. 147. Κἠς· ut κἤπε· κἦπε. etc. *Et hunc in annum, et in plures fortunatus ſis, qui noſtrûm curam geris*: Ἄμμε περιστέλλων. in Codice Mediceo ſic iſta bene redduntur: εὐτυχοίης εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον, ἡμᾶς περιέπων. Quae Graecis adſcripſi, Latina partim ſunt *Horatii* I. Carm. 32, 2.

quod et hunc in annum
Vivat, et plures, age dic Latinum
Barbite, carmen.

Theocriti formulam bene precandi *Caſaubonus* leviter attigit in Lect. *Theocr.* p. 273. Huic contrariam male

precantis, Μὴ ὥραισιν (vel ἐς ὥρας) ἴκοιο, copiose tractaverat in Animadv. ad *Athen.* II, c. XIV. p. 112. originem formulae *D. Heinsius* aliunde repetit in Lect. *Theocr.* p. 341. B.
Ab utroque diversum sentit *Eustathius* in *Hom.* Od. I. p. 342. 8. formulam Atticam, μὴ εἰς ὥρας ὁ δεῖνα ἴκοιτο, interpretatus, πρὸ ὥρας ἐκθερισθείη· *ante tempus moriatur.* Equidem paene persuasus sum, *Ti. Hemsterhusii* consilio illud ipsum interveniſſe, quod de *Kuhnio* scribit ad *Lucian.* T. I p. 219. De illa formula acturus Scholia adhibebit in *Lucian.* T. II. p. 270. in quibus mira quaedam traduntur. Formulae, qualis hic occurrit, bene ominatae, perpauca, opinor, exempla reperientur apud Veteres: in antiquissimo epigrammate, quod exhibet *Anthologia* Latina Cl. *P. Burmanni Sec.* T. 1. p. 35. Ardeatis templi pictoris fit mentio,

Quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat. C.

καὶ νῦν, καὶ ἔπειτα. — Ἐν καλῷ εἴης est *sis felix:* vel *tibi bene sit*, vel *bene eveniat:* hunc *Pomponii* Comici versum dat *Nonius* in v. *Ominas:*

A. *Bene eveniat!* B. *Ita sit: et tibi bene sit, qui recte ominas.*

Ne formulae quidem, quae sequitur in his *Theocriti* vs. 76.

χρηστῷ κοικτίρμονος ἀνδρός·

multae dantur similes: ubi nec vocula, neque saltem litera his genitivis praefigitur; quales praefigi solent, Ὦ, Φεῦ, similesque: est et Φεῦ in talibus admirantis; ut Φεῦ τοῦ ἀνδρὸς apud *Xenophontem* (K. II. III. p. 41. 30.) Cyri de praeceptore Tigranis dictum.

Vs. 76. Φλίβεται Εὐνόα ἄμμιν] Sic, pro Θλίβεται, ex Vaticano Codice reponere non dubitavi, cum id ipsum hoc in loco legerit *Eustathius;* vel Φλίψεται· quod illinc p. 371. A.
Theocrito restituendum *Casaubonus* iudicabat. Hic etiam ponam *Eustathii* verba ad Il. A. p. 76, 38. ubi occasione formae Aeolicae, Φησὶ, τὸ μέντοι Φλίψεται, inquit, τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ (P. 221.) καὶ τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐν Ἀδωνιαζούσαις,

Αἰολικὸν καὶ αὐτό. Si eamdem, quam dat *Homerus*, hic formam Φλίψεται invenisset Grammaticus, scripsisset potius, καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ. articulus repetitus monstrat, opinor, hic lectum Φλίβεται ab *Eustathio*, atque illic forsan olim etiam positum. Alibi repererunt Grammatici Ἔφλιψεν: vitiose scribitur in *Photii Lex. MS.* Ἔφλειψεν, ἔθλιψεν. — Ab Atticis etiam Poëtis receptum, Φλᾷν, pro θλᾷν, adhibuit *Theocritus* Eid. V, 148. 150. Ex hoc
B. Aeolico scribendi more quid esset apud *Hesychium* Φάβα, μέγας φόβος, docuit *T. Hemsterhusius*, ubi Φάπαν, φόβον interpretatur: eidem debentur ad v. Ἄφικτον notata. *Hesychio* autem Φάρσυνος restitui poterit, ubi vulgatur: Φάρυμος, τολμηρὸς, θρασύς. — In hoc vs. 76, pro βιάζευ, primitus scriptum videtur βιάσδευ. Φράσδει uno loco fuit custoditum, Eid. I, 102.

Vs. 77. Ἐνδοῖ πᾶσαι, ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας.] Dubites utrum illud sponsus dicere sueverit, an sponsi pater: de sponso *Scholiastes* accepit, qui suam tum puellam in thalamo diceretur ἀποκλάξας, ut Helenam Menelaus κατεκλάξατο in Eid. XVIII, 5. si modo sana sit ista lectio, mihi ob Codicum varietatem valde suspecta. Sponsam vero mirarer hic dictam νυόν. Quod si ad patrem haec sponsi referri possent, Νυὸς hic poneretur, quo plerumque so-
C. let, significatu. *Aristophanes* Grammaticus ἐν τοῖς Συγγενικοῖς φησὶν, (apud *Eustath.* in *Hom.* Il. Z. p. 511, 19.) ὅτι Νυὸς ὡς ἐπὶ πλεῖστον υἱᾶ γυνὴ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρί. vox isto sensu reponi poterit apud *Diogenem Laërt.* VII, 188. ubi *Chrysippus* ἐν τῷ περὶ Πολιτείας, καὶ μητράσι λέγει συνέρχεσθαι, καὶ θυγατράσι, καὶ υἱοῖς. vox ultima in νυοῖς est convertenda. Apud Graecos Poëtas non tam late patet Νυὸς, quam *Nurus* apud Latinos.

Vs. 79. Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεῶν περονάματα φασεῖς.] Tantundem paene est ac si dixisset, ὡς λεπτὰ καὶ χαρίεντα· nisi quod illud etiam est elegantius scriptum. In his certe neminem arbitror probaturum miram quam vir Doctiss. excogitavit lectionem, Ὡς λεπτὰ, χ' ὡς χα-

ρίεντα. ſed elegans eiusdem eſt *Reiskii*, ſaltem quoad vocem νῆμα, inventum, quo legendum ſuſpicabatur: P 372. A.

θεῶν περ νάματα φησεῖς.

dicas fere ſtamina Dearum manibus eſſe ducta. Vulgata vox, quam Codices retinent, περονάματα mihi quoque hinc aliena videtur et vitioſe ſcripta. Genuinam illam arbitrati *Aem. Portus* in Lex. Dor. et *Ez. Spanhemius* ad *Callim.* h. Apoll. v. 32. nihil attulerunt, quo videri poſſet hac in ſede adfirmata. *Spanhemium* ſe male ſequutum fatetur in Corrigendis *Wartonus* p. 355. et recte negat *veſtes fibulatas* dici poſſe περονήματα. — Quod vero poſuit ad verſum explendum *Reiskius*, περ nullum hic ſenſum admitteret. Praeterea νᾶμα, et in hoc ipſo carmine v. 27. 30. et alibi apud Theocritum, notat *undam*: in uno tantum Eid. XXIV, 74. νᾶμα legitur de *filis*; ubi νῆμα etiam B. ſcribendum arbitror; et hic omnino ſervandum φασεῖς· ut recte ſcribitur φασῶ Eid. XI, 70. Suſpicor equidem ſcripſiſſe *Theocritum*:

Λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα, θεάων νήματα φασεῖς.

ubi vox θεάων in θεῶν degeneraverat, ad verſum ſuſtentandum νήματα ſciolus in περονήματα facile transmutavit. Eſt autem forma θεάων etiam *Theocritea*: legitur Eid. XVII, 45.

Κάλλει ἀριστεύοισα θεάων πότν' Ἀφροδίτα.

ubi viro Docto, formam iſtam obliteranti, gratiam facimus coniecturae: illam *Wartono* notus *Homeri* locus commendare debuiſſet, qui haec ſcribenti *Theocrito* procul dubio obverſabatur ex Od. K. v. 222.

Κίρκης δ' ἔνδον ἄκεον ἀειδάσης ὀπὶ καλῇ,
Ἱστὸν ἐποιχομένης μέγαν, ἄμβροτον· οἷα θεάων
Λεπτά τε, καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται. C.

Nusquam ſic περονάματα, ſaepe Νήματα memorantur: In *Antholog.* VI, c. VIII, ep. 9. a *Nicarcho* laudatur:

Ἡ πρὶν Ἀθηναίης ὑπὸ κερκίσι καὶ τὰ καθ' ἱστῶν
Νήματα Νικαρέτη πολλὰ μιτωσαμένη.

conf. ibid. epigr. 16. et 17. Incerti eſt epigramma in *Antholog. MS.*

Λάθρη κοιμηθεῖσα Φιλαίνιον εἰς Ἀγαμήδας
Κόλπᾶς τὴν φαιὴν εἰργάσατο χλανίδα.
Αὐτὴ Κύπρις ἔριθος· εὔκλωστον δὲ γυναικῶν
Νῆμα καὶ ἠλακάτην ἀργὸς ἔχει ταλαρος.

Vſ. 80. Πότνι' Ἀθαναία· ποῖαι σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι;] *O veneranda Minerva! quales iſta elaborarunt lanificae?*
p. 373. A. Minervam hic invocat ἐργάνην Praxinoë, *operoſam Horatio* dictam Carm. II. Od. XII, quae horum operum ſtudium iſtis indiderat textricibus, atque etiam vulgo indere exiſtimabatur: in *Archiae* epigramm.

Οἷς ἔσχον χερνῆτα βίον δηναιὸν, Ἀθάνα
Πότνια, τοῦθ' αἱ σαὶ σοὶ θέσαν ἐργάτιδες.

Anthol. VI, c. VIII, 10. elegans eſt epigramma in *Antholog.* Latinae quam debemus Cl. *P. Burmanno Sec.* T. II. p. 92, cuius unum tantum diſtichon adſcribam:

Cui formam Paphie, Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudiit.

Martialis VI, Ep. XIII,

Quis te Phidiaco formatam, Iulia, caelo,
Vel quis Palladiae non putet artis opus?

B. Quod ad *Theocritum* vulgatum fuit *Scholion:* Ἔριθοι, οἱ (imo αἱ) ὑπεργοί, ἤγαν ἱερεργοί· ſine vitii ſuſpicione *D. Heinſius* attulit L. T. p. 584. b. vocem ἱερεργοὶ in ἐριεργοὶ mutandam viderunt *Salmaſius*, *Iſ. Voſſius*, et *Toupius*; *Hemſterhuſius* vidit etiam vocem ὑπεργοὶ mutandam in ἱστεργοί alterum in ἐριεργοί· monuitque idem vitium apud *Heſychium* in Κατάκτρια *Salmaſium* emendaſſe; et reperiri in *Galeni* Gloſſ. *Hippocr.* v. Ἀτρακτον. Vocem autem Ἔριθος de *lanifica* ne quis ſolis putet uſitatam Poëtis, faciet *Demoſthenes*, a quo iunguntur, p. 712. τιτθαὶ, καὶ ἔριθοι, καὶ τρυγήτριαι. aliquoties ἔριθος legitur in epigrammatis; et in *Eratoſthenis* verſu apud *Etymologum* in v. Ἴκλος, p. 472, 37. pro Ἡ χερνῆτις θεὸς, — corrigendum eſt,

Ἡ χερνῆτις ἔριθος, —

ex *Scholiis* in *Apollon. Rhod.* I, 972. *Telam texentes araneae* ἔριθοι ἀράχναι a *Sophocle* dicuntur in Inachi fragmento apud *Suidam* in v. Ἀράχνη· C.

Πάντα δ' ἐρίθων ἀραχνᾶν βρίθει.

Conf. Clar. *Toupius* in Epist. ad *Warton.* p. 336.

Vs. 81. Ποῖοι ζωογράφοι] *Etymologus* p. 412, 51. Ζωγράφος. Θεόκριτος, Ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν; ἐχ ὅτι γράμματι χρῆται, ἀλλ' ὅτι τῇ γραφίδι προσκαταξύει. γράψαι γὰρ τὸ ξύσαι. In his, quae *Theoni* forte debentur, vel *Amaranto*, quorum Grammaticus iste Scholia laudat in *Theocritum*, praeter alia, compositum mihi suspectum est προσκαταξύει. Alii quoque tradiderunt, quod scribit *Dionysius Thrax* in Arte Gramm. Γράμματα λέγεται διὰ τὸ γραμμαῖς καὶ στιγμαῖς τυπᾶσθαι· p. 374. A. Γράψαι γὰρ τὸ ξύσαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ. Conf. *Toupii* Epist. Critica ad Episc. Glocestr. p. 47. Ab eadem origine verbum in *pingendi* venit significatum, atque in illum *scribendi*: Γράφειν, *pingere*, reddi poterit *Harpocrationi* in Πολύγνωτος· τὴν Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε πρόϊκα· (scribendum, ἔγραψε πρόϊκα. *Plinius* H. N. xxxv, c. viii, de eodem, *Athenis*, ait, *porticum*, *quae Poecile vocatur*, *gratuito pinxit.*) — et τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ (forte leg. Θησείῳ) καὶ τῷ Ἀνακείῳ γραφάς. ibid. de illo legisse dicuntur *Artemon* ἐν τῷ περὶ Ζωγράφων, et *Juba* ἐν τοῖς περὶ Γραφικῆς. Non scripsisset, opinor, *Thomas Mag.* Γραφεὺς κάλλιον ἢ Ζωγράφοι· si *Antiphanis*, *Diphili*, et *Anaxandridae* ipsi innotuissent comoediae, inscriptae Ζωγράφοι vel Ζωγράφος· similis utique argumenti ac *Pherecratis* Γραφεῖς, et *Pomponii Pictores.* Mirum videri poterit, certe *Taylori* notas adhibenti in *Demosth.* B. Or. c. Midiam p. 298. cur hoc notatu dignum censuerit *Harpocration*: Γραφεὺς ἀντὶ τᾶ ζωγράφος· Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. καὶ Γράφειν δὲ (sic MS.) τὸ ζωγραφεῖν ἔλεγον. Ut enim illic γραφέα dixit *pictorem* Agatharchum p. 360. §. 268. (p. 104, 11. Ed. *Taylori.*) ζωγράφοι memorantur in I. c. Aristogit. p. 489. § 73. μεθ' ὧν δ' οἱ ζωγράφοι τὰς ἀσε-

βεῖς γράφεσιν ἐν ᾄδε. Sed hic fateor, a *Demosthene* dici potuit: μεθ' ὧν δὲ τὰς ἀσεβεῖς γράφεσιν ἐν ᾄδε· absque ut isthoc interpretamento indigerent auditores. — A *Theocrito* hic plene dicuntur ζωογράφοι· ut in epigr. 26. *Anthol.* IV, c. VIII,

Ζωογράφων ὦ λῷστε, —

Quales pictores accuratas istas pinxere picturas? Ποῖοι ζωογράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἐγράψαν. *Picturas* sive *opera picta*, γράμματα quoque dici, ex hoc loco *Theocriti*
C. et aliunde *Davisius* ostendit ad *Maximi Tyr.* Diss XXXII, Sect. V. Aptissimus ad haec versus est in *Euripidis* Ione 1146.

Ἐνῆν δ' ὑφανταὶ γράμμασιν τοιαίδ' ὑφαί.

Vs. 82. Ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι,] Hoc ex Codd. Theocriteis recepi, pro ἑστήκαντι. ἑστάκαντι Codices etiam dant *Gregorii* de Dial. p. 150. Ἔστασαν· ἑστάσατο· et ἑστάσαντο· leguntur in Theocriteis. Forsan hic *Theocriti* Praxinoë formam suam adhibuerat Syracusanam ἑστάκοντι. *Stant*, ut in vulgari Graecismo ἑστηκασι, Dorice dicebatur ἑστάκαντι· ab Alexandrinis in vulgari consuetudine ἕστακαν· a Laconibus ἔττακαν. — Ad vivum expressa, ἔτυμα dicuntur, et ἐτύμως, *vere*, sive picta, seu
p 375. A. sculpta. In epigrammate legitur *Erinnae*:

Ταύταν γοῦν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν,
Αἴκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἧς κ' Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

pervenustum *Nossidis* epigr. primus publicavit *Bentleius*:

Αὐτομέλινα τέτυπται· ἰδ' ὡς ἀγανὸν τὸ πρόσωπον·
Ἄμμε ποτοπτάζειν μειλιχίως δοκέει.
Ὡς ἐτύμως θυγάτηρ τῷ ματέρι πάντα ποτῴκει·
Ἦ καλὸν, ὄκκα πέλοι τέκνα γονεῦσιν ἴσα.

Eiusdem *Nossidis* vitiatum epigramma longe magis etiam corrupit *Olearius*: quale dederat *Olearius*, ad reliqua *Nossidis* adiecit *Wolfius* p. 90, XII, cum hac inscriptione εἰς εἰκόνα Ἀφροδίτας, quam absurdam esse posterius distichon satis monstrat:

Ὡς ἀγανῶς ἕστακεν· ἴδ' ἁ χάρις ἁλίκον ἀνθεῖ.
Χαιρέτω· οὔ τινα γὰρ μέμψιν ἔχει βιοτᾶς.

εὔχαρις pro ἄχαρις posuit *Olearius:* in meo legitur apographo *Antholog. MS.* B.

Ὡς ἄγαν ὡς ἕστακεν ἴδ' ἁ χ.

quorum hoc certe sincerum est; illud primum ex *Theocrito* mutandum putabam in

Ὡς ἐτύμως ἕστακεν· ἴδ' ἁ χάρις ἁλίκον ἀνθεῖ.

sed et in ultimo quod legitur *Nossidis*,

ἴδ' ὡς ἀγανὸν τὸ πρόσωπον

commendabat

Ὡς ἀγανῶς ἕστακεν.

verum sine alia inscriptione velut Νόσσιδος prostat in meo libro hoc epigramma; sic autem ibidem prius legitur distichon:

Τὸν πίνακα ξανθᾶς καλλώδομον ἐς Ἀφροδίτας
Εἰκόνα γραψαμένα πάντ' ἀνέθηκεν ἴσα.

Ultimam vocem si mutes in ἴσαν, et, cum *Piersono* in ora libri, pro καλλώδομον, si scribas, C.

Τὸν πίνακα ξανθᾶς Καλλω δόμον ἐς Ἀφροδίτας

suo loco relinqui lectiones poterunt minus feliciter ab *Oleario* excogitatae.

VI. 82. Ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι] Hoc dubites, an ἐνδινεῦνται scripserit *Theocritus*: ἐνδινεῦνται vulgato praetulisse videtur *Hemsterhusius*: et Δινεῖν et Δινεῖσθαι, ut ab aliis, sic adhibentur in his carminibus: Eid. XXIV, 10. Alcmena δίνασε σάκος μέγα. in Eid. II, 30.

Ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, ἐξ Ἀφροδίτας
Ὡς κεῖνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύρῃσιν.

ut aeneus hicce rhombus circumrotatur, sic ille Veneris stimulo percussus circa fores nostras, frustra *obambulando versetur.* Atque etiam hic, nulla versus necessitate coactus, scribere potuit ἐνδινεῦνται; hoc vero facile in ἐν- p. 376. A.

δινεῦντι mutari, ubi proximum praecesserat ἑστάκαντι vel ἑστάκοντι. Quando vero Codices confirmant ἐνδινεῦντι, hoc ego quoque servandum arbitror. *Reiskius* scribit rationem Linguae Graecae, *vetustae illius et probae*, flagitasse ἐνδινεῦνται, *sed ista aetate, qua Theocritus florebat*, δινεῖν et δινεύειν pro δινεῖσθαι et δινεύεσθαι *sese circumagere in orbem*, fuisse usurpatum. *Reiskio* hac etiam in parte *Wartonus* adstipulatur. — Δινεῖν, instar multorum similium, vim habet activam vel neutram: significans vel aliud *rotare*, vel *semet ipsum*, sive *vagari*, *currere*, *versari*; quod plerumque forma media Δινεῖσθαι dicebatur.
B. Rectissime scripsit, et secundum veterem normam, *Apollon. Rhod.* χορῷ ἐνὶ δινεύεσαν· etc. *Homerum* scilicet imitatus, qui, cum saepius Δινεῖν et Δινεύειν active usurpaverit pro στρέφειν, pro στρέφεσθαι tamen eadem ponere minime dubitavit in Il. Σ. 494.

Κῆροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον.

Ibid. vs. 605.

— δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτὰς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μεσσάς.

quae totidem verba (neque ab ipso tamen Poëta repetita secundum *Aristarchum*, et *Diodorum Aristophanis* discipulum, apud *Athen.* IV. p. 180. C. E. hinc apud *Eustath.* in Od. Δ. p. 145, 44. 53.) leguntur in Od. Δ. 19. hic Ἐδίνευον in *Schol.* redditur κυκλόσε ἐστρέφοντο, ὠρχεῖν-
C. το· illic, Ἐδίνεον, ἀνεστρέφοντο, ἐκινεῖντο. *Hesychius*, Ἐδίνευον, ὠρχεῖντο. † Ἐδινεῖντο, περιεστρέφοντο. † Ἐδινον, ὠρχεῖντο. Scribendum: Ἐδίνεον, ὠρχεῖντο, ἐδινεῖντο, περιεστρέφοντο. † Ἐδίνευον, ὠρχεῖντο.

Vs. 83. Ἔμψυχ', ἐκ ἐνυφαντά.] Non absurde *Scholiastes* haec iungenda censuit: ὡς ἔτυμ' ἐνδινεῦντι Ἔμψυχ' ἐκ ἐνυφαντά. sic enim illa reddidit: ὡς ζῶντα ἀληθῶς συστρέφονται, καὶ ἐκ ἐνυφαντά εἰσιν. — Forte fortuna literae in aliquot Codd. et *Theocriti* et *Gregorii* de Dial. male sunt a se invicem distractae, ἔκεν ὑφαντά. hoc ut nullius pretii ne memorari quidem debuisset; nedum dubitari, an elegantius esset vulgato: aptissimum utique ἐνυφαντὰ, in-

texta. *Cicero* in Hortenſio apud *Nonium Marcell. v. Inanima; cum omnis*, ait, *ſolertia admiranda eſt, tum ea, quae efficit, ut, inanima quae ſunt, vivere ac ſpirare videantur*: ἵνα τὰ ἄψυχα ἔμβια δοκῇ εἶναι καὶ ἔμψυχα. *Aera* quae dicuntur a *Virgilio ſpirantia* Aen. VI, 848. *ſigna animoſa Propertio* III. El. VII, 9. Graecis ſunt Ἔμψυχα. *Antholog.* IV, c. VIII. ep. XI, p. 377. A.

Ἔμψυχον τὸ πλάσμα.

c. XII, ep. 30. κάλλος Veneris Apelles

Οὐ γραπτὸν ἀλλ' ἔμψυχον ἐξεμάξατο.

epigr. 7.

Τίς λίθον ἐψύχωσε;

Meleagri vid. epigramma editum a *D'Orvillio* in *Chariton.* p. 512. ſimilia leguntur in epigrammatis Latinis *Martialis* VI, ep. 19. VII, ep. 43. 83. et aliorum *Antholog. Lat.* Lib. I, ep. 79. II, ep. 71. III, ep. 234. elegantiſſimum Graecum eſt epigramma *Glauci* in Bacchantis effigiem paene viventem Scopae, quam deſcribit *Calliſtratus* p. 891. 892. Legitur illud *Anthol.* IV, c. III, 5. B.

Ἁ Βάκχα Παρία μέν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
Τὸν λίθον.

— marmor animavit Jculptor.
Aut ebur, impreſſis aurumve animare figuris,

dixit *Statius* Sylv. V, Ecl. I, vſ. 2.

Vſ. 83. Σοφόν τι χρῆμ' ὤνθρωπος] In his ἄνθρωπος vitioſum eſſet. Hominis ſolertiam, quam ſuo loquendi more mulier hic eleganter tribus verbis expreſſit, ubi multis enarrat Chorus *Sophocleus* in Antigone vſ. 337 — 375. haec etiam attulit, *Theocriti*, *Schöl.* ad vſ. 355. ſed ibi male vulgatur ἄνθρωπος, quomodo et in nonnullis legitur Codd. Ut hic χρῆμα, a *Cicerone negotium* positum putat *M. A. Muretus* V. L. II. c. V. aptius reſpondet *Ovidii* ex Ponto II. Epiſt. VII, 37. C.

Res timida eſt omnis miſer.

Martialis X. Ep. 59.

— Res eſt imperioſa timor.

Quod in talibus loquendi formis ſolet omitti, χρῆμα hic illic etiam apud veteres adeſt: in *Eurip.* Oreſte vſ. 70. ἄπορον χρῆμα δυστυχῶν δόμος. In *Platonis* Ione p. 534. B. κοῦφον χρῆμα ποιητής ἐστι, καὶ πτηνὸν καὶ ἱερόν. Apta quaedam dedit *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. p. 150.

Vſ. 84. Αὐτὸς δ' ὡς θνητὸς]. Haec eſt vera ſcriptio; θνητὸς, quod exhibent cum aliquot Codd. tres Edd. primae Mediol. Veneta, Flor. non eſt Theocriteum: θάνμα
p.378. A. legitur in Eid. I, 56. θαεῖτο in Eid. XXII, 200. Ionica ſunt θνητὸς, et θνέετο. — Recte etiam ſe habet quod ſequitur, — ἐπ' ἀργυρέῳ κατάκειται Κλισμῷ. neque adeo mutari debuerat.

Optime Adonis in vſ. 86. dicitur Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις. neque Dorice ſcribebatur τριφίλητος, quod in Codd. eſt nonnullis et in duabus primis Edd. — Denique mutandum non eſt, ὃ κήν Ἀχέροντι φιλεῖται. *Reiskio*, non tamen ignoranti ὃ ſaepe a Poëtis poni pro ὃς, placebat φιλητὸς hoc in vſ. pro φιλεῖται. mihi vero φιλεῖται retinendum omnino videtur: conf. *Gregorius* de Dial. Dor. p. 151. *Valde* autem *dilectus* dici potuit more uſitato Τριφίλατος· ut contra *omnium odio dignus* dictus fuit Τρισέχθιστος ἄνθρωπος, teſte *Phrynicho* in *Sophiſt. Appar. MS. deſideratiſſimus* Adonis τριπόθατος. Aliam etiam epitheti dat hoc in loco rationem *Scholiaſta*: ὅτι ὑπὸ τριῶν
B. ἐφιλήθη, Διός, Ἀφροδίτης, καὶ Περσεφόνης ἐν Ἅδῃ. quoscunque iuvenes illuc abriperet, amaſſe fertur a Poëtis Proſerpina: pro Διός forte ſcripſerat Grammaticus nomen Διονύσου. *Phanoclis* ex elegia notiſſima hoc diſtichon ſervavit in Sympoſ. *Plutarchus* T. II. p. 671. C.

Εἰδὼς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος
Ἥρπασεν, ἡγαθέην Κύπριν ἐποιχόμενος.

Vſ. 87. 88. Ἀνάνυτα κωτίλλοισαι Τρυγόνες.] Hos etiam *verſus*, *ab interpunctione prava laborantes*, *emendatius* exhibui cum *Hemſterhuſio*, et in libro ſuo ſic emendante, et in Auctario Emend. in *Heſych.* T. II. p. 974. ad Πλατειάδδοντες. Sic etiam *Reiskius* locum iam ante emendate ediderat, quam iſta *Hemſterhuſii* publicarentur.

Verum hic non vidiſſe *Toupium* conſtare poterit eius in C.
Suidam Emend. conferenti P. III. p. 259. — In Edd. legebantur iſta hoc modo diſtincta:

> Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.
> Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλ. ᾱ.

Ut ſaepius, hic etiam fingebatur ellipſis voculae ὡς, ante Τρυγόνες omiſſae. *Garrulae* mulieres eleganter ab Alexandrino Τρυγόνες vocantur *ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.* Mulieres *loquaculas* hic *turtures* dictas *Eraſmus* iam viderat, ubi proverbium attigit Graecum, Τρυγόνος λαλίστερος· quae, cum dixiſſet in Plocio *Menander*, vim obtinuerunt adagii: vid. *Zenobius* Cent. VI. Prov. 8. et *Aelianus* de N. A. XII. c. X. Huc quadrant quae non vulgatiſſima tradit *Euſtathius* ad *Hom.* Il. I. p. 651. 7. Ἔστι Τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν, ἐξ ἃ καὶ Τρυγών· ἣν ἡ παροιμία ἐπὶ σκώμματι τῶν πολυλογούντων παραλαμβάνει, λαλιστέρας τρυγόνων τοὺς τοιούτους καλοῦσα. nonnullis tum interiectis, quae hic rectius omittentur: τῇ μέντοι, ait, πλασματογραφεμένῃ λάλῳ γυναικὶ προσφυὴς ἡ τοιαύτη παροιμία κωμικώτερον. Hoc in carmine, quantum valeret in urbicarum mulierum ingenio exprimendo, elegantiſſimo ſpecimine Poëta demonſtrare voluit. — Κωτίλλειν, *garrire*, et κωτίλαι mulieres aeque dicuntur, ac *garrulae* aviculae: de mulieribus exempla *Toupii* dabunt in *Suidam* Emend. P. III. p. 259. Apud *Suidam* in v. Κωτίλη, quibus *Davidis* nomen legitur praefixum, verba videntur *Aeliani;* quae his ſubiiciuntur ſunt ex Pſalterio. Luſciniae, λάλοι, dicuntur, et κωτίλαι ἀηδόνες, πολυκώτιλοι a *Simonide* apud *Etymologum* in Χλωρὶς ἀηδὼν p. 813, 8. Ovum ſuum *Simmias Rhodius* vocat Κωτίλας ἄτριον ματέρος Δωρίας, B.
texturam garrulae luſciniae Doricae: ſemet ipſe ſic Poëta deſignat: *Scholiaſtes* in Cod. *Iſ. Voſſii:* τοῦτο τὸ ὠὸν ὁ ποιητὴς φησὶν ἐξ ἀηδόνος γενέσθαι, καὶ (*id eſt*) τῆς ἑαυτοῦ φροντίδος. Hirundinem κωτίλην dictam *Scholiaſta* teſtatur ad hunc verſum *Theocriti*: Κωτίλλοισαι, ἤγαν πολυλογοῦσαι. κωτίλην γὰρ λέγουσι τὴν χελιδόνα. *Garrula* dicitur *hirundo* a Virgilio Georg. IV, 307. et ab aliis. Non abſurde *Muncker.* ad *Fulgentium*, p. 11. ſuſpicabatur, *Pro-*

P. 579. A.

clum in *Anacreontis* versu legisse, Τί κωτίλη χελιδών; Od. XII, 2. Certe voces istas in Anacreonteis legisse *Proclum* liquet ex eius Comment. in *Hesiodi* E. κ. H. vs. 572. neque hoc negare ausus est, ubi centena verba profundit, *Pauwius*. Thebanos propria velut adpellatione Κωτιλάδας vocasse τὰς χελιδόνας, scripsit in Phoenissis *Strattis*
C. apud *Atheni.* XIV. p. 622. A. conf. *Casaubon.* ad *Theophr.* c. VII. p. 74. — Tandem bene *Reiskius* vocem hic Ἀνάνυτα interpretatur, quam aliquoties adhibuit *Plato*: Phaedone p. 84. A. Soph. 264. B. Gorg. p. 507. E. de Rep. VII. p 531. A. de LL. IV. p. 714. A V. p. 735. B. ultimo loco *vanus et irritus labor* dicitur μάταιος πόνος καὶ ἀνήνυτος: talis Sisyphi cum fuerit in saxo volvendo, dici videtur ab Axiochi incerto *Auctore* p. 166. Σισύφε πέτρος, ἀνήνυτος; ubi a Codice *Stobaei MS.* vox πέτρος aberat: neque tamen huic aliam subiectam vellem.

VI. 88. Ἐκκναισεῦντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.] Pro πλατυάσδοισαι, quod in plerisque Edd. in nonnullis etiam est Codd. πλατεάσδοισαι erat in duabus Edd. primis Mediol.
p. 380. A. et Ald. absurdam lectionem πλατείας δοῦσαι exponere tentabat Corinthi Metropolita de Dial. Dor. p. 154. Veram scripturam Florentina iam dabat Ed. Iuntae, πλατειάσδοισαι· hanc optimi Codd. exhibent Florentini, et Romanus Cardin. Ottoboni, ab Aurato detectam, probatam a *Salmasio*, *Hemsterhusio*, aliis, sed inprimis ab *H. Stephano* Thes. L. G. III. p. 354. A. B. Miror cur πλατυάσδοισαι in πλατυιάσδοισαι mutatum *Toupius* voluerit in Addendis in *Theocr. Wartoni* T. II. p. 399. Observata *Stephani*, *D. Heinsii* L. T. p. 367. a. *Vavassoris* inprimis de Ludicra Dict. p. 23. et *T. Hemsterhusii* in Auctario Emend. in *Hesych.* ad Πλατειάδδοντες, qui legerit, super hoc verbo Πλατειάζειν vel Πλατειάσδειν, significante, *ore in latum diducto*, *Dorico more loqui*, plura non requiret. — Sed vicinum Ἐκκναισεῦντι, quod ne in Indicem quidem
B. Thesauri recepit *H. Stephanus*, vellem nobis enodasset, quod neque attigit *T. H.* Verbum vulgatum redditur in Scholio Cod. Flor. ἀποκναίσειν ἡμᾶς καὶ διαπνίγεσιν· quorum prius etiam est in Cod. Parisino: ad formam verbi

emendandam Codices nihil iuvant; in quorum nonnullis verbum vulgatum; una litera minus, ἐκναισεῦντι, vel ἐκνεσεῦντι, est in Vaticanis, et Florentinis; in horum uno, ἐν σκῆν εὖντι, in alio, ἐν σκηναῖς εὖντιω — *Heinsii* non quidem verisimilem, nec tamen absurdam, coniecturam, legentis Τρυγόνες ἐκ ναύσοιο vel νάσοιο, in Poëtis interpretandis ad *Heinsium* non aequiparandus, *Palmerius* satis acerbe repellit, ipse verbum fingens ἐκναίω, cuius futurum fuerit Doricum ἐκναισεῦντι. a simplici κναίω unde ἀποκναίειν, *obtundere*, *enecare*, arbitratus *eodem significatu* C. *sumi posse* verbum ἐκναίω. haec legi poterunt in Exercit. viri historiae veteris peritissimi p. 806; quot verba, tot propemodum errores. Quod ipsi tribuitur in *Wartoni* Collectaneis, ut suum non agnoscet *Reiskius*; neque etiam mirificum illud quod in Indice legitur verbum Ἐκκναισεῖν· quod *Aemil.* tamen *Portus* in Lex. Dor. pro legitimo habuit: tempus futurum *Reiskio* fuisse visum, eius monstrant Latina in Animadv. *neminem non enecabunt suo platyasmo.* — In Libro *Is. Vossii* haec leguntur ut *Salmasii*: „Legendum suspicor ἐκκνυζεῦντι, *gannium*: hanc „veram lectionem arbitror." Non illam quidem veram arbitror, talem tamen, quae viam monstret ad veram detegendam. Primum omnino censeo praesens hic tempus requiri; quod monstrant et interpretamenta *Scholia-* p. 381. A. *stae*, *Tzetzae*, et *Gregorii* de Dial. Dor. διαφθείρασι, φλυαρᾶσι, aut etiam διαλέγονται, quod, olim in Schol. ad *Theocr.* lectum, praebet *Schol. Hermogenis*: vid. *Koenius* ad *Gregor.* p. 153. Deinde suspicor veram vocis scripturam esse

ἐκκνυσδᾶντι πλατειάσδοισαι ἅπαντα.

ore suo patulo garrientes omnia deformant et *corrumpunt.* In κνάω, κναίω, κνίω, κνίζω, κνύω, prima vis est *radendi*; inter ceteras illinc ductas est illa *foedandi* vel *corrumpendi*: *foeda scabies* κνύος dicebatur. a κνύω κνύζω. hinc κνυζάω· κνυζέω· et κνυζόω· quae formae omnes supersunt: postremam *Homerus* adhibuit in Od. N. 401.

Κνυζώσω δέ τοι ὄσσε, πάρος περικαλλέ' ἐόντα.

quodque se facturam Minerva pollicebatur, vs. 433. ocu-

los ipsi κυύζωσε, *deformavit*. *Schol.* κυυζώσω reddidit ξυ-
B. σώσω, ἀπρεπεῖς καὶ ῥυσὰς ποιήσω, — καὶ κακώσω. *Homeri* verbum egregia de adsinibus observata nobis peperit *Herodiani*, custodita ab *Eustath.* in Od. N. p. 523. a vs. 22 — ad 49. In Homerico interpretando sequi se dicit *Herodianus Philoxenum*, illud a κνύω repetentem: ἕτεροι δὲ, inquit *Eustath.* Ibid. vs. 50. κνυζῶσαι φασὶ τὸ διὰ ψώρας αἰσχῦναι· Κνύζα γὰρ, φασὶν, ἡ ψώρα. certe κνύος dicebatur *scabies*: *Eustathii Herodianus* adfert ἐκ τῆ παρὰ Ἡσιόδῳ Καταλόγῳ περὶ τῶν Πρωτιδῶν,

Καὶ γάρ σφιν κεφαλῆσι κατὰ κνύος αἰνὸν ἔχευεν.

Apud *Etymologum* p. 522, 50. ex *Philoxeno* verbum in *Homeri* loco redditur per κακῶσαι καὶ διαφθεῖραι: paulo post, vs 54. εἴρηται δὲ, ait, κνυζοῦν τὸ ξύειν παρὰ Δωριεῦσι καὶ τὸ ἀχρειῶν. Φιλόξενος. verbum autem Doricum hoc in versu *Theocriti* apte haerebat ἐκκνυζῆντι, vel, quod
C. malim, ἐκκνυσδῆντι. Ne prima quidem verbi potestas a Poëta videtur neglecta: ore Dorico Sicularum mulierum deformata delicatas hominis Alexandrini aures *radebant*.

Vs. 89. Μᾶ, πόθεν ὤνθρωπος;] *Wartonum* non adeo, sed *Toupium* miror, cur illud Μᾶ mutatum voluerit: *Wartonus* corrigere se scribit ΓΑ, ποθεν ωνθρωπος; si nihil aliud addidisset, videri posset Γᾶ legisse, *ô terra*. Sed addit ΓΑ *pro* γε. At vero ΓΑ nunquam versum Doricum; — neque Atticum, aut etiam periodum, ordiri potest γε. Hoc etiam e *Bentlejo* discere potuisset *Wartonus*. *Toupius* scripsisse Poëtam suspicatur:

Πᾶ; πόθεν ὤνθρωπος;

et dat Latina: *Ubi natus es? Unde ortus es?* Homerica
p. 382. scilicet sunt, Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; ad haec ista respon-
A. dent, τις; πόθεν γεγώς; in *Eurip.* Phoen. v. 124. tria interrogat *Euripidis* Helena v. 85. Ἀτὰρ τίς εἶ; πόθεν; τίνος; ad τίς; et τινος; suum nomen Teucer et paternum reponit; ad πόθεν, unde esset domo; multum distant in talibus τίς ἐστι; et τί ἐστι; non vulgaria traduntur in *Schol.* ad *Soph.* Aj. v. 1283. Diversissima etiam quaerit dicens,

dicens, Τίς ἐστιν ἄτος; et, ut hoc utar, τίς ἐστι Ξένοφῶν; In *Xenophontis* K. 'Α. VII, p. 242, 21. ἐρωτώντων — τίς ἀνὴρ εἴη Ξενοφῶν, ἀπεκρίνατο, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα εἴη ἐ κακὸς, φιλοστρατιώτης δέ. vid. p. 244, 42. — Sed hanc coniecturam, ut opinor, ipse *Toupius* reiecit retractatam: Πῇ, vel πᾷ *Theocriti*, vel πεῖ *Sophronis*, nunquam in talibus interrogationibus pro τίς poni potuit; aut significare, *ubi natus es?* — *Reiskium* laudo, qui servandum statuit, B.
quod hic legit *Eustathius*, Μᾶ. Priscum illud Μᾶ commemorat *Eustath.* ad *Hom.* Il. Λ. p. 797, 3. ubi inter varias μιμητικὰς φωνὰς ponit καὶ τὸ Μᾶ παρὰ Θεοκρίτῳ· paulo ante, ex *Hermippi* comoedia servatum a veteribus, posuerat Βᾶ, ἐπίῤῥημα, — ὅπερ εἰώθαμεν ἀντεμβοῶντες λέγειν. Neque Βᾶ illud *Hermippi* alibi, ut puto, *Toupius* reperiet; qui huiusmodi multa legerat in unum locum congesta apud *Suidam* in Ἐποποῖ· hoc Scholion legit in Codice *Theocriti* Paris. Cl. *Ruhnkenius*, Συρακούσιον τὸ Μᾶ ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον· unde corrigi poterunt quae dedit ex Cod. Florent. *Wartonus* I. p. 226. — Sed quidni indignantis Gorgonis Theocriteum Μᾶ, (quale Atticorum Δάματερ interdum cum indignatione admirantis est,) censeri poterit pro Μᾶτερ hic etiam positum? vid. *Porti* Lex. Dor. in Μᾶ. *Eustathius* in Il. E. p. 428, 52, C.
ubi de verbo agit Homerico Παππάζειν, ἐκ τῆς λέξεως, ait, ταύτης, καὶ ὁ πάππος καὶ πάππας, αὐτὸς ὁ πατὴρ Πᾶς λεγόμενος μονοσυλλάβως κατὰ βρέφος προσφώνησιν, καθὰ φασὶν οἱ παλαιοὶ, ὥσπερ καὶ Μᾶ ἡ μήτηρ. In *Aeschyli* legitur Suppl. v. 897. et 906. Μᾶ γᾶ, Μᾶ γᾶ, in Scholiis, Ὦ μῆτερ γῆ. Vel hinc constare puto, pro Πᾶς, apud *Eust.* Πᾶ recte a me correctum ad *Herodot.* IV. P. 307. ubi occasione Scytharum Dei O. M. Παπᾶ, vel Παπαῖ, (*Patris*) plura a me notata sunt: conf. supra scripta in Adoniaz. p. 306. A. Apud *Festum* in his: *Pa pro parte, et Po pro populo positum est in Saliari carmine*; viri docti non viderunt scribendum una litera transposita, *Pa pro patre.* — Vulgatur in *Aeschyli* Suppl. v. 908. Ὦ βᾶ γᾶς· παῖ Ζεῦ· *Scholiasta*, dum reddit, Ὦ πάτερ Ζεῦ, γῆς παῖ, legisse videtur, Ὦ παῖ γᾶς πᾶ Ζεῦ. Sed *Scaligero* Βᾶ positum videbatur pro βασιλεῦ· qualia plura ex *Strabone* et p.383. A.

Euſtath. legi poterunt apud *Maittairium* de Dial. p. 334. Ut autem in *Aeſchyli* dramate puellae clamant Peloponneſiacae, Μᾶ γᾶ, hoc ipſum partim adhibuiſſe videtur *Theocriti* Gorgo, Πελοπονναστὶ λαλεῦσα,

Μᾶ πόθεν ὤνθρωπος; τί δὲ τίν, εἰ κωτίλαι εἰμές;

eleganter iſta ſic expreſſit *M. A. Muretus* V. L. II, c. xx, *quaeſo, quid hoc tandem hominis eſt? quid vero tua refert, ſi garrulis eſſe nobis libet?* — Τί δὲ τίν; in ſermone quotidiano ſic loquebantur etiam Attici: *τί τᾶτ' ἐμοί; τί σοι τᾶτ' ἐστίν; quid mea id refert? quid tua? Ariſtoph.* Eccleſ. v. 517.

Αὕτη, πόθεν ἥκεις, Πραξαγόρα; Π. τί δ' ὦ μέλε,
Σοὶ τοῦτ'; Β. Ὅ, τι μοὶ τοῦτ' ἐστίν;

B. Theſm. v. 505.

εἰ δὲ Φαιδραν λοιδορεῖ,
Ἡμῖν τί τοῦτ' ἔστ';

et Lyſiſtr. v. 514.

VI. 90. Πασάμενος ἐπίτασσε] Pro Πασσάμενος, cuius loco legitur etiam in uno Flor. Cod. σπασάμενος, in alio Flor. et Vatic. παυσάμενος, ſic legendum iam olim videram ex *Etymolog. M.* p. 681, 54. et monuerat *M. A. Muretus* V. L. II c. XX. Hoc cum in Codice Vatic. legatur, cumque *Toupio* placuerit et aliis, tanquam genuinum, recipere non dubitavi. — *Joannem Brodaeum* ſequutus in Miſcell. II, c. 26. alieno *Plauti* loco, vulgata lectione deceptus, haec admovit *Salmaſius* in Menaechm. V, Sc.
C. I, 42. ubi iſta Πασσάμενος ἐπίτασσε Latina fecit: *ubi nos alueris, impera.* conf. *Salmaſ.* de Modo Uſur. p. 164. Alia duo loca *Plauti* cum his, Πασάμενος ἐπίτασσε, multo rectius contuliſſet; ex Perſa A. II, Sc. IV, 2.

Emere oportet, quem tibi obedire velis:

et ex Trinum. A. IV, Sc. III, 54.

Emere melius eſt, cui imperes.

vel haec *Caecilii* Comici apud *Nonium*, in v. *Auſcultare,*

Audire, ignoti quod imperant, ſoleo; non auſcultare. Eſt enim Πασάμενος, *quum nos*, ſive emtione, ſeu alio modo, *tibi acquiſiveris*: Πάσασθαι, idem ac Κτήσασθαι, notat *ſibi comparare*, vel *acquirere*: qui ſibi quid acquirendo paravit, eſt *poſſeſſor*; hinc Πεπᾶσθαι, aeque ac Κεκτῆσθαι eſt *poſſidere*. In πέπανται, *poſſident*, errat *Olearius* ad *Philoſtr.* p. 246. et in *Archytae* πέπαται *Meibomius* p. 674. Ed. *Galei* Amſtelod. Id ipſum eſt apud *Xenoph.* K. 'A. III. p. 182, 7. in K. Π. III. p. 49, 26. ex Cod. omnino Πέπασθε ſcribendum pro κέκτησθε· quod male tuetur *Hutchinſon* p. 225. qui verbum eſſe Xenophonteum diſcere potuiſſet ex *Sylburg.* ad l. *Etymol. M.* In πέπαμαι et in πεπαμένος litera ſaepe μ male legitur duplicata, velut apud *Themiſt.* in Orat. p. 274. A. p. 307. A. et hic illic in Anthologia. Praeteritum tempus, iam a *Theognide*, *Solone*, *Pindaro*, *Pythagoreis*, *Euripide*, adhibitum, multo frequentius occurrit quam Πάσασθαι. Πασαίμεσθα ſignificat *acquiramus* in *Callim.* h. Cerer. v. 128. Nec a Grammaticis ſaepe repertum monſtrat ex Lexico Trag. in *Heſychii* receptum: Ἐπάσω, ἐκτήσω· Αἰσχύλος Πρωτεῖ Σατυρικῷ. p. 384. A.

VI. 90. Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις;] Recte indicabat *Toupius*, eleganter idem verbum repeti: nihil enim cauſae eſt, cur quod in omnibus legitur Codd. Π. ἐπίτασσε mutaremus ex *Etymolog.* M. ubi forte fortuna ſcribitur Πασάμενος ποτίτασσε. et ab Atticiſmi magiſtris Ἐπιτάττω καλλιον cenſetur ἢ προστάσσω. — Pro ἐπιτάσσεις, *T. Hemſterhuſius* in libro ſuo correxerat ἐπιταξεῖς; — Συρηκοσίαις (hanc formam vulgatae forte quis praeferat) ἐπιταξεῖς; *tune Syracoſiis mulieribus imperabis?* Minime etiam abſurda eſt lectio, quam in hoc verſu praebet *Etymologicon Leidenſe MS.* Συρακοσίαις ἐπιτάσσειν; inprimis ſi litera repetita nonnihil adiuvetur: Συρακοσίαις σ' ἐπιτάσσεν; *tene in Syracoſias imperium exercere!* In *Ariſtoph.* Avibus v. 1604. pro Ἀποστερεῖς, in antiquiſſima membrana Bibl. Leidenſis recte legitur: B. C.

Ἀποστερεῖν τὸν πατέρα τῆς τυραννίδος;

Ut aliis, placuit et is infinitivus indignantis *Ciceroni*: Or. pro Q. Roſcio c. 1, *eſſene quemquam tanta audacia praeditum, qui — id petere audeat!* Philipp. III, c. VII, *ô admirabilem impudentiam! — in eum adoleſcentem hoc ſcribere audere, quem — certatim amamus!* Epiſt. ad Fam. XIV. Ep. 2. *te nunc, mea Terentia, ſic vexari; ſic iacere in lacrymis et ſordibus; idque fieri mea culpa!* *Horatius*, et alibi, et II Sermon. VIII, 67.

Tene —— torquerier omni
Sollicitudine diſtrictum!

Demoſth. c. Midiam p. 377. §. 389. ἀλλ' ἐκ ἂν εὐθέως εἴποιεν, τόνδε τὸν βάσκανον· τόνδε τὸν ὄλεθρον, τοῦτον δὴ
p.385. A. ὑβρίζειν; Dantur multa ſimilia, (qualia leguntur ad *Eurip.* Phoen. p. 572. 573.) nihil forte Demoſtheneo vehementius.

Vſ. 91. Ὡς εἰδῆς] Literam hic libenter admitterem interiectam,

Ὡς δ' εἰδῆς καὶ τοῦτο, Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν·

— Vſ. 92. Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες. Sic ex Cod. MSS. cum *Mureto*, *D'Orvillio*, *Reiskio*, ſcribendum erat pro Πελοποννησιστί. Πελοποννασιστὶ dat Ed. Flor. Iuntae; quod Codices etiam praebent *Gregorii* de Dial. Dor. p. 154. ſed indignus erat *Gregorius*, quem in hac forma probanda *D. Heinſius* ſequeretur p. 367. abuſus etiam hac in re loco *Heſychii*, et *Palmerius* Exercit. p. 8. 6 de genuina ſcriptura *Koenius* quaedam notavit: vitioſa vel in
B. primis eſt illic memorata ſcriptio Πελοποννασαστί. Συρι-στὶ et Ἰδοκιστὶ leguntur *Meſaiae* XXXVI, 11. rarius βοϊστὶ λαλεῖν apud *Porphyr.* de Vita Pythag. p. 31.

Haec autem Theocritea *D'Orvillius* adhibuit ad iſta *Charitonis* L. VII. p. 118, 17 Ἕλλην εἰμὶ, Συρακόσιος, γένος Δωριεύς. Sed ad hanc muliercularum magniloquentiam,

Συρακοσίαις ἐπιτάσσεις; vel σ' ἐπίτασσεν;
Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν.
Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες.
Δωρίσδεν δ' ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι.

apte respondet gravis ista Syracusii Hermocratis oratio *Thucydidea* L. VI, c 77. ubi, *monstrabimus*, inquit, *Atheniensibus*, ὅτι ἐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶ, οὐκ Ἑλληνσπόντιοι, καὶ νησιῶται, — ἀλλὰ Δωριεῖς, ἐλεύθεροι ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. haec superbia, magnis C.
meritis quaesita, non dedecebat excellentem patriae libertatis defensorem; et congruit illa vel inprimis mulierum, quae hic fabulantur, personae: alia quaedam *Thucydidis* loca indicavi ad *Herodot.* III. p 224, 36. Sed ista quae protuli, scribens, cogitabat, ut puto, *Thucydides*, et refutatum volebat superbius oratoris Attici dictum *Herodoteum* L. VII. c. 161. Συρηκοσίοισι, ἐόντες Ἀθηναῖοι, συγχωρήσωμεν της ἡγεμονίης; quibuscum ista *Thrasymachi*, Ἀρχελάῳ δουλεύσωμεν Ἕλληνες ὄντες βαρβάρῳ, comparavi Diatribe in Euripidea p. 211. B. Illud non erat omittendum quod *Scaliger* animadvertit in *Euseb.* p. 76, *Theocritum* Syracusas Ἐφυραῖον ἄστυ vocasse, *propter Archiam et colonos indidem Corinthios*: locus est in Eid. XVI, 83.

Κούρη θ', ἃ σὺν ματρὶ πολυκλήρων Ἐφυραίων p. 386.
Εἴλαχας μέγα ἄστυ παρ' ὕδασι Λυσιμελείας. A.

Vs. 94. Μὴ φυῇ, Μελιτῶδες.] Ut Gorgo Cererem *Matrem*, sic Sicilienses etiam Praxinoë *Liberam* invocat, sive τὴν Κόρην Proserpinam, Μελιτώδη, *Mellitam*, quoque dictam tradidit, praeter *Scholiasten*, unus, opinor, *Porphyrius*; quo teste sumus contenti. Primus ad haec illustranda *Porphyrii* verba protulit ex libello de Antro Nymph. *Muretus* V. L. II. c. XX. *Muretum* sequutus, *Menagius* ad *Diogen. Laërt.* I, 94 eius inventis quaedam addidit non magni momenti; nec vidit hoc in scholiis ἱερείας restituendum, quod *T. Fabrum* non praeteriit, neque eius filiam; cuius notam vid. in *Callim* h. Apollon v. 110. Nihil tanquam *Salmasii* in libro Vossiano no- B.
tatum invenio; sed in notis ad *Hesych.* ubi vulgatur Μιλίτης, Ἀφροδίτης· ordo autem literarum postulat Μιλύττης, ut *Salmasii* legitur in hunc *Theocriti* versum coniectura, quae quid sibi velit equidem minus adsequor: scribi forte voluit: Μὴ φύειν, Μελιτη, ὅ κεν ἁμῶν καρτερὸς εἴη. In *Hesychio* scil. scribendum putabat *Salm.* Μελίτης,

Ἀφροδίτης· ubi verum nomen indicasse videtur *Is. Voss.* a quo longe diversus abit *Toupius* Emend. in *Suid.* II. p. 159.

Vs. 94. Ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη.] Optime *Scholiastes* interpretatur, μηδεὶς γένοιτο (Μὴ φυῇ) — ἄλλος ἡμῶν κύριος. — Esse comparativum κάρτερος a positivo κάρτος, minus cogitate scripsit vir Doctiss. cui tum forte non occurrebant adiectiva κρατερὸς, μαλερὸς, σταθερὸς, σφαλερὸς, τακερὸς, et similia. Frequens *Theocrito* καρτερὸς hoc uno in loco genitivum habet adiunctum; et significat
C. καρτερὸν εἶναι τινὸς, *imperium in aliquem exercere*, atque adeo κύριον εἶναι τινός. Hoc loquendi genus quibus innotuit, non tamen animadvertisse videntur, sic iam *Homerum* scripsisse in Od. O, 533.

Ὑμετέρη δ' οὐκ ἔστι γένευς βασιλεύτερον ἄλλο
Ἐν δήμῳ Ἰθάκης, ἀλλ' ὑμεῖς καρτεροὶ αἰεί.

ubi nomen Ἰθάκης aeque ad καρτεροὶ pertinet atque ad vocem δήμω. *Scholiastes Homeri*: Καρτεροὶ, δεσπόζοντες, ἐγκρατεῖς. ἐλλείπει δὲ τὸ ἔσεσθε. *Homerum* sequutus *Archilochus Asiae imperantem* Ἀσίης καρτερὸν dixit: *Eustathius* in *Hom.* I. p. 587, 24. vocem καρτερὸς interpretatus δεσπόται, ἐγκρατεῖς. haec addit, aliunde, ni fallor, nobis ignota: ὡς καὶ, Ἀρχίλοχος, Ἀσίης καρτεροὶ μηλοτρόφου, ὅ ἐστιν ἄρχων. Ab optimis postea scriptoribus neglectum
p.387. A. loquendi genus recentiores in usum revocarunt: quatuor ex his exempla *Suidas* nobis in Καρτερὸς subministrat: ἐδύνατο καρτερὸς (id est ἐγκρατὴς) εἶναι τῆς πόλεως. — αὐτὸς ἐγὼ, ἐν ᾧ ἔτι Ἀρμενίας καρτερὸς ἦν. quae *Suidas* dedit, non vetera ista, *H. Stephanus* attigit in Thes. L. G. II. p. 1595. B. C. conferantur a Clar. *Hemsterhusio* observata ad *Hesychii* Οὐ καρτεριάδδει.

Vs. 95. Μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.] Hic etiam multo facilius, quid non sit, quam, quid verum sit, dixeris: fungar itaque et hic vice enarratoris, cui modestum placet *Erasmi* iudicium in Adag. *Ne mihi vacuam abstergas;* ubi sensum dicti Theocritei sibi nondum satis liquere fatetur:

omnibus, quae ſuper hoc verſu ſcripta ſunt, expenſis, veritas mihi hic quoque latere videtur. *Toupius* „Lego, in- B.
„quit, et diſtinguo, — Πλὰν ἑνὸς οὐκ ἀλεγω, μὴ μοι κονιαν
„ἀπομάξῃς. — *Unum tantum meſuo ne pulverem in me*
„*abſtergas.* — Huc egregie facit Lucas X, 11. Καὶ τὸν κο-
„νιορτὸν — ἀπομασσομεθα ὑμῖν. Quod plane geminum
„germanum eſt." *Joſ Scaliger* Emend in h. l. p. 228.
illud πλὴν ἑνὸς, ait, *male coniungitur vulgo cum ſuperiori verſu: unum tantum timeo, inquit, ne violentiam in nos exerceas*, etc. Κονίαν legendum ut *I.*, cenſuerat *Muretus* V. L. II. c. 20. his additis: *Non vereor, ne in me pulverem abſtergeas, id eſt, ne me impune contemptam, ac deſpicatam habeas.* His ceterisque *Mureti*, quem ne nominat quidem, uſus *Gilbertus Cognatus* in Adagio, *Excutere pulverem*, exhibet in Theocriteis κονίαν, *pulverem*, tanquam vulgatam lectionem, quam nusquam legerat niſi apud *Muretum;* ſed addidit etiam loquendi for- C.
mam ex libris ſacris, quae nihil mihi videtur habere cum Theocritea commune; cum illa ſignificatum Orientales voluerint, ne tantillum ſibi cum iis fore in poſterum negotii, quorum aedibus vel urbe egredientes pedum pulverem excuterent: vereor etiam ut *pulverem in aliquem abſtergere* dici poſſit κονίαν τινὶ ἀπομάξαι. — Plerique qui hunc locum tractarunt, vocem κενεὰν ſervandam ſtatuunt, *Auratus*, *Brodaeus*, *Scaliger*, *G Canterus*, *Caſaubonus*, alii: quod in Lect. *Theocr* p 273. ſe facturum pollicebatur *Caſaubon.* non praeſtitit in Comment. ad *Theophr.* Char. c. XI, p. 105 *Caſauboni*, atque adeo etiam *Scholiaſtae* veteris, ſententiam explicuit *D Heinſius L. Theocr* p 367. b. ſic interpretatus Theocritea: *Non vereor, ne tu qui mihi nihil admetiris menſuram abſtergas.* p.388.
monuerat paulo ante, quibus male vellent antiqui, his ſolitos menſuram abſtergere, τὴν χοίνικα ἀπομάττειν, *ne vel minimum darent ultra quam debebant*: unum inprimis adhibet in eam rem locum *Luciani*, hoc fere ſenſu memorantis χοίνικα ἀπομεμαγμένην T. III. p. 264, 29 In ultimo ſcholio ad *Ariſtoph.* Equit. vſ. 811. ſcribendum utique: Ἐπιχειλὲς μέτρον λέγεται, τὸ καὶ μὴ πλῆρες, ἀλλ' ἀπομασσόμενον (ubi vulgatur ἀπομεσάμενον) ut intelligi poſſit *men-*

ſura non cumulata, ſed cuius cumulus radio fuit vel *hoſtorio dirutus.* — In eamdem cum *Heinſio* ſententiam conſpirat *Salmaſius* de Modo Uſur. p. 164. Horum obſervatis quaedam adiecit non ſpernenda *Jac. Duportus* Praelect. in Theophr. p. 395. Eamdem interpretandi rationem probarunt *Ezech. Spanhem.* in *Callim.* h. in Del. p. 330.
B. *Sanctamandus*, cuius verba quaedam dat in Addendis *Wartonus* T. II. p. 356. et *Lamb. Bos* in Ellipſi Nominis χοῖνιξ, ubi *Mureti* nomen rectius omiſiſſet; vere ſcribens, vocem χεῖρα ſubaudiendam iudicaſſe *Brodaeum*, nempe in Miſcell. L. II, c. 28. Vocem κάρδοπον ſupplendam relinqui putabat *Reiskius*: *Palmerii* ſententia vix digna videtur memoratu. — Quae vero *Caſaubonus* ceterique dederunt, erudita quidem ſunt atque eleganter ſcripta, non tamen Theocriteis interpretandis ſatis accommodata. Nec proverbialis forma loquendi reperta fuit huius ſimilis; neque ellipſis iſta vocis χοῖνιξ ullo fuit exemplo confirmata: fac vero hanc ſimilemve ſupplendam relinqui; quomodo menſuram quis *vacuam* dici poteſt radio abſtergere? ſed κενεὰν χοίνικα ἀπομάξαι, qua tandem ratione ſignificabit *parca manu demenſa praebere?* Quod *Salvinius* in Florentino, in Pariſino Codice *Ruhnkenius* invenit, ἄπρακτον ἀποσπογγίσῃς· eſt illud, opinor, hominis indocti qui in iſta ſibi nota locutione κενὸν ἐξαποστεῖλαι vocem κενὸν recte redditam legerat ἄπρακτον. quique noverat Ἀπομάξαι ſignificare etiam σπογγιᾷ ἐκκαθαρίζειν, ſive ἀποσπογγίζειν. quorum hoc adhibet *Antiphon* Orator p. 134, 35. illud *Athenaeus* XV. p. 686. D. His animadverſis Lector incertior hinc abibit, quam venerat.

Vſ. 98. Ἄτις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἠρίστευσε.] In vſ. praecedente ſcribendum erat cum *Wintertono*, Ἁ τᾶς (non τῆς) Ἀργείας θυγάτηρ. ut paene ubique ſcribitur in his carminibus. — In hoc verſu cauſa latet ob quam Ἰαλέμα legendum cenſuerit *Muretus*. Non dubitare ſe
p. 369. A. dicit *Reiskius*, quin pro Σπέρχιν corrigendum ſit πέρυσιν, *anno ſuperiore*: πέρυσι ſcribi ſolet. *Caſaubonus* etiam in his lapſus eſt interpretandis p. 273. putans ſignificatum a Poëta, *victum fuiſſe Sperchin in cantu* τᾶ Ἰαλέμου·

Cantor ſic et hiſtrio fuerit Sperchis; cum contra *Toupio* Sperchis hic deſignari videatur nobilis ille Spartiata, *pro patria non timidus mori*: *Theocriti* verſum ſic ille cenſuit interpretandum: *Quae in canendo Sperchide, quod carmen lugubre eſt, primas tulit.* Illud primum tum ex iis quae protulit *Toupius* in Epiſt. ad *Warton.* et in Append. Notar. in *Theocr.* tum aliunde certum arbitror, ex praecedente noſtrum ita verſum ſupplendum; μέλλει τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν, — Ἄτις, καὶ Σπέρχιν (nempe ἀείδουσα,) ἠρίστευσε, ſive (ex Cod. MS.) ἀρίστευσε. *canticum in honorem Adonidis cantabit eadem illa, quae, carmen canens* B. *in Sperchin, victoriae praemium reportavit.* Ἀριστεύειν· νικᾶν· εὐημερεῖν· in talibus promiſcue uſurpantur. Τὸν Ἄδωνιν ἀείδειν, καὶ Σπέρχιν, dicitur, ut τὸν Ἁρμόδιον ᾄδειν· τὸν Τελαμῶνα· et ſimilia: ſic notiſſima in horum laudes cantica vocabantur. *Schol.* in *Ariſtoph.* Ach. vſ. 977. Ἐν ταῖς τῶν πότων συνόδοις ᾖδόν τι μέλος, Ἁρμοδίε καλούμενον. Canticum, *Harmodius* dictum, ſodalis Ariſtogitonis etiam laudes continebat: (vid. *Meurſii* Piſiſtratus c. XIV.) ut hic a *Theocrito* memoratum, Sperchis, ſi Lacedaemonius hic deſignatur, probabiliter etiam Bulidis erat honori dicatum. — Haec cum ſatis plana videantur, mirarer tamen vel maxime, illud canticum a *Theocrito* dictum *lugubre*; cum nil niſi laeta de duobus iſtis Spartiatis dici potuerint: Legatur *Herodotus* L. VII, c. 134 — 37. in Aſiam ad Regem profecti *tanquam morituri*, ὡς ἀποθανεύμενοι, laudibus ornati atque a Xerxe dimiſſi do- C. mum redierunt incolumes, ἀπενόστησαν ἐς Σπάρτην. Ut hoc uno tantum utar, Antipater *Luciani* (T. III. p. 513.) τά τοι καλὰ, inquit, καὶ παρ' ἐχθροῖς καλὰ, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς πανταχοῦ τίμιον· οὐδὲ κακίων ἐγὼ Ξέρξου, τοῦ Βᾶλιν καὶ Σπέρχιν τοὺς Λακεδαιμονίους θαυμάσαντος, καὶ, κτεῖναι παρὸν, ἀφέντος. *Scolio* itaque, ſive cantico convivali, vel hymno potius collaudari debuerunt, quam threno, vel lugubri carmine. Utar et hac in re uno tantum loco *Iſocratis* ex Panegyr. p. 74. A. εὕροι ἄν τις, ἐκ μὲν τοῦ πολέμου τὸ πρὸς τοὺς βαρβάρους ὕμνους πεποιημένους· ἐκ δὲ τοῦ πρὸς Ἕλληνας θρήνους ἡμῖν γεγενημένους· καὶ τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἑορταῖς ᾀδομένους, τῶν δὲ ἐπὶ — ταῖς συμφοραῖς ἡμᾶς μεμνη-

μένας. Suſpicor itaque τὸν ἰάλεμον alio hic ſenſu capiendum, quam huc uſque fuit factum. *Ieiunum* et *frigidum carmen* etiam ἰάλεμος dicebatur: *Heſych.* Ἰαλέμα ὠδή;
p.390. ψυχρὰ, ἀδενὸς ἀξία. καὶ παροιμία, ψυχρότερος — ἰαλέμου.
A. *Moeris*: Ἰάλεμος Ἀττικῶς σημαίνει — καὶ τὸν ψυχρὸν ἄνθρωπον. *Hermogenes* II. p. 442. τοῖς ἰαλέμοις τέτοις, οἳ φασὶν ἐξηγεῖσθαι τὸν Ῥήτορα. ad *Thom. Mag.* multa notantur. Frigidum extitit olim *Praxillae* carmen in Adonin, unde fluxit notiſſimum proverbium, hic a nonnemine apud *Reiskium* adnotatum, Ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλης Ἀδώνιδος. de quo vid. *T. H.* in *Lucian.* T. I. p. 455. Frigidum canticum, ſi in Adonin, potuit et in illum Sperchin, ſi is intelligendus eſt, conſcribi; quod hic dixerit idcirco *Theocritus* Σπέρχιν τὸν Ἰάλεμον, quodque ſonorae vocis elegantia ſic Argia, πολυΐδρις ἀοιδὸς, animaverit, ut in hoc certamine primas tulerit: *Adonin cantabit*

Ἄτις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε.

B. — Sed vellem equidem, ut, diverſiſſimus a Spartano, alicunde nobis prodiret *Sperchis* aliquis ἠλίθιος καὶ ψυχρὸς, atque adeo ipſe verus Ἰάλεμος, in quem haec aptiſſime tum quadrare viderentur. Illius etiam ἠλιθιότητα et ψυχρότητα, forſan verſificatoris frigidi, Alexandriae tum temporis notiſſimi, ſic cantare peritiſſima mulier, geſtu etiam repraeſentare potuit, ut ſupra modum *mima* ſpectatoribus placuerit. — Sic ἀείδειν Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον genus erit loquendi, quale ſaepius uſurpatur de hiſtrionibus, ſaltatoribus, et ſophiſtis: proximum accedit in Schol. ad *Ariſtoph.* Lyſ. vſ. 389. γυνή τις τὸν Ἄδωνιν ὀρχεμένη. *Adonin* illa *ſaltabat*; ut

Saltat Tonantem tauricornem ludius:

Anthol. II, c. 24, ep. 5, *Dioſcorides*:

C. Γάλλον Ἀρισταγόρης ὠρχήσατο.

apud *Lucian* T. II. p. 302. aliquis ὠρχήσατο τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος μοιχείαν Ἥλιον μηνύοντα, etc. p. 309. ὀρχηστὴς εἰσιόντος καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχεμένου. conf. p. 311, 29. *Plutarch.* T. I. p. 1022. B. Dixit *Dion. Chryſ.* Or. 78. p. 659. C. αὐλῆντα τὴν τῆς Σεμέλης ὠδῖνα. De actoribus

Tragicis, Comicis, hanc illamve perſonam repraeſentantibus, adhibetur Ἀγωνίζεσθαι. *Demoſth.* de Falſa Leg. p. 270. in f. ὅτε τὰ Θυέστε καὶ τῶν ἐπὶ Τροίᾳ κακὰ ἠγωνίζετο. vid. *Teles* in *Stobaei* Floril. p. 68, 41. 575. 12. *Philoſtr.* de V. S. I. p. 514, 9. qui in Dionyſio ſophiſta, p. 522. ſcripſiſſe videtur: Διεξιὼν — τὸν Δημοσθένην τὸν μετὰ Χαιρώνειαν προσαγαγόντα τῇ βουλῇ ἑαυτόν. vocem θρῆνον, quam vulgatis eiiciendam vidi, in Codice Regio Pariſ. non reperiri monuit me Clar. *Ruhnkenius.* perperam *Olearius* duas voces his interiecerat: vid. p. 543, 1. p. 575, 3. 13. p. 580, 6. Mira forma loquendi eſt, quam praebet *Thomas Mag.* Εἰσήει τὸν Ἀγαμέμνονα· uſitatior certe Διεξήει. accedit hoc apud *Macrobium* Sat. II, c. VII, p. 347. *Hylas — cum in Herculem Furentem prodiiſſet*: quod tentari non debebat. Propius ad ſuperiora reſpondent, quae ſequuntur apud *Macrobium* de Hyla Oedipodem ſaltante: apud *Suetonium* in Calig. c. 57. *pantomimus Mneſter tragoediam ſaltavit*, etc. in Nerone c. 21. Nero *Nioben ſe cantaturum pronuntiavit: — cantavit Canacen parturientem, Oreſten Matricidam, Oedipodem excoecatum, Herculem inſanum*: etc. *Horatius* I. Serm. Ecl. V, 63. p. 391. A.

Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa.

Ubi canit *Ovidius* Art. Am. I, 501.

Et plaudas, aliquam mimo ſaltante puellam;

quaedam notavit *N. Heinſius.* B.

VI. 100. Δέσποιν', ἃ Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον ἐφίλασας,] Pro Γολγόν τε, ex uno Codicum Florent. enotatum fuit Γολγώ τε. una litera adiecta dedit Γολγώς τε καὶ Ἰδάλιον· veram, ut arbitror, lectionem. Vulgatur quidem apud *Steph. Byzant.* Γολγοί, πόλις Κύπρου — λέγεται καὶ Γόλγον οὐδετέρως. ſed hic in Codd. a *Salmaſio* Γόλγιον fuit inventum, et veteres urbem Γολγούς, *Golgos* dixerunt: horum loca urbem hanc Cypri memorantium, dabunt *J. Meurſius* in Cypro I, c. XI. et S. *Bochartus* G. S. II, L. I, c. 3. haec etiam ex *Catulli* Carm. 36, 12, 14.

Quae ſanctum Idalium —
Colis, quaeque Amathunta, quaeque Golgos.

et ex Carm. LXIII, 96. *Sancte puer*, —

C. *Quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondosum:*

sic nemus et promontorium dixerat Poëta. *Horatius* Carm. III, Od. 26, vs. 9.

O quae beatam Diva tenes Cyprum.

Od. 28, 13.

quae Cnidon,
Fulgentesque tenet Cycladas, et Paphum
Iunctis visit oloribus.

Virgilius in Epigramm.

O Paphon, ô sedes quae colis Idalias.

Posidippi egitur epigramma in *Anthol MS.*

Ἄ Κυπρον, ἄτε Κυθερα, καὶ ἃ Μίλητον ἐποιχνεῖς,
Καὶ καλὸν Συρίης ἱπποκρότα δάπεδον,
Ἔλθοις ἵλαος Καλλιστίῳ, ἢ τὸν ἐραστὴν
Οὐδέποτ' οἰκείων ὤσεν ἀπὸ προθύρων.

p. 392. A. Si Codices Theocritei darent in seq. vs. Αἰπεινόν τ' Ἔρυκα hoc etiam mox admitterem ut genuinum: *Steph. Byz.* Ἔρυξ πολις Σικελίας, ἀρσενικῶς. hoc firmant notata a *Bocharto* ibid cap 27. et *Cluverio* Sic. Ant. II. p. 238. qui in Schol. ad *Theocrit.* id ipsum nomen iam reposuit, quod hic reponendum *Toupius* monuit. His scriptis Αἰπεινόν τ' Ἔρυκα recepisse in Ed. suam Cantabr. iam video *Wintertonum:* Codicum hic consensum exspectemus.

Vs 101. Χρυσῷ παίσδοισ' Ἀφροδίτα.] Pro παίζεσ' Ἀ. vel παίσδεσ' Ἀ. quod in nonnullis est Codd. dederatque *Winterton* παίσδοισ' ex aliis Codicibus cum *Reiskio* recepi, iam indicatum a *D'Orvillio* in Miscell. Obs. III. p. 373. cui is si prodiisset *Theocritus*, huius quidem generis B. permulta legerentur vulgatis meliora. Χρυσωπίζεσ' Ἀ. nusquam alibi lectum hic placuit *Scaligero*, et *Is. Vossio*. *Casaubono* miror qua tandem ratione Graecum videri potuerit χρυσῷ (id est χρυσῇ) παίσδεσ' Ἀ. *pretium* quidem hoc casu designatur; sed post verba, quibus is convenit significatus: παίζειν aeque ac χαίρειν in talibus utique casum tertium requirit. — His multo melius, ad παίξεσ'

adſcripſerat T. *Hemſterh.* πείθεσ' · et *ſic Scholiaſtes videri poteſt legiſſe.* Scholion legitur ad Χρυσῷ. Διὰ τοῦτο δηλοῖ, ὅτι οἱ ἐρῶντες χρυσῷ πείθεσι τοὺς ἐρωμένους — Cum παισδοισι in hoc verſu *Reiskius* ediderit (ex Miſcell. Obſ. olim adnotatum, ut puto,) miror cur dicat in Animadv. χρυσῷ παίζεσ' eſſe in *omnibus libris;* ſed magis mirum eſt virum Doctiſſimum ſuſpicari potuiſſe, hic forte legendum χρυσόπεζος, vel χρυσαιπεζος · quarum vocum haec prorſus C.
eſt inuſitata illa, ſi in uſu eſſet, verſum vio aret: ἀργυρόπεζα e Poëtis erat notiſſima, quin ipſa Venus ἀργυροπεζ' Ἀφροδίτα dicitur in *Pindari* loco, Π. IX, 16. — Recte *D. Heinſius* p. 568. nihil hic mutandum oſtendit; *Heinſio Toupius* adſtipulatur: *Heinſius*, *aurum* inquit, *Veneri conſecratum erat, id eſt Veneris* ἄλλυα, ἄθυρμα καὶ παιγμα *erat;* vocem παίγμα bis terve dat repetitam; quam ne toties quidem apud Poëtas legerat, atque iſto ſaltem uſu nusquam: παίγνιον ab ipſo ſcribi debuit: παίγνιον et ἄθυρμα idem ſaepe ſignificant; ſed Dis adamata, ut ἀθύρματα, vel ἀγάλματα dicuntur, velem uno ſaltem in loco ſcriptoris antiqui παίγνια dicerentur: vid ad *Thom. M.* in v. Ἄθυρμα ab *Hemſterhuſio* ſcripta. — Graece tamen dici potuit χρυσῷ παιζειν · ut παιζειν ἀστραγάλοις. In p. 393.
epigrammate *Meleagri Anthol.* VII, 188. Amor A.

Ματρὸς ἔτ' ἐν κόλποισιν ὁ νήπιος ὀρθρινὰ παίζων
Ἀστραγάλοις.

ſic dicitur et ἀρτιάζειν ἀστραγάλοις · quod reſtituendum *Plutarcho* T. II. p. 741. C. τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις ὁρῶ, τοὺς δὲ Ἀκαδημικοὺς λόγοις ἀρτιάζοντας. vulgatur ἀστραγάλους et λόγους ἁρπάζοντας. reſpicitur quod de Lyſandro dicebatur: vid. *Plutarch.* T. I. p 437. C. — Vel pueris innotuit Poëtarum *Venus aurea;* χρυσῆ, et πολύχρυσος Ἀφροδίτη. Ubi prima vice χρυσῆς Ἀφροδίτης mentionem facit *Homerus* in Il. Γ, 64. Theocritea haec adſcripſit *Euſtathius* p. 291, 2. ἡ Γραμματικὴ, inquit, ἱστιαῖα πεδίον εἶναι φησὶ Χρυσῆν καλούμενον, ἐν ᾧ Χρυσῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν καὶ τιμή. Θεοκριτος δὲ, μεταλαβὼν τὸ νόημα, — χρυσῷ παίζεσαν Ἀφροδίτην φησί. priora paulo plenius in *Scholiis* B.
leguntur; ſed Χρυσῆν illud πεδίον, ſi fuit alicubi Veneri

ſacrum, miror uni huic innotuiſſe Alexandrinae Heſtiaeae. *Aurea Venus Aeliani* de N. A. IV, c. II, et Veneris Erycinae Sicilienſe feſtum illic memoratum, me nunc non tenebunt: *Aeliani Anacreontea* rectius tractavit *Pauwius* p. 272. quam *Barneſius*.

Vſ. 102. Ἀπ' ἀενάω] Emendatam, quam dederat *Wintertonus*, formam vulgatâ ἀενάω mutare nolui. — In vſ. ſeq. μαλακαίποδες Ὧραι recte dicuntur, etiam εὔποδες dictae: quod in uno ſcribitur Codicum Vatic. μαλακαὶ πόδες *Sanctamando* mutandum videbatur in μαλακαὶ πόδας· hoc *Iſ. Voſſius* etiam in ora libri ſui poſuerat. Huc retrahi debebat Scholion, ad vſ. 107. adſcriptum: μαλακὲς
C. ἔχειν πόδας ἔφη τὰς Ὥρας, ἐπεὶ τὸ ἔαρ μαλακόν. Ex vſ. 104. Βάρδισται adnotatur a *Gregor.* de Dial. Dor. p. 146. ut ex Homerico Lex. ab *Heſychio*, Βάρδιστοι, βραδύτατοι. κατὰ μετάθεσιν τοῦ ρ, ὡς Κραδία, ἡ καρδία. Βαρδύτεροι legitur in *Theocr.* Carm. XXIX, 30. Talia quaedam ſupra proſtant p. 318. A. — Ut ſolis miniſtrae, *veloces Horae* dici potuerunt ab *Ovid.* II. Metam. 118. et *celeres* iuſſa peragere; et hic apud *Theocrit.* Βάρδισται μακάρων Ὧραι φίλαι, ἀλλὰ ποθειναί, — vere; quod vel nomina monſtrant, Εὐνομία, Δίκη, Εἰρήνη.

Vſ. 105. Βροτοῖς αἰεί τι φέροισαι] Pro vulgatis, πάντεσσι βροτοῖσιν ἀεί τι φοροῖσαι, ſic emendate ſcribere non dubitavi, partim ex Codd. qui βροτοῖς αἰεὶ duo ſaltem dederunt Theocritei, et duo *Gregorii* de Dial. p. 156. — In
p.394 φοροῖσαι, quod Codices etiam ſervare videntur, literam ε
A. poſuerat *Hemſterhuſius*; ſi enim eſſet a φορεῖν, φορεῦσαι requireretur: a φέρειν formatum φέροισα ſcribitur in Eid. XXII, 29. φέροισαι, II, 148. ut in his carminibus occurrunt τεύχοισα· ἕρδοισα· τίλλοισα· χαίροισα· θέοισα etc. In *Callimachi* h. Cerer. v. 123.

Λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος, καὶ χεῦμα φέροισα
Ἥξει, καὶ φθινόπωρον.

veniret itaque Dea *Horis* comitata: in *Ovidii* pictura I c. v. 25. *A dextra laevaque* Dei *Seculaque et poſitae ſpatiis*

aequalibus Horae Verque novum Stabat; — Stabat nuda aestas; — Stabat et Autumnus, — Et glacialis hyems. In Horas conveniunt et istius *Callimachi* Carminis paene ultima:

Φέρε δ' ἀγρόθι νόστιμα πάντα· B.
Φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν,
Φέρβε καὶ εἰράνᾳν.

Nam hic apud *Theocr. Horae* dicuntur πάντεσσι βροτοῖς αἰεί τι φέροισαι· quippe ταμίαι Ἀνδράσι πλάτε secundum *Pindar.* Ol. XIII. 9.

Αἴγ' ἔργ' ὠρεύκσι καταθνητοῖσι βροτοῖσιν.

Hesiodo in Theog. v. 903. cui verbum ὠρεύκσιν optime vindicavit amicus Clariss. *D. Ruhnkenius* in Epist. Crit. I. p. 66. Possent et Horae, beneficae frugum creatrices, hic intelligi, Athenienſibus dictae Καρπὼ et Θαλλὼ, ex emendatione *Meursii* in Athen. Att. p. 129. et *Kuhnii*, tum ad *Polluc.* VIII, 106. tum ad *Pausan.* IX. p. 780. cui forsan uni haec nomina debemus.

Vs. 106. ἑ. Ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς Ἀνθρώπω] Per C.
Editiones vulgatur ἀπὸ θνατῶν Ἀνθρώπων. Sed cur, obsecro, scripsisset, ἀθανάταν ἐποίησας Βερενίκαν ἀπὸ θνατῶν; *ex mortalibus hominibus fecisti immortalem?* Veram lectionem, partim, duo Codices custodiverunt Florentini, ἀπὸ θνατᾶς· sed Ἀνθρώπων retinere pertinaces libri omnes videntur: una duntaxat litera ablata scribere non dubitavi ἀνθρώπῳ.

— τὺ μὲν ἀθανάταν ἀπὸ θνατᾶς
Ἀνθρώπῳ (ὡς μῦθος) ἐποίησας Βερενίκαν.

Tu quidem, Dionaea Venus, ex homine mortali Berenicen divam fecisti immortalem. Hiatus in his elegans est et ex more *Theocriti.* Βερενίκαν, pro Βερονίκαν, hic et v. 110. recte iam ediderat *Wintertonus;* idque *Reiskius* etiam recepit, atque ex ipso *Theocrito* confirmavit: sed et Florentiae Iunta iam dederat genuinam nominis scri- p. 395.
pturam, in uno etiam Cod. Flor. repertam. — De Regina quamvis dictum, aptum tamen hic ἀπὸ θνατᾶς Ἀν- A.

θρώπω· quia additur, *ex homine mortali* divinitus factam Berenicen ἀθανάταν. Ubi *Servius Sulpicius M. T. Ciceronem* ſuper obitu Tulliae conſolatur, L. IV. Ep. V. p. 195. *ſi hoc*, ait, *tempore non diem ſuum obiiſſet, paucis poſt annis tamen ei moriendum fuit; quoniam homo nata fuerat.* Primaria mulier Berenice, homo tamen nata fuerat, ἄνθρωπος ἐγεγένητο θνητή· de Phaedra regina, nutrix in *Eurip.* Hippol. v. 472. Ἄνθρωπος ἶσα, *cum homo ſis.* Venus ap. *Palaeph.* π. Ἀ. c. XLIX, dicitur ὑποδῦσα θέαν ἀνθρώπε ἤδη γεγηρακυίας· *faciem induiſſe* Dea *hominis mortalis iam vetulae:* vox γυναικὸς his male legitur interſerta. Praeter *Demoſthenem*, et *Antiphontem*, τὴν
B. ἄνθρωπον de *muliere* dixerunt *Herodotus* P. 29, v. 3. *Lyſias* p. 9, 7. *Iſocrates* p. 381. B. *Iſaeus* p. 58, 20. Conf. *Plutarch* II. p. 26. E. *Athen.* XIII. p. 575. C. p. 576. B. *Joann. Alberti* ad *Heſych.* in Ἀνθρωπῶ, ἡ γυνὴ παρὰ Λάκωσιν. et *Jo. Toup.* Em. in *Suid.* ad v. Ἀκόλαστον.

Vſ. 109. Πολύναε] Ex Codice, ut puto, olim Palatino, quem *Salmaſius* adhibuit, *Iſ. Voſſius* hic adſcripſerat: γρ. πολύαινε, quod in Pariſino Cod. Cl. *Ruhnkenius* invenit: mihi hoc videtur correctoris, qui bis terve legerat apud *Homerum* in laude poſitum ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ· id eſt πολλὲ ἐπαίνε ἄξιε· ſed et hac eadem adpellatione tanquam πολύμυθος et φλύαρος apud Poëtam notatur Ulyſſes in Il. Λ, 430. De Dea Venere, apte iuncta, vere dicun-
C. tur πολυώνυμε καὶ πολύναε. Ubi *Callimachi* Diana petit a Iove Καὶ πολυωνυμίην, multa notavit, ne hoc quidem loco omiſſo, *Ez. Spanhemius.* ut Venus, vſ. 108. dicitur

Ἀμβροσίαν ἐς στῆθος ἀποστάξασα γυναικὸς.

ubi de eadem Poëta loquitur Berenice, Eid. XVII, 36.

Τῆς μὲν Κύπρον ἔχοισα Διώνας πότνια κέρα
Κόλπον ἐς εὐώδη ῥαδινὰς ἀπεμάξατο χεῖρας.

ſic e *Schol.* legendum monuit Cl. *Hemſterhuſius* ad *Callim.* p. 489.

Vſ. 113. Πὰρ δ' ἀπαλοὶ κᾶποι,] Ex verſu praeced. 112. δρυὸς ἄκρα attigit *Euſtathius* in Il. Z. p. 481, 7. ubi inter

inter exempla διαλύσεως, καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ, inquit, τὸ Δρυὸς ἄκρα, ἤτοι ἀκρόδρυα. — Vſ. 113. Mirum eſt, Editori *IV.* ſic ἀπαλὰς κάπας displicuiſſe, ut ſcribi voluerit Πάρ δ' ἀπαλοὶ καρποὶ — quae lectio eſſet, me iudice, hinc aliena; ubi praeceſſerunt ὥρια — ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι. Ἀδωνιδειος tamen καρπὸς apud *Suidam* memoratur in Ἀδώνια. Vocem *Wartonus* κᾶποι ſuperfluam putabat, et *hortos Adonidis* per calathos ſatis deſignatos. Aliter, et merito, iudicabat *Toupius*, qui ad Ἀδώνιδος κήπας egregium attulit, quem emendat, *Juliani* locum. De Adonidis hortis et proverbiali forma loquendi, qui praeter ceteros legerit *Meurſium* in Graecia Fer. in v. Ἀδώνια, Clariſſ. *Wyttenbach.* in *Plutarch.* de ſera Num. vind. p. 79. non dubitabit quin κᾶποι iſti commode dici potuerint ἀπαλοί. *Scholiaſtae* in h. l. verbis ob vocem corruptam abſtinuerunt viri Docti; *Meurſius* etiam: iſta vulgantur: εἰώθασιν ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυρὲς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι προαστείοις, καὶ τοὺς φυτευθέντας κήπας Ἀδωνίας προσαγορεύειν. ſcribendum κήπας Ἀδώνιδος προσαγ. ad vocem προαστείοις vir D. adſcripſerat, „an Ὀστρακοις; *vid. Heſych.* in Ἀδώνιδος κῆποι". ſcribendum arbitror ἐν τισὶν ἀγγείοις· haec vox cum, ut alibi, in ἀστείοις degeneraverat, ab indocto correctore mutata fuit in προαστείοις, cui *ſuburbiis* horti etiam Adonidis convenire videbantur: *Zenob.* Cent. I. Pr. 49. Γίνονται οὗτοι οἱ κῆποι τοῦ Ἀδώνιδος εἰς ἀγγεῖα κεράμεια σπειρόμενοι ἄχρι χλόαν μόνον. ſcribendum ἄχρι χλόης μόνης, ex Append. Vat. I, 4. et loco *Juliani* in *Toupii* Epiſt. ad *IV.* apud *Diogen.* I, 14. οἱ τῇ Ἀφροδίτῃ ὀργιάζοντες dicuntur κήπας εἰς ἀγγεῖά τινα φυτεύοντες ἢ φυτεύουσαι.

p. 396. A.

B.

Vſ. 114. Συρίῳ δὲ μύρῳ χρύσεϊ ἀλάβαστρα] Vitioſa ſcriptio Ed. Ald. indigna erat memoratu. Theocritea haec, apta, ad *Callimachea* adſcripſit *Anna Fabri* h. in Cerer. v. 13. C.

Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι, μηδ' ἀλαβάστρως
Οἴσετε, μηδὲ κάτοπτρον.

Quod ibi legitur, quodque ut Atticum probat *Euſtathius*

ad Il. N. p. 923, 10. ἀλάβαστρος ſaepe occurrit in locis Comicorum: ἀλάβαστρον μύρε cum in Libris noſtris Sacris legeretur, certatim loca Philologi conduxerunt in quibus id ipſum reperiretur. — Σύριον μύρον hinc attigit *N. Heinſius* in nota perdocta ad *Ovid.* Her. Ep. XV, 76.

Vſ. 115. Ὄσσα γ. ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται] Quamvis πονεῖσθαι interdum idem ac πονεῖν ſignificare videatur, quia
p. 597. A. Doricum — οντι frequenter in talibus in notius — ονται fuit transmutatum, ſcriptum hic olim πονέοντι paene ſuſpicarer cum *G. Koenio* ad *Gregor.* de Dial. p. 97. et *Jo. Toupio* in Epiſt. ad *Warton.* p. 340. Πονέονται tamen Codices collati tenaciter retinent: niſi quod in uno legitur Rom. ποιεῦνται, ſicut in duabus Edd primis Mediol. et Ald. ποιεῦνται ex Aldina et quibusdam aliis Edd. *Heiskius* recepit, qui in notis ſuſpicatur ſcribendum, ἐπὶ πλαθάνῃσι ποιεῦνται. ποιεῦνται minime abſurdum videtur: πονεῖν nusquam a me lectum fuit de panibus vel placentis adhibitum; πλάσαι et πέψαι frequentantur: ποιεῦνται commendare poterunt voces notiſſimae ἀρτοποιὸς, σιτοποιὸς, et, a *Proclo* ſaltem adhibita, ποπανοποιός. — Pro vulgato πλαθάνῃ, recepi πλαθάνῳ ex duobus Codd. Florent. et Vaticano: ad quos accedebant *Gregorius* de Dial.
B. Dor. p. 146, *Heſychius*, et variis in locis Πλάθανον (τὸ) exhibens *Pollux*: *Gregor.* Πλάθανον λέγασιν εἶδος ἀγγείου τινὸς, ἐν ᾧ σκευάζασι τὰ πόπανα. In Codd. *Theocriti* πλαθάνῳ ſi vidiſſet *Hemſterhuſius*, non aliter ac *Jungermannus*, etiam iuvenis, iudicaſſet ad *Pollucis* X, 112. Πλάθανον in Indicem Theſauri L. G. retulit *H. Stephanus*. Hoc in verſu Εἴδατα, id eſt, βρώματα, ſive potius πέμματα, ſuſpecta fuere *Wartono*; qui *Bene etiam*, inquit, *reſcribi poſſet* ΕΙΓΜΑΤΑ. imo male omnino ſic ſcriberetur: vox enim εἴγμα, nullo teſte nixa, hic certe prorſus eſſet inexſpectata.

Vſ. 117. Ὄσσα τ' ἀπὸ γλυκερῷ μέλιτος] Quae ſequuntur, τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ· ſic viro Doctiſſimo displicuerunt,
C. ut refinxerit iſta, edideritque τά τ' ἐνύγρω ἐλαίω· ut eſſet genitivus ab ἔνυγρον ἔλαιον. — Fac oleum aeque ἔνυγρον

dici potuiſſe ac ὑγρὸν, quis placentas vidit, aut dictas legit ἐνύγρα ἐλαίᾳ· vel ἀπὸ ἐνύγρα ἐλαίᾳ; ut fiunt et dicuntur ἐκ, vel, ut hic, ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος. Imo vero εἴδατα ſive πέμματα, a mulieribus ἐπὶ πλαθάνῳ πλαττόμενα ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος καὶ ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ, ſunt in *artopta* ſive *teſta elaborata ex melle*, *et in oleo* ſive *cocta*, ſive *fricta*: in plerisque placentis, certe in μελιτάτταις, farinae mel admiſcebatur, nonnihil etiam adipis vel olei, ſed et in oleo nonnullae *coquebantur* vel ἐτηγανίζοντο: unum conferant *Athenaeum*, ubi veteribus memoratae placentae recenſentur: L. XIV. p. 645. D. Cretenſium Γλυκίνας eſſe dicitur ὁ διὰ γλυκέος καὶ ἐλαίᾳ πλακῆς. p. 646. B. Σταιτίτας, πλακῆς ἐκ στέατος καὶ μέλιτος. ibid. E. Ἔλαφος πλακῆς — ἀναπλασσόμενος διὰ σταιτὸς καὶ μέλιτος καὶ σησάμα. ibid. D. Ἴτριον, πεμμάτιον — διὰ σησάμα καὶ μέλιτος γενόμενον. Grammaticus *Philemon* Ἀμόρας φησὶ καλεῖσθαι μελιτώματα ἃ ἐστι πεπεμμένα. ſic iſta ſcribenda ſunt, in quibus turpiter errat Interpres. Sequitur apud *Athen.* E. Τηγανίτης πλακῆς ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος, *placenta in oleo fricta*. *Pollux* VI, 59. τῷ ταγηνίᾳ (ταγηνίτῃ) κατὰ τὴν ταγήνα χυθέντι ἐπεχεῖτο τυρὸς, ἔλαιον, μέλι, σήσαμα. apud *Athen.* p. 647. E. placentae cuiusdam Romanae ubi conficiendae rationem oſtenderat *Chryſippus* quidam *Tyanenſis*, ἕψε, inquit, εἰς ἔλαιον θερμότατον· *in oleum calidiſſimum iniectam coque*. p. 645. E. Ἐγκρίδες eſſe dicuntur πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο μελιτόμενον, *placentula in oleo cocta*, *poſtea melle oblita*. — In variis feſtis Diis ſacrae placentae a *Polluce* VI, 75. 76. et a *Suida* enumerantur in v. Ἀνάστατοι· ubi ſic a *Kuſtero* diſſentio, ut aptiſſimum illud placentae nomen exiſtimem et ex *Suida* emendandum in *Athen.* III. p. 114. A. τὸν Ἀνάστατον καλόμενον. placenta Ναστὸς dicta erat illinc diverſa. *Heſych.* Ἀνάστατοι, πλακοῦντος γένος. Si vel alibi non memoraretur Ἀνάστατος, mihi non magis nomen displiceret, quam Ὀρθοστάτης· cuius unus forte *Pollux* meminit VI, 73. Ναστὸς et aliunde innotuit et ex *Ariſtoph.* Plut. v. 1143. et ex verſu *Diphili* apud *Athen.* X. p. 421. E. prout illum emendavit *A. Heringa* Obſerv. p. 279. — De *panificiis* in templo Serapidis Alexandriae

p. 398. A.

B.

Vespasiano oblatis locus est insignis *Suetonii* in Vespas. c. 7. *cum de firmitate imperii capturus auspicium, aedem Serapidis, submotis omnibus, solus intrasset, ac propitiato multum Deo tandem se convertisset, verbenas, coronasque, et panificia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei visus est.*

Vs. 118. Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετά] Nihil in hoc versu *Scaligero* displicuit aut *Casaubono:* correctione versum egere Editores novi iudicarunt. *R.* τᾷδε, ait, *redundat: num dedit poëta* ἑρπεστὰ δέ; *caesura potest α producere.* Sed an scribi potuit a Poëta in fine versus, ἑρπεστὰ πάρεστι; an licet formam nusquam lectam ἑρπεστὸς vel ἑρπεστὰ Poëtae obtrudere? Versiculus ex Clariss. *Wartoni* sententia renovatus Criticis valde displiceret: *Scaliger* „Male, inquit, vulgo haec concipiuntur. Nam vult „omne genus volucrum, fructuum, aliarum rerum dul-„ciario opere effingi Adonidi a mulieribus pistricibus, quas
p. 399. A. „δημιεργὰς Attici vocabant. Quare uno ductu haec omnia „continuanda". Praeivit Scholiasta, qui ad vs. 117. adscripsit, πλακοῦντες διάφοροι. In eumdem fere finem quatuor hos versus, uno certe ductu continuandos, *Casaubonus* attulit, et cum verbis *Procli* in *Platonem* comparavit, Anim. in *Athen.* IV. c. XXI. p. 305. memorat illic *Proclus* mulieres ποπανοποιὰς, τὰς πλαττούσας ὅσα τοῖς θεοῖς ἀνιᾶσι ζῶα καὶ φυτά. *placentarum pistrices, quae, quicquid Diis esset animalium vel plantarum consecratum, effingerent opere dulciario.* — Sed hoc a *Scaligero* dissentio, quod arbitror fructus maturos quoscunque adfuisse in hac pompa, hortorum cultori dum in vivis esset Adonidi valde adamatos; hos designari vs. 112.

Πὰρ μέν οἱ ὤρια κεῖται, ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.

Praeter fructus vere aderant cuiuscunque generis placentae: dicique adeo de his Alexandrinis poterant Adoniis,
B. quae ex iambis *Solonis* servavit *Athen.* XIV. p. 645. F.

Κεῖθι δ' ὅτε πεμμάτων
Ἄπεστιν ἀδὲν, ἅσσ' ἂν ἀνθρώποισι γῆ
Φέρει μέλαινα, πάντα δ' ἀφθόνως πάρα.

Hae placentae, Adonidis imagini adpositae, artificiose sic a pistricibus erant dulciariis effictae, ut animalium quorumvis figuras exprimerent. Talis muliercula δημιουργὸς in cognomine *Menandri* dramate dicebat:

Πλάττομεν γὰρ πλάσματα,
Τὴν νύκτα δ' ἠγρυπνήκαμεν, καὶ νῦν ἔτι
Ἀποίητα πάμπολλ' ἐστὶν ἡμῖν.

Theocritus: Εἴδατα ὅσσα — Ὅσσα τε, — Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τᾷδε πάρεστι. Male interpres vulg. *Omnia illi volatilia et reptilia hic adsunt*: recte tamen *hic*, τᾷδε, παρ' Ἀδώνιδι. πάρ' οἱ vs. 112. *Eobanus* etiam *Hessus volucrum* dedit *Reptantumque millia*. *Scaliger* C.
hac voce cautus abstinuit: *dicit enim omne genus volucrum, fructuum, aliarum rerum*: sensit, opinor, *reptilia* huic scenae minus congrua. vellem, omissa voce fructuum, scripsisset *Scaliger*, *omne genus volucrum aliorumque animantium*. — Usum Doricum verbi ἕρπειν et nominis ἑρπετὰ tum forte, sibi notum, *Scaliger* non recordabatur, plerisque, opinor, interpretibus certe incognitum. *Quaevis animantia quae pedibus incedunt*, τὰ ἕρποντα, vel βαδίζοντα, πάντα τὰ τετράποδα, (distinguuntur hic *volucres*, πετήνα,) Dorice dicuntur Ἑρπετά. *Callimachus* h. in Iov. vs. 13.

ὁ χῶρος
Ἱερὸς, ἐδέ τι μὴν κεχρημένον Εἰλειθυίης,
Ἑρπετὸν οὐδὲ γυνὴ ἐπιμίσγεται.

Versus est ex carmine perdito *Callimachi*: p. 400. A.

Ἑρπετὰ, τῶν ἀιεὶ τετράφαται λοφίαι.

quo τῶν ζώων designantur τὰ λόφουρα, *boves*, *equi*, etc. Qui ad hoc fragm. CCXXVIII. legerit notam *Bentleii*, et ad priorem locum *Callimachi*, in *Theodori* filii nota, observata *Jo. Georg. Graevii*, plura super hoc usu non requiret. Dorice, nec mirum, Ἑρπετὰ sunt quae pedibus incedunt *animantia*; Ἕρπειν Dorice significat *incedere*, *ire*, ubique apud *Theocr.* et in hoc ipso carmine vs. 26, 42. quod non observatum decepit et alios et *Lambinum*

ad *Horat.* I Satyr. V, 25. in formula Foederis inter Priansios et Hierapytn. vſ. 33. ἑρπέτω ἐν Πριανσίῳ ἐς τὸ ἀρχεῖον. vſ. 35. et vſ. 38. ἑρπόντων παρ' ἀλλάλος ἐς ἀνδρῆον. Incertus Auctor ex Ed. *Galei* pag. 711. Λακεδαιμονίοις τὰς κόρας — ἀχίτωνας παρέρπεν καλόν. *Heſychius* dederat Ἐξέρπειν, ἐξιέναι. ut dedit Ἐξερπύσαι· et ex emend. *T. H.* Ἐξέρπον, ἐξεπορεύοντο. ἐξέρπειν in Epiſtola *Chilonis* apud *Diog. Laërt.* I, 73. *Kuhnius* intellexit: legitur ibid. §. 113. in Epiſt. *Epimenidis* ad *Solonem* ἕρπε ἐς Κρήταν ποθ' ἄμμε· *ad nos in Cretam veni.* quae ibi ſequuntur ad *Herodotum* ſunt emendata.

B.

Vſ. 120. Ὑπερποτόωνται.] Pro ὑπερπωτῶνται, revocavi ex Edd. primis Mediol. Ald. et Flor. repertum etiam in Rom. Cod. Card. Ottob. In Vaticano et Flor. legebatur ὑπερποτῶντο et ὑπερποτῶντες. Eſt illud inſtar Homerici εὐχετόωνται ſimiliumque. Hic melius altero videbatur ὑπερποτόωνται. recte tamen paulo poſt vſ. 122 ſcribitur Πωτῶνται, ut Πωτῶντο in Eid. VII, 124. et in *Homeri* Il. M, 287. Sed et Theocriteum eſt, πᾷ τὰς φρένας (vel τᾶς φρενὸς) ἐκπεπότασαι;

C.

Vſ. 121. Ἀηδονιδῆες ἐφεζόμενοι ἐπὶ δένδρων] Voci vulgatae, ἀηδονιῆες, per Codices propagatae, literam δ inſerui. Huius exiguae mutationis rationem poſtea reddam, de vicinis primum pauca dicturus. Non debebat δένδρων a *Koenio* ad *Gregor.* de Dial. Dor. p. 122. mutari in ἐπὶ δένδρῳ. contra in Eid. V, 47. hinc ſcribendum ταὶ δ' ἔπὶ δένδρων Ὄρνιχες λαλαγεῦντι· ut recte cenſuerunt *Reiskius*, et *Toupius*. — In uno Flor. Codicum hic legitur ἀεζομένων ἐπὶ δενδρων· in alio, αεξομένων· ut et in Toletano, quem *A. Schottus* adhibuit, et in Ed. Florent. Iuntae. Sed cum alibi ſcripſerit Noſter ἑσδόμενοι, et ἑσδώμεθα, quidni et hic Dorico more — ἐφεσδόμενοι ἐπὶ δένδρων; — Recte etiam, me iudice, *Toupius* in verſu ſeq. 122. *priſtinam formam* reſtituit — ὅσδον ἀπ' ὅσδω. ubi cum *Wintertono* poſui ὄζω, pro ὄζε. Sed absque Codicum auctoritate Dorica talia reponere in contextu vix licet. — Quia *H. Stephani* errorem in voce Ἀηδονιεὺς ſequuti ſunt,

p. 401. A.

ut alios, ceteri Lexicographi, vetus forma est confirmanda. Ἀηδονιεὺς idem esse dicitur ac ἀηδὼν, omnino male. Primum vox *Theocriti* leviter fuit vitiata. Corrigo,

Οἷον ἀηδονιδῆες. *Sed Nicand. Ther.* 133. ἐρυῆες.

nomen fuit Ἀηδονιδεύς. vulgatur apud *Hesychium*: Ἀηδόνος, νεοσσός. corrigunt Ἀηδονὶς, vel νεοσσοῦ imo vox excidit restituenda, Ἀηδονιδεὺς, ἀηδόνος νεοσσός. *Luscinia*rum pulli hic propria sua adpellatione dicuntur Ἀηδονιδῆες. *Theocr. luporum catulos* eadem forma dixit Λυκιδεῖς in B.
Eid. V, 38.

Θρέψαι καὶ (vel δὴ) Λυκιδεῖς, θρέψαι κύνας, ὥς τυ φάγωντι.

In pullis animantium designandis δεὺς erat forma velut patronymica. Haec debemus *Aeliano* de N. A. VII, c. XLVII, λεόντων σκύμνοι καὶ Λεοντιδεῖς ὀνομάζονται, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος μαρτυρεῖ (in opusculo, probabiliter, περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν.) — πιθήκων — ἀκούομεν σκύμνας τε, καὶ Πιθηκιδεῖς τοὺς αὐτούς. — Λυκιδεῖς καλοῦνται οἱ τῶν λύκων (σκύλακες.) — τῶν λαγῶν, Λαγιδεῖς. ἀλωπέκων τὰ ἔκγονα, Ἀλωπεκιδεῖς κέκληνται. Τὰ δὲ πρόσφατα ὀρνίφια νεοττοὺς καὶ ὀρταλίχας ἀλεκτρυόνων τε, καὶ Ἀλεκτορίδας λέγασι. — καὶ Χηνιδεῖς, καὶ Χηναλωπεκιδεῖς, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια κατὰ τὰ αὐτὰ σχηματίζασιν. haec omnia forma sua legitima in δεὺς vel δεῖς exhibentur, praeter unum Ἀλεκτορίδας, in Ἀλεκτοριδεῖς facile mutandum: veteris formae in δεὺς non recordabatur Clar. *Oudendorpius*, quum ad *Thom. M.* p. 33. *pullos gallinaceos*, ἀλεκτορίδας C.
dici potuisse arbitraretur. Quia hoc genus a Lexicographis fuit neglectum, aut perperam scriptum, alia quaedam addam: cognitum illud habuit *Iungermann.* ad *Pollucis* V, 15. ubi prodierunt ex Codd. Ἀλωπεκιδεῖς· Λυκιδεῖς· et Λαγιδεῖς. Noverat etiam rariora, avium pullis indita, *Eustathius*, qui ad *Hom.* Il. I. p. 655, 2. ὥσπερ, ait, Χηνιδεῖς λέγονται καὶ Περδικιδεῖς καὶ Κορωνιδεῖς καὶ Ἱερακιδεῖς καὶ Περιστεριδεῖς, οἱ χηνῶν καὶ περδίκων καὶ τῶν ἑξῆς γόνοι, οὕτω καὶ Χελιδονιδεῖς, οἱ τῶν χελιδόνων. Audacter scripserat *Achaeus*:

Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος.

nam ſecundum *Euſtathium*, cui verſum iſtum uni, nî fallor, debemus (l. c.) dixiſſe debuerat Tragicus, νεοττὸν, ἢ ὀνόματικῶς (ſic corrigo vulgata ἤ γᾶν ἄλλα) Χελιδονιδῆα. Ad hos *hirundinum pullos*, Χελιδονιδεῖς, proximi accedunt
p.402. Theocritei Ἀηδονιδεῖς· ſive Ἀηδονιδῆες. Neminem nunc
A. futurum puto, qui aegre ſit laturus, literam a me vulgatis apud *Theocritum* ſemel absque Codicum auctoritate interiectam, ſuumque ſic nomen *luſciniarum filiolis* reſtitutum. His ſcriptis cum vix quidquam praeterea in editis reperiri Grammaticis putarem, ſchedulam ad me miſit Amicus, harum etiam rerum, ſi quis alius hac aetate, longe peritiſſimus *D. B.* „Grammaticus MS. Sangermanen„ſis: Γαλιδεὺς, ὁ τῆς γαλῆς σκύμνος. Κρατῖνος Ὥραις. „Eundem Cratini locum reſpexit Heſychius, quem ita cor„rigendum puto: Γαλιδέα. Κρατῖνος. λέγει δὲ ἅτως τὸν „εὐτελῆ καὶ ὡς γαλῶν παῖδα. Idem Grammat. MS. Κορω„νιδεὺς, ὁ τῆς κορώνης νεοσσός. Κρατῖνος Πυλαίᾳ. Eadem „habet Heſych. ſed ſine auctoritate". Ex *Philemonis* Le-
B. xico Technologico MS. quod nuper adeo Pariſiis accepit Clariſſ. *Villoiſonii* beneficio, haec tandem mecum communicavit: Λαγίδης, πατρωνυμικὸν, ἐκ τοῦ λαγωοῦ, ὡς, ὁ τοῦ πελαργοῦ γόνος, Πελαργίδης, τοῦ λύκου, Λυκίδης, Ἀλεκτορίδης, Χηνίδης, Περδικιόνης. Ptolemaeus, huius nominis primus Aegypti Rex, non quidem erat, cenſebatur tamen (*Pauſan.* p. 15, 1.) filius Λάγου· is erat Λαγίδης, et eius poſteri Λαγίδαι. Par ratio eſt in aliis. *Lepuſculus* Graece, a λαγὸς, Λαγιδεὺς, *leporis filioli* Λαγιδεῖς dicebantur. Si ſic iſta ſcripſit *Philemon*, erravit procul dubio: huius quidquid fuerit, iſta ſaltem omnia, ut Graeca ſint, et antiquiorum obſervatis congruant, in δεὺς ſunt terminanda: περδικιόνης, mutandum in Περδικιδεύς.

Μακαδεὶς Κίμωνας Κ. Κυρίακ. Anal. Gr. p. 101, 2.

VI. 124. Ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος Αἰετὼ, οἰνοχόον Κρονί-
C. δᾳ Διὶ παῖδα φέροντες] Verſum vitiaret, quod inter voces Αἰετὼ et οἰνοχόον interſerendum putabat *Sanctamandus*, δ'. in uno Codice lectum δὲ hoc ipſi ſuggeſſerat. *Reiskius*, *ratio*, ait, *grammatica poſtulat* φέροντε, *in duali. Sed numeri ſaepe inter ſe permutantur.* in uno Florent.

Codicum laudantur hic Αἰετοὶ — φέροντες. Et certe vel duas vel plures aquilas hic invenit *Scholiastes*, cuius haec est nota: Ὡς πεποικιλμένων ἀετῶν ἐλεφαντίνων, καὶ βασταζόντων τὸν Γανυμήδην. Aquilae Iovis fuerunt in tutela, et οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ memorantur in *Sophoclis* Antig. v. 1052. duabus aquilis in umbilico terrarum determinando fertur Iupiter usus ministris in *Schol.* ad *Pindari* Pythion. IV, 7. (ubi Poëta meminit χρυσέων Διὸς ὀρνίχων· prout ibi pro αἰετῶν corrigit *Dawes* Miscell. Crit. p. 55.) *Schol.* ad *Eurip.* Orest. v. 330. ad *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 488 hic, Delphis, ait, χρύσεοι ἀετοὶ διὰ τεῦτο ἀνάκεινται, τῶν μυθευομένων, quod ille addit, ἀπομιμήματα. sic scribendum puto pro ἀπομνήματα. — Sed cur tandem, obsecro, in hac Adoniorum Regia pompa repraesentarentur Αἰετώ, vel Αἰετοὶ οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντες; Utrum itaque Iupiter in duas se transformaverat aquilas, an duae aquilae inter alas suas Phryga pastorem sustulerant? sed [εἷς ἀετὸς] κέφως μάλα τοῖς ὄνυξι περιβαλὼν — ἀνέφερε τὸν παῖδα· oculatus hoc testis narrat Mercurius *Luciani*, qui, cum in coelum eveheretur, iuxta Patrem, tum aquilam, volans συνεκάφιζε τὸν καλόν. leguntur ista *Luciani* T. I. p. 258. vid. et p. 208. Unicum modo alitem secundum alios veteres in hoc ministerio Iupiter adhibuit, cuius effigiem in coelum transtulit stelliferum: in pictura *Manilii* I, 350. P. 403. A.

Magni Iovis ales fertur in altum, B.
Assueto volitans gestet ceu fulmina mundo.

neque hoc ignoravit qui sub nomine *Clementis Rom.* Clementina scripsit, V, c. XVII, τῶν ἄστρων κατηξίωσε — Ζεὺς τὸν ἀετὸν, συνεργήσαντα ἐπὶ τῇ Γανυμήδεος ἁρπαγῇ. plura huc ex Anthologia Graeca, vel Latina, frustra conducerentur. Ab hac diversam rationem, cur aquilam hoc aliisve fuerit honoribus Iupiter dignatus, ex *Aglaosthenis* originibus Naxiacis tradit *Eratosth.* Cataster. c. XXX. conf. *Moero*, in *Asclepiadae Myrleani* de Nestoris poculo Dissertatione apud *Athen.* XI. p. 491. B. et hinc apud *Scaliger.* in *Manil.* p. 49. Sed praeter *Hemsterhusii* observata in *Lucian.* I. p. 210. quae ad absolvendum Iovem dici possent ex Schol. in *Homer.* in Codice Leid. e *Suida* v. Μίνως,

C. et aliunde, huc nihil facerent; ubi, ſicut a Poëtis paſſim laudatur, *Iovis ales* unicus repraeſentari debuiſſe videtur. Una litera E in O, cum *E. H. Eldikio* Zutphanienſi mutata, unam aquilam *Theocrito* reſtituet, ſi ſcribamus:

ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
Αἰετῶ, οἰνοχόον Κρονίδᾳ Διὶ παῖδα φέροντος.

ὁ ſtupendo artificio factam *ex ebore candente aquilam, quae iuvenem Saturnio Iovi fert pocillatorem.* hoc enim, primum nolenti, Iupiter impoſuit miniſterium: οἰνοχοήσεις, καὶ ἐπὶ τᾷ νέκταρος τεταξῃ, καὶ ἐπιμελήσῃ τᾷ συμποσίᾳ· ut Deum facit *Lucianus* loquentem p. 211. Quod legitur in hoc loco *Theocriti* Ὦ admirantis (quod ab Ὦ diſtinguit *H. Stephan.* in Append. Theſ. p. 53. et 103.) verbum peperit Ὠζειν, ſignificans *cum admiratione* ὦ ὦ *exclamare*: ſemel illud legitur in *Ariſtoph.* Veſp. v. 1518 quem locum a ſe emendatum primus explicuit *R. Bentleius* in Reſponſ. ad *Boyleum* ex Ed. *Lennepii* Lat. p. 149. vid. Diatribe in *Euripidᾳ* p. 21. A. Poſt illud ὦ mirantis interdum, raro tamen, ſequitur nominativus, ſaepe, ab ἕνεκα rectus, caſus ſecundus. quia vero hoc in verſu genitivus requiritur, ſuſpicor et in praecedenti ſcripſiſſe Poëtam:

p. 404. A.

Ὦ ἐβένω, ὦ χρυσῶ, ὦ ἐκ λευκῶ ἐλέφαντος
Αἰετῶ· —

hoc in loco hiatus iſte, et ſaepe repetitum ὦ, mulieri admiranti valde conveniunt: quater et decies repetitum, iunctumque genitivis, legere licet Ὦ in epigrammate *Anthol.* L. VII, 100.

B. Vſ. 125. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω,] Quae proxima ſequuntur v. 124. qua commoda ratione poſſint et cum his connecti, et cum ſeqq vix adparet: ſenſit, opinor, hanc difficultatem *D. Heinſius*, dum ſcribebat p. 368. *mirum* eſſe *loquendi genus*, *quo Theocritus Mileſiorum et Samiorum periſtromata extollit.* Sunt et alia in his, ſi fieri poſſit, enodanda. Recte, ni fallor, *Reiskius*, ad Ἄνω ſcribit, *ſcil.* τᾷ κλινοτῆρος. quod addit ſe aliquando ſuſpica-

tum „legendum esse τάπητ' (in duali) ἀγανῶ (id est ἀγα-„νέ) μ. ὕ." rectius forsan omisisset: *Mollem somnum* intelligi vox adiecta docet: ἀγανὸς, *blandus*, *mitis*, de *somno* non adhibetur: *mitis sapientia* σοφία dicitur ἀγανὴ, quod restituendum videtur in versu *Xenophanis* apud *Athen.* X. p. 414. B. In *Stobaei* Floril. p. 45, 7. literis aliquot repetitis corrigendum puto. Γυναικὶ μηδὲ μάχεσθαι, μηδὲ ἄγαν ἀγανοφρονεῖν, (*neque nimis esse blandum*) ἀλλο- C.
τρίων παρόντων. vulgatur, μηδὲ ἄγαν φρονεῖν. — Sed *Toupius* in Epist. ad *Wartonum* vocem ἄνω ad sequentia referebat, ut tapetes, qua parte sunt villosi, dicerentur ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω. In Append. Emend. in *Theacr.* nondum quidem illud sibi ait displicere, profert tamen *Eubuli* locum; ex quo suspicor, eum iam tum in alteram inclinasse explicationem, quae mihi quoque vera videtur. Ut hodie, sic et olim tapetibus conclavium pavimenta tegebantur; viae etiam in pompis solemnibus, aut quibus Regibus esset incedendum: vid. *Perizonius* ad *Aeliani* V. H. IX, c. III. p. 570. 571. Sed tales lodiculae erant ψιλοτάπιδες, nec villosae, nisi aliquantulum ab una parte: lectorum pedes talibus insistebant; sed superne ἄνω lecti ta- p. 405
petibus ab utraque parte villosis atque adeo *amphitapis* et *stragulis* erant contecti. Distinguuntur, a *Lucilio* apud *Nonium* p. 540. A.

Psilae, atque Amphitapae villis ingentibu' molles:

Τάπητες et Ἀμφιτάπητες ab *Ammonio*, *Aelio Dionysio*, et *Pausania*, apud *Eustath.* ad *Hom.* Il. I. p. 644, 30. quem conf. ad Il. Π. p. 1073, 23. *Lycon* in testamenti tabulis legat Callini filio, praeter alia, ψιλοτάπιδα, ἀμφίταπον, περίστρωμα, προσκεφάλαια δύο τὰ βέλτιστα τῶν καταλειπομένων, apud *Diogenem Laërt.* V, 72. Τὰ κάτω, et τὰ ἄνω, clare distinguuntur in lecto Paphii cuiusdam Reguli in verbis *Clearchi Solensis* apud *Athen.* VI. p. 255. E. κατέκειτο — ἐπὶ ἀργυρόποδος κλίνης, ὑπεστρωμένης (atque adeo κάτω) Σαρδιανῇ ψιλοτάπιδι τῶν πάνυ πολυτελῶν. ἐπεβέβλητο δ' αὐτῷ (ἄνω) πορφυρᾶν ἀμφίταπον, ἀμοργίνῳ B.
καλύμματι περιειλημένον. Iam vero Πορφύρεοι τάπητες hic apud *Theocr.* et in loco *Bacchylidis* apud *Athen.* XI. p.

500. A. ex mente Grammaticorum Ἀμφιτάπητες potius dici debuissent: de Hercule agens, et vere, ut de homine voluptati supra modum dedito, *Megaclides* apud *Athen.* XII. p. 512. F. τὰς μαλακὰς, ait, στρωμνὰς Ἡρακλέας κοίτας εἰώθασι καλεῖν. quae illinc sumsit *Eustath.* ad Il. X. p. 1384, 6. — Sed haec, ut ut vel maxime vera sint, non multum tamen ad Theocritea inter se connectenda iuvant: nexum certe nullum inter se habent:

Vs. 125. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω —

Vs. 126. Ἁ Μίλατος ἐρεῖ —

Vs. 127. Ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι — ἄλλα.

C. Puto haec vitiata, nec nisi emendata recte posse intelligi: sic suspicor; ubi forma vocis Dorica rarior degenerasset, una tantum litera mutata, in notissimam μαλακώτεροι· priora etiam ad hanc accommodari debuisse. Corrigo:

Πορφυρέοις δὲ τάπησιν ἄνω (μαλακωτέρος ὕπνω
Ἁ Μίλατος ἐρεῖ, χὠ τὰν Σαμίαν καταβόσκων)
Ἔστρωται κλίνα· τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα·
Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὀρ' ῥοδόπαχυς Ἄδωνις.

Tam exigua mutatione suum hic locus splendorem, ni fallor, recuperavit, qui nunc sensum dat facillimum: *Supra purpureis tapetibus (quos molliores somno Milesius dixerit et Samius,) stratus est lectus; alius Adonidi for-*
p. 406. A. *moso: Illum quidem Venus tenet; hunc vero lectum roseus occupat Adonis.* Alia etiam huius carminis, sed et haec spectasse videtur *Catullus* in Epithalamio Thetidis et Pelei v. 47.

Polvinar vero Divae geniale locatur
Sedibus in mediis, Indo quod dente politum
Tincta tegit roseo conchyli purpura fuco.

ubi *Alexandrina tapetia* tractat et alia *Is. Vossius* p. 196. — Sed singula *Theocriti* paucis exigenda sunt. τὰς μαλακωτέρας, non tantum μαλακωτέρως, sed et μαλακωτέρος Dorice dicere licet Poëtis, si syllabam versus requirit corripiendam: *Theocr.* Eid. I, 90. — ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελεῦντι. Eid. V, 109. Μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος.

dantur talia plura. — Sed miretur aliquis, cur Milesium et Samium dicentem hic fecerit, quod ipse alibi iam dixerit Eid. V, 5. B.

εἴρια τᾷδε πατησεῖς,
Αἰὲ ἔνθης, ὕπνω μαλακώτερα·

lanam — somno molliorem: formam loquendi hinc ab aliis transsumtam ante *Toupium* in Epist. et in Append. verbo iam indicaverant *Casaubon.* in L. T. p. 274. et *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 117. Haec vero *Theocriti Casaubonus* in Anim. ad *Athen.* V, c. VI. fine, commoda, adhibuit ad ista *Athenaei* p. 197. B. ἀμφίταποι ἀλεγεῖς ὑπέστρωντο τῆς πρώτης ἐρέας· καὶ περιστρώματα ποικίλα διαπρεπῆ ταῖς τέχναις ἐπῆν. ubi τῆς πρώτης ἐρέας sunt *e lana praestantissima*; qualis cum esset Milesia, et Samia fortasse, Milesios, mercatores probabiliter, tum temporis Alexandriam inprimis confluentes, ista facit et Samios dicentes *Theocritus*, qui, ut lanam suarum ovium, et tapetia sua commendarent, illa dicere sueverint *somno molliora.* Ubi C. στρώματα Μιλήσια memorat *Aristoph.* in Ran. v. 549. versus duo Theocritei, quales vulgantur, prostant in Scholiis: *vellera* illic *Milesia Spanhemius* tractat: *Scholiastae* locum *Heinsius* L. T. p. 368. iam indicavit, et *Reiskius*; hic etiam *Eustathii* in *Dionys.* Periegeſ. v. 823. ubi, Θεόκριτος, ait, τάπητας μαλακωτέρας ὕπνε εἰπὼν, ἐπάγει, φαίη ἂν Μίλητος, καὶ ὁ τὴν Σαμίαν καταβόσκων· ὡς τῆς Σάμε καὶ τῆς Μιλήτε ἀγαθῶν ἐσῶν εἰς ἐρίων φοράν. Egregias oves Milesias veterem de aureis Hesperidum μήλοις fabulam nobis peperisse statuit *Palaephat.* π. Ἀ. c. XIX. quocum conf. *Diodor. Sic.* IV, c. XXVI. De ovibus, lana, stragulis Milesiis multa me legere memini; de Samiis vero paene nihil; hinc paulo forte suspiciosior dubitare poterit, scripseritne *Theocritus* τὰν Σαμίαν, an P. 407. aliud: τὰν Σαμίων, quod eodem recidit, hic habet Codex A. Flor. Ovis tamen apud Samios magno erat in honore: *Aelianus* de N. A. XII. c. XL. Τιμῶσιν, ait, Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον· nec tamen ob quaestum e lana; sed ob aliam rationem quam illic narrat: fidem vix inveniunt de Samii Polycratis luxu quae tradit *Clitus Aristotelicus* apud *Athen.* XII. p. 540. D. verius videtur quod

Samius ibidem narrat historicus *Alexis*, praeter alia, Milesias oves conduxisse virum egregium Polycratem, ut civibus suis prodesset. Mirabar olim in Graeca versione Divini vatis *Ezechielis* c. XXVII, 18. memorata ἔρια ἐκ Μιλήτȣ· mirari desinet qui legerit *S. Bocharti* Geogr. S. I. L. I. c. VI. Illud magis quis miretur, locum reperisse
B. *Wetsienium* in N. F. ad quem vel a se vel ab aliis de lana Milesia collecta, proferret, *Actor. Apost.* c. XX, 29. — Paene praetermisissem lectionem primarum Editionum Mediol. et Ald. in vs. 128. — τὰν δ' ὡ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις· fluxit illa fortasse ex alia, — τὰν δ' ὀῤ ῥοδόπαχυς Ἄδωνις. quam ego quidem in talibus antiquam arbitror et genuinam: quia literae liquidae post vocales breves vix nisi duplicatae poterant pronunciari; hanc causam arbitror, cur tam frequenter in scriptis Codicibus, in lapidibus etiam antiquis bis scribantur; certe tanquam bis positae vocali natura brevi moram indant, qua producatur: de hoc genere *Sam. Clarkius* in suis ad *Homerum* observatis bene iudicavit: nec sane nollem, ut in veterum scriptis antiquam scripturam, ubi dant illam Codices, restitueremus.
C. Si Ῥίον est *Theocriti* in Eid. I, 125. quidni scripserit Ἑλίκας δὲ λίπε ῥ' Ῥίον; *Antimachus*, παρὰ ῥ' ῥόον in loco, quem habet *Harpocr.* in v. Ἀδράστειαν; *Sophocles*, κατὰ ῥ' ῥάχιν· in versu, quem dat *Pollux* X, 160; *Homerus*, — ἑλλώρια τεῦχε κύνεσσιν; aeque ac ἔλλαβε scripsit, ἔλλειπον· ἐλλιτάνευσα.

Vs. 129. Ὀκτωκαιδεκέτης ἢ ἐννεακαίδεκ' ὁ γαμβρός.] Hoc ex Vaticano Cod. non contemnendum *Scholion* fuit prolatum; τὸν ἄνδρα Γαμβρὸν λέγει ὡς οἱ Αἰολεῖς. attigit hunc usum *Is. Vossius* ad *Catull.* p. 74. — Prima versus vox ut in Ed. prima Mediol. scribitur in Cod. Rom. ὀκτωκαιδεκαέτης, vel — τις. ut in Ald. Ed. in Cod. Flor. ὀκτωκαιδεκάτης. *Reiskium* Aldina lectio permovit, ut alienam in hunc versum introduceret. — Si vox est genuina, cum
p. 408. accuratioribus Grammaticis scribi posset Ὀκτωκαιδεκετής.
A. horum duo sunt de istiusmodi nominibus observata: Δεκετὴς ex. gr. et Δεκέτης elegantius esse decernunt, quam δεκαετὴς et δεκαέτης. deinde de hominis aetate nomina putant talia — ετὴς scribenda; de aliarum rerum dura-

tione adhibita, — ἔτης. Huc ſpectant obſervata *Ptolemaei Aſcal.* apud *Ammon.* in Τρίετες, *Suidae* in Τριακεντατετὴς, *Moeridis* in Δεκαέτες p. 123. *Thomae* in Δεκετὲς παιδίον. Ut hic, legitur apud *Demoſthenem* adv. Boeot. p. 582, 5. συνέβη μοι δεηθέντος τοῦ πατρὸς ὀκτωκαιδεκάτη γῆμαι· ubi ὀκτωκαιδεκάτη corrigit *Taylor* ad *Lyſ.* p. 471. Meminit *Meleager* in epigr. *Antholog. MS.*

Ὀκτωκαιδεκέτας παιδὸς ἔτ' ἐν χλαμύδι.

Quia vero hoc in verſu ἢ ἐνεακαίδεκ' additur, *Theocritum* hic potius ſcripſiſſe ſuſpicor

Ὀκτώκαίδεκ' ἐτῶν, ἢ ἐνεακαίδεκ' ὁ γαμβρός. B.

Nulla tunc eſſet ellipſis, niſi uſitatiſſima, ubi vox praeceſſit ἐτῶν, vel, ſi quis ita ſcribi malit, ἐτέων. Cum autem ſaepius in epigrammatis annus decimus octavus vel decimus nonus commendetur, ut flos ipſe iuvenilis, mihi quidem hic quoque verſus genuinus videbatur: adponam quae mecum communicavit eruditiſſimus *Petrus Fonteinius*: „Non parum me offendit elliplis vocis ἐτῶν, ſed „magis adhuc minuta illa de annis Adonidis dubitatio, „quae, ut in eius feſto intempeſtiva fuiſſet, ſic nec hymni „gravitati convenit. Quare verſum, ad rerum nexum „neutiquam neceſſarium, ſpurium eſſe ſuſpicor."

Vſ. 130. Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ' · ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά.] C. Scriptum alicubi memorat *Reiskius* περιχείλεα · quod, ſi reperiretur adhibitum, minime eſſet abſurdum: pro περὶ, ſcribendum putat vir Cl. πέρι · in hunc ſenſum: „*ſuperſunt ei adhuc malae rutilae; ſeu barba in malis rutila.*" Sed primum πέρι pro περίεστι non fuit in uſu. Deinde Adonidi, decem et octo annorum adoleſcenti, dici non potuit *barba ſupereſſe in malis rutila*: anno demum aetatis XXI ponebant θέρος τὸ πρῶτον ἴκλε, ut vocat *Callim.* h. in Del. v. 298. vid. *Solon* apud *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 814, 22. *Macrob.* in Somn. Scipion. I, VI. p. 40. Imberbis adhuc Adonis, et λεῖος, prima duntaxat lanugine genas habebat inſignes: in hoc ipſo carmine dicitur v. 85.

πρᾶτον ἴκλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων
Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις.

Roſeas genas flos iuvenilis adhuc leviter inumbrabat; ſive p. 409. A.

labra cingebat prima lanugo. Λάχνα hoc in loco nunc minus placeret; ſed forſan in iſtam ſententiam hic ſcribi potuit:

ἔτι οἱ περὶ χείλε' ἴκλος.

ad ἴκλος apte quadraret *Scholion* in Codice Laurentiano repertum, ἔστιν ὁ χνᾶς. quodque dederat editus *Schol.* ἔτι χνοάζει· ſic enim vulgatum ἐπιχνοάζει recte corrigit *T. H. Photius* in Lex. *MS.* Ἴκλος, χνᾶς τριχῶν, ἤτοι ἡ πρώτη τῶν γενείων βλάστη. ubi Ἰκλίζων eſſe dicitur ὁ τῆς γενειάδος ἀρχόμενος. De Theſeo iuvene,

Cui prima puras barba ſignabat genas,

Callimachi fuit in Hecale verſus:

Ἁρμοῖ πε κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴκλος.

in *Xenoph.* Sympoſ. p. 515, 41. Critobulo παρὰ τὰ ὦτα
B. ἄρτι ἴκλος καθέρπει. conf. *Aeſchyli* ſeptem c. Theb. v. 540. *Euſtath.* in Od. Λ. p. 439, 43. — Sed ſi περιχειλὴς in talibus fuiſſet in uſu, commode etiam τὰ περιχείλεα μέρη dici poſſent ἔτι πυῤῥά. Invenis Parthenopaei γένυν οἰνωπὸν in Phoen. *Eurip.* v. 1167. *genas roſeas* reddidit *Grotius*, cum *Statio* Theb. IV, 336.

dum firmius aevum,
Dum roſeis venit umbra genis.

ἕως ἂν ἔλθοι ταῖς πυρσαῖς γένυσιν ἡ σκιά. vel, μέχρις ἂν ἡ γένυς σκιάζοιτο. In *Theocriti* Eid. VI, 3. Πυῤῥὸς redditur in *Scholiis*, ἄρτι χνοάζων τὸ γένειον, et ἀρτίχνας. ad ἀρτιγένειος nonnulla dedit *D'Orvill.* in *Chariton.* p. 625. — Ad *Theocrit.* κεντεῖ conferri poteſt *Martialis* XI, Epigr. 10.

C. *Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba*
Et queritur labris puncta puella meis.

Vſ. 132. Ἀῶθεν δ' ἄμμες νιν ἅμα δρόσῳ ἀθρόαι ἔξω Οἰσεῦμες ποτὶ κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα.] In verſu 131. repertum in uno Codicum Flor. Νῦν μὰν forte alicui poterat adblandiri; ſed vulgatum omnino ſervandum eſt: Κύπρις μὲν ἔχοισα τὸν αὐτᾶς ἄνδρα χαιρέτω· Ἀῶθεν δ' ἄμμες etc. His uſa eſt *Anna Fabri* ad initium hymni *Callimachi* in Palladis Lavacra: proxima, κύματ' ἐπ' ἀϊόνι πτύοντα, *Toupius* adhibuit Emend. in *Suid.* ad Ζαῆ ἄνεμον. — Ut undae ſpumantes, et litora dicuntur *Spumoſa*, a Graecis ſpumam,

mam, navium fragmina, atque alia mare dicitur in litus *exſpuere*, ἀποπτύειν, vel ἐκπτύειν. — Quod vero hic traditur ſimulacrum Adonidis a mulieribus Alexandrinis ad mare deportandum, hinc a *Meurſio* in Gr. Fer. in v. Ἀδώνια potuiſſet adnotari. — In Scholiis legitur in hunc locum: ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἐκφέροντες τὸν Ἄδωνιν ἔῤῥιπτον ἐπ' αὐτήν. Sed omnino cenſeri non debent ſignum Adonidis in mare proieciſſe: optime, ni fallor, in libro ſuo corrigebat *Hemſterhuſius*: ἔῤῥυπτον ἐπ' αὐτῇ, vel ἐν αὐτῇ· *ſordes eluebant ad mare*, vel *aqua marina*, quas in pompa ex pulvere vel contactu ſignum Adonidis contraxerat. Factum vero hoc fuerit Alexandriae ex more ſatis uſitato: ad obiectionem, ἐ περροντίκασι τῶν ξοάνων οἱ ἐν αὐτοῖς ὄντες θεοί, egregie reſpondet eruditus Auctor *Clementin. Homil.* X, c. 23. τί ἓν αὐτὰ ὑμεῖς τημελεῖτε σμήχοντες, καὶ πλύνοντες. καὶ καθαίροντες; Stato die anniverſario, poſt pompam, Palladis ſimulacrum Athenis mari, Argis amne Inacho abluebatur. Etiam quae tradit *Suidas* in Οἱ Νομοφύλακες, hauſit, ut multa, ex Lexico Rhetor. pleniori: illic, τῇ Παλλάδι, inquit, τὴν πομπὴν ἐκόσμεν, ὅτι κομίζοιτο τὸ ξόανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Qui Panathenaeis totum libellum dicavit, ne hoc quidem, ut puto, *Meurſius* monuit. multa notavit Ill. *Spanhemius* in *Callim.* h. in Lav. Pall. p. 527. et ſeqq.

p. 410. A.

B.

VI. 137. Ἀμιθέων (ὡς φαντὶ) μονώτατος] Sequutus *Wintertonum*, pro Ἡμιθέων, formam recepi Doricam, ex Codd. tamen collatis non adnotatam; quia bis eadem vox ſic ſcripta legitur in his carminibus, Eid. XVIII, 18. XXIV, 130. ad eamdem rationem a *Wintertono* poſita Eid. XVII, 5, 136. In Carm. XXIX. 5. ἄμισυ niti poterit auctoritate Codicis Vaticani. — Procul omni dubio vitioſum eſt, atque iis quae ſequuntur ſatis confutatum, νεώτατος· quod hoc verſu Codex habet Vatic. pro genuino Μονώτατος. *Thomas Mag.* Μονώτατος, ait, παρὰ ποιηταῖς. *Hermogenes* II. p. 491. ἴδιον Ὑπερίδα τὸ καὶ ταῖς λέξεσιν ἀφειδέστερόν πως καὶ ἀμελέστερον χρῆσθαι, ὥσπερ ὅταν Μονώτατος λέγῃ. huius vellem negligentiae ſpecimen vel unica ad nos perveniſſet *Hyperidis* oratio, quam obſcurae Rhetorum quorumdam diligentiae longe praeponeremus: ſed in adhi-

C.

benda voce Μονώτατος *Lycurgum* habuit auctorem *Hyperides*, c. Leocr. p. 159, 3, 6. Illam mirum ni *Harpocration* adnotaverit; cuius Lexicon editum olim ſcripto multo continet pauciora.

Vſ. 138. Βαρυμάνιος ἥρως] Ultimum illud ſic etiam a Dorienſibus ſcribebatur; α in βαρυμάνιος Codices et Edd.
p. 411. A. conſtanter retinent: μανίειν, aeque ac μανύειν, reperitur: ἔμμηνις, forma incognita, Dorice dicebatur ἔμμανις. In formula Foederis apud *Gruterum* Inſcript. p. DV, v. 22. legere licet: αἱ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα, ἢ τῶν συνεθέμαν, τὸς θεὸς, τὸς ὤμοσα, ἐμμάνιας ἦμεν. *Dii, per quos iuravi, ſint vindices*: — Quod eveniret Adonidi, nulli heroum Homericorum accidiſſe, vel antiquiori, canit Argîa *Theocriti*:

ἔτ' Ἀγαμέμνων
Τᾶτ' ἔπαθ', ἔτ' Αἴας ὁ μέγας, —
Οὐθ' Ἕκτωρ, Ἑκάβας ὁ γεραίτατος εἴκατι παιδων.

Pro γεραίτερος, ex Codd. Vaticanis recepi γεραίτατος. In hoc Priamidarum ex Hecuba numero *Simonidem* ſequitur *Theocritus*; *Homerus* enim, ne ſcilicet hiſtoriae veritatem violaret, ad XIX. nullum auſus eſt adiicere: vid. Il.
B. Ω. v. 496. *Scholiaſta Theocriti*: τῷ ἀρτίῳ ἀριθμῷ ἀποκέχρηται, ὡς καὶ Σιμωνίδης. Ὅμηρος δὲ ἑννεακαίδεκα λέγει. Ubi in *Ciceronis* Tuſc. I, c. 35. filii Priamo dicuntur *Septemdecim iuſta uxore nati*, de hac re *Daviſius* agens Theocritea non omiſit.

Vſ. 140. Οὐ Πατροκλῆς, ἢ Πύῤῥος ἀπὸ Τροίας ἐπανελθὼν,] Optime *Reiskius* ex duobus Codd. ἢ Πύῤῥος reſtituit, pro vulgato ἢ Πύῤῥος· ad iſtos duo Codices Vaticanus accedit, et vel ex uno Codice illud ἢ, eleganter repetitum, reponi potuiſſet. — In nomine amici Achillis, formae, inſtar ſimilium legitimae, Πατροκλῆς, Homerica Πάτροκλος praevaluit: eadem eſt ratio in nomine Ἴφικλος· nec tamen tantum Πάτροκλον, ſed et Πατροκλῆα ſcripſit *Homerus*; cuius βίη Ἰφικληείη fluxit utique ab Ἰφικλῆς. Re-
C. cte *Euſtathius* in Od. Λ. p. 435, 43. Ἴφικλος ὁ καὶ Ἰφικλῆς. in Il. Π. p. 1052, 32. ὁ Πάτροκλος — διττὰς ἔχει εὐθείας, — Πατροκλῆς, ὡς Ἡρακλῆς· — Πάτροκλος, ὡς Ἐτέοκλος.

Sed Eteoclus etiam Ἐτεοκλῆς dicebatur. Pauca ſimilia in κλος apud alios ſcriptores invenientur: Θέοκλος vates Meſſenius, et huius frater Μάντικλος in Pauſaniae Meſſeniacis, eximia operis parte, commemorantur. In ſimilibus eadem ratio non valet: Σοφοκλῆς· Περικλῆς· atque alia ſic ſemper ſcripta leguntur: *Hercules* tamen a muliere in *Sophronis* Mimo dictus videtur Ἥρυκλος. — In hoc *Theocriti* verſu ἐπανενθὼν ſcribi voluit vir D. in Miſcell. Obſ. III. p. 373. ubi *D'Orvillius* illud in Codicibus legi negat: ſi vel in uno alterove ſic ſcriberetur, ſervandum tamen eſſet ἐπανελθών. Eid. XIV, 54. ἐπανῆνθ' in uno forte Codicum fuit inventum: ἐπανῆλθ' et ἐπανελθὼν ſcripſiſſe Poëtam Doricum, aures quemque ſuae docebunt. Recte ſcribuntur et in Theocriteis ἦνθον, et ἀπῆνθον. et vere obſervat *Schol. Theocriti* in Eid. I, 77. in iſtis duntaxat vocibus (ſi nihil aliud obeſſet,) ν Dorice ſcriptum pro λ, in quibus iſtam literam ϑ vel τ proxima ſequebatur: βέντιστον ex. gr. dixerunt et φίντατον. nomina fuerunt propria Dorienſium Φίντις· Φιντίας· Φίντυλος. quarum primum mulieris fuit Pythagoreae; ſecundum in Tabula legitur Heracleënſi; tertium in *Archiae* epigrammate, quod *Kuſterus* vulgavit ad *Suidam* ad v. Γαμψόν. P. 412. A.

VI. 141. Οὔθ', οἱ ἔτι πρότεροι, Λαπίθαι καὶ Δευκαλίωνες,] Hic πρότεροι probemus, an πρότερον, quod ex duobus enotatur Codd. nihil intereſt. Antiquiores adhuc laudatis heroibus Homericis Lapithae fuerunt, et Deucalion, ſive filii ac nepotes Deucalionis. *Reiskius* legendum ſuſpicabatur, — ἔτι πρότεροι Λαπιθᾶν καὶ Δευκαλίωνος. heroës hic requiruntur, qui cum ſemideo Adonide poſſint quodammodo aequiparari; ſed ante Deucalionem clari heroës nulli fuerunt Graecis noti, de quibus cogitare potuerit hoc in loco *Theocritus;* neque enim Gigantas, vel feritate notum Lycaona, vel Promethea hoc fuiſſet honore dignatus. Neſtor iuvenis interfuit Pirithoi nuptiis, in quibus Lapithas inter et Centauros acerrima pugna fuit coorta, ab *Ovidii* Neſtore enarrata. Lapithas, B.

Καινέά τ', Ἐξάδιόν τε,

Homeri Neſtor ut viros admiratur ſenex fortiſſimos et Homericis heroibus praeſtantiores, in Il. A, 264.

C. ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν
Ἀνδράσιν ὠμίλησα.

v. 266. Κάρτιστοι δὴ κεῖνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν.

Mirum vero quod ſcribitur in Scholiis in hunc *Theocriti* verſum: Δευκαλίωνες, ἀντὶ τοῦ Δευκαλίδαι ἀπὸ Δευκαλίωνος Θεσσαλοῦ. ſed pro Θεσσαλοῦ, cum Clariſſ. *Ruhnkenio*, οἱ Θεσσαλοί·, et mox pro Κύδνῳ, ſcribendum, Κύνῳ τῆς Λοκρίδος, cum eodem et *Ti. H.* ex *Strabonis* IX. p. 651. A. Magis vero miror iſta *Dan. Heinſii*: „Optime „quidem Gramm. Δευκαλίωνες, Δευκαλίδαι. ſed qui ſint „illi Heſychius docet, qui ait Δευκαλίδαι, οἱ Σάτυροι. ne „quis miretur cur Poëta Lapithas et Deucalionas coniun-„gat?" ſed ſint ſane ab incerto Poëta Satyri quamcunque tandem ob cauſam dicti Δευκαλίδαι, quod tamen non opinor, cur hic, quaeſo, per Δευκαλίωνας *Satyros* intelligere-
p. 413. A. mus; neque adeo miraremur Lapithas et Satyros hic coniunctos? quid his fuit cum Lapithis commune? an Satyri potuerunt ut heroes collaudari? Ad haec nihil, opinor, reſpondere potuiſſet *Heinſius*, quod ſibimet ipſe adprobaſſet. *Caſaubonus* in opere perdocto de Satyr. Poëſi L. 1. c. 2, p. 36 *Heſychii* quoque gloſſam advocat, et verſum profert *Theocriti*; ſed hunc tantum, ut oſtendat, filios aut nepotes Deucalionis a *Theocrito* dictos Δευκαλίωνας· *Heſychii* verbis oſtendere conatur, Satyrorum genus nonnullos ad Deucalionem retuliſſe. Ne hoc quidem verum videtur: quod de nonnullis dicit *Caſaubonus*, ſola nititur *Heſychii* gloſſa: aeque autem ignoravit, quid proxima ſibi vellent *Heſychii*: Δευαδαι, οἱ Σάτυροι παρὰ Ἰλλυριοῖς. hoc ſincerum ſit, an Δευκαλίδαι, an vero neutrum, quod
B. ſuſpicatus videtur *Ioann. Alberti*, definiri vix poterit. Faunos et Satyros Deucalione certe noverant antiquiores Poëtae, etiam qui tacendo illorum ſe fatebantur originem ignorare. — Sunt itaque Δευκαλίωνες, vel Deucalionis filii, Hellen et Amphictyon, uterque nobilitatem adeptus; vel ipſe coelo dignus Deucalion. Δεύκαλίωνες dici potuerunt οἱ Δευκαλιωνίδαι. Heroum nomina propria ſic adhibentur pro patronymicis: utar nunc tantum *Scholiaſte Pindari* ad Nemeon. IV, 32. ubi, Ἀμφιτρύωνος, inquit, ἀντὶ πατρωνυμικοῦ τοῦ Ἀμφιτρυωνίδου· ὁ γὰρ Ἀμφιτρύων ἄγεται ὁ

ἀγών. ὡς Ὅμηρος λέγει, Ὑπερίονος ἠελίοιο, ἀντὶ τοῦ Ὑπεριονίδου. *Scholiasta Theocriti* dubito scripseritne Δευκαλιωνίδαι· an formam dederit multo rariorem, aeque tamen legitimam, Δευκαλίδαι. *Etymologus* p. 109, 6. ὥσπερ παρὰ τὸ Δευκαλίων — Δευκαλιωνίδης, οὕτω παρὰ τὸ Ἀνθεμίων, C.
ίωνος, Ἀνθεμιωνίδης· καὶ Ἀνθεμίδης — ἀπὸ τοῦ Ἄνθεμος· — ὡς Δεύκαλος, Δευκαλίδης. sic ista scribenda sunt. De hoc genere plura prostant in notis *Hemsterhusii* in *Aristoph.* Plut. p. 207. in meis ad *Schol.* in *Eurip.* Phoen. v. 152. et in *Herodot. Wesselingii* p. 421. ubi in oraculo suum locum recepit Κύψελος Αἰετίδης, qui etiam dici potuit Ἠετιωνίδης· *Aeëtides*, et *Eëtionides.* — Sed et in versu *Theocriti* scribi potuit Δευκαλίωνες· et solus tamen *Deucalion* significari. Ut Diis ἐράσμιοι, nec tamen plane fortunati, memorantur Πηλεῖς, καὶ Ἀγχῖσαι, καὶ Ὠρίωνες, καὶ Ἠωθίωνες, a *Plutarcho* de Fort. Roman. p. 321. c. vid. *Longinus* π. Ὕ. XXIII, 6, 7. ubi senarius,

Ἐξῆλθον Ἕκτορές τε, καὶ Σαρπηδόνες·

ex perdito dramate videtur *Aeschyli*; cuius Clytaemnestra in Agam. v. 1448. marito contrucidato, *nunc iacet*, inquit,

Χρυσηΐδων μείλιγμα τῶν ὑπ' Ἰλίῳ. p. 414. A.

Ubi in *Aristoph.* Ran. v. 1073. mentio fit Πατρόκλων, Τεύκρων, quod sequitur, epitheton Homericum, θυμολέοντων, male habetur tanquam proprium nomen *Thymaleontum.* Hoc genus etiam attigit *Th. Gatakerus* Adv. Misc. II, c. XV.

Vs. 142. Οὐ Πελοπηϊάδαι] Haec etiam insolens forma a *Pindaro* fuerat adhibita Nem. VIII, 21. ubi laudantur Οἱ ἀνὰ Σπάρταν Πελοπηϊάδαι. Hinc nonnihil diversa sunt Πηληϊάδης, Νηληϊάδης, et similia: sed τὰς Αἰθίοπας *Homerus* dixit Αἰθιοπῆας· quae ab Αἰθιοπεὺς fluxisse *Stephanus Byzant.* vidit in Αἰθίοψ· illic enim Αἰθιοπεὺς scribendum *Ianus Gavellus* ostendit in Miscell. Obs. Nov. T. IV. p. 251. sic Πέλοψ dici etiam potuit Πελοπεύς, hinc certe secundum analogiam Linguae, vel a genit. Πελοπῆος flu- B.
xerunt, quae retinuit usus, Πελοπῆς et Πελοπηϊάδαι. vitiosum esset Πελοπηΐδης· requiritur omnino Πελοπηϊάδης. Quam dedit *Dawesius* in Miscell. Crit. p. 173. observationem, iam olim ex *Heraclidéis* dederat *Eustathius*: hoc

etiam genus optime cognitum habuit in Latinis Poëtis redintegrandis *N. Heinsius*: conf. Diatribe in Euripidea p. 287. c. — Eleganter hoc in vs. dicuntur Ἄργεος ἄκρα Πελασγοί. *T. H.* in Miscell. Obs. V. p. 31. in *Euripidis* ex Telepho versu scribendum ad istam rationem putabat:

Μή μοι φθονήσητ' ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκρα.

Sed is ipse versus scriptus, ut illum scribendum iudico, legitur in ῥήσει *Alexidis* apud *Athen.* XV. p. 691. F. Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι sic laudantur in *Euripid.* Phoen. v. 433. Δαναϊδῶν ἄκροι, v. 1251. ἄνδρες Ἀργείων ἄκροι, in Suppl. v.
C. 118. In *Platonis* Theaet. p. 152. E. τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, *Homerus* et *Epicharmus*: hinc a *Clemente Alex.* Strom. V. p. 686, 20. παρὰ Μωϋσέως dicuntur τοιαῦτα φιλοσοφήσαντες οἱ τῶν Ἑλλήνων ἄκροι. Sed hoc iam animadverterat *Abreschius* in suis ad *Aesch.* Animadv. p. 237.

Vs. 143. Ἴλαθι νῦν] *Sis mihi nunc, ô Adoni, atque in posterum propitius*: Ἴλαθι νῦν, φίλ' Ἄδωνι, καὶ ἐς νέωτ' εὐθυμήσαις. Ubi hoc versu hymnum Cereris claudit *Callimachus*: Ἴλαθι μοι τριλλιστε, μέγα κρείσσα θεάων. de hac formula notavit *Ez. Spanhem.* — Hic in uno Codicum vitiosum Ἴλα legitur, ut in Edd. Mediol. et Ald. quod ut genuinum laudari non debuerat. — Formulam valde usitatam ἐς νέωτα, tractarunt viri Docti ad *Hesych.* in v. Εἰς νέωτα. ad *Thom. M.* p. 371. et alibi. Proximis in vs. 144.
p. 415. Καὶ τῶν ἡνθες, Ἄδωνι, καὶ, ὅκκ' ἀφίκῃ, φίλος ἡξεῖς· *Toupius*
A. ulus est Emend. in *Suid.* II. p. 64.

Vs. 145. — Τὸ χρῆμα σοφώτερον] In hoc et seq. versu distinguendis *D. Heinsii*, optimi, post *Casaubonum*, interpretis *Theocriti*, iudicium paene sequutus sum; et interpretandi rationem probo, quam exhibet L. T. p. 369. Primum in his subsisto, Πραξινόα, τὸ χρῆμα σοφώτερον. *Res haec est elegantior*, quam ut scil. verbis a me possit exprimi.

α' θήλεια

Ὀλβία ὅσσα ἴσατι, πανολβία ὡς γλυκυφωνεῖ.

Postremum hoc a tribus quatuorve Codd. oblatum recepi pro vulgato γλυκύφωνος. Tantumdem ista, ni fallor, signi-

ficant, ac si mulier dixisset Attica: τὴν θήλειαν ἔγωγε τῆς ἐπιστήμης μακαρίζω, καὶ πάνυγε δὴ ζηλῶ τῆς γλυκυφωνίας. B. *Argiam equidem istam fortunatam iudico, quae tam sit perita, et vehementer cantum eius mirata dulcissimum collaudo.* Rarius in his ὀλβίζειν· frequenter occurrunt μακαρίζειν, et ζηλᾶν. Ζηλῶ σε τᾶ νᾶ· ζηλῶ σε τοῦ πλάτα· ζηλῶ σε τῆς εὐβαλίας· τῆς παιδεύσεως· μακαρίζω ὑμᾶς τᾶ κτήματος· αὐτὰς μακαρίζω τᾶ θανάτα· ἀνθρώπας εὐδαιμονίζειν τῶν ἀγαθῶν. haec certe, et horum similia, leguntur apud optimos scriptores Atticos.

Vs. 147. Ὥρα ὅμως κεἰς οἶκον] Qualis hic obtinet, in sermone quotidiano, ut hodiedum apud nos, apud Graecos frequens erat ellipsis: in *Aristoph.* Ran. v. 1312.

Ἐγὼ μὲν ἂν ἐς τὸ βαλανεῖον βάλομαι.

Sed et hunc versum, et plurima *D'Orvillius* iam dedit ad *Charit.* p. 706. quocum miror *Kusteri* hoc in loco iudicium. — Nostrum prope accedit illud *Xenoph.* Ἑλλην. VII. p. 366, 29. ἐπεὶ δ' ὥρα ἐδόκει ἰέναι, ἀπήεσαν οἱ πολέμιοι C. κύκλῳ τᾶ Τρικράνα. praestat ibi τᾶ Τρικαράνα, quod est et in Cod. Leid. ubicunque legitur in Edd. Τρίκρανον, et Τρίκράνα· p. 364, 39. 365, 25. 366, 22. Codex etiam Leid. exhibet verum nomen castelli τῆς Φλιασίας, Τρικάρανον, Τρικαράνα. quale *Stephan. Byz.* ex *Theopompo*; ex *Demosthene* (p. 121, 23.) enotavit *Harpocration.* — In eodem hoc vs. ἀνάριστος Διοκλείδας optime tractatur a *Toupio* in Epist. ad *Warton.* p. 342. — *Eobani Hessi* Latina relinqui a me debuerunt intacta: eius in his errorem notavit *P. Leopardus* Emend. XIX, c. VII. docuitque quid ἄριστον esset, prima producta, quid Ἀνάριστος, et Ἀναρίστητος· in hac voce doctam *Suidae* notam, ex Atticista nobis perdito cum aliis descriptam, exhibet etiam *Leopardus*, ubi Τιμοκλῆς Νεαίρᾳ emendate scriptum reperietur; ut scribendum *Toupius* monuit Emend. in *Suid.* ad v. Ἀναρίστητος.

V. 148. Χὠ 'νὴρ ὄξος ἄπαν] Unius mutatione literae p. 416. A. lectionem hic egregiam, suamque adeo loquendi formulam, duorum Codicum auctoritate, recepit *Theocritus*; quam visam, ut equidem puto, primus mecum adprobasset *Toupius.* Legitur hic in plerisque Codd. ut in Edd. omnibus,

Χὠ 'νὴρ ὄξος ἄγαν·

ὄξος ἄγαν in una ſede non conveniunt: ſi ἄγαν eſſet genuinum, ὀξὺς ἄγαν, *valde acer*, vel *acerbus*, omnino requireretur; atque ita correxerunt *Iſ. Voſſius* in ora libri, *Reiskius* in notis, et *Toupius* in Epiſt. ad *Warton.* p. 342. — Ex Codicibus duobus, uno Florent. altero Vatic. reſtituo:

Χὠ ἀνὴρ ὄξος ἄπαν.

et vir meus totus quantus merum eſt acetum. Cum huc perveniſſem, vidi id ipſum a *Wartono* recte probatum. Ubi ab amatore deſpecto dura puella dicitur τὸ πᾶν λίθος,
B. *tota*, vel *in univerſum lapis*, a *Theocr.* in Eid. III, 19. *Caſaubonus* L. T. p. 252. *elegans*, quod vocat, *loquendi genus* ſimilibus quibusdam locis illuſtrat, etiam Theocriteo ex Eid. noſtro XV, 20. Πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθὲς, ἄπαν ῥύπος· *meras ſordes;* ſed vellem omiſiſſet ibi *Caſaubonus* locum *Sophoclis* ex Philoct. v. 924. ubi, pro καὶ πᾶν δεῖμα, corrigendum παιπάλημα, monui in *Eurip.* Hippol. p. 208. E. Ad primum illud *Theocriti*, τὸ πᾶν λίθος, aptiſſimum reſpondet illud Minervae *Lucianeae* Mercurium ſuper Paride interrogantis T. I. p. 255, 50. τί δέ; τῶν πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βακόλος; *an eſt in univerſum merus bubulcus?* Queruntur mulieres in parabaſi Theſmoph. *Ariſtoph.* v. 794. *Dici ſolent quaevis in mulieres maledicta*: Ὡς πᾶν ἐσμὲν
C. κακὸν ἀνθρώποις. recte interpres: *Quaſi merum ſimus malum hominibus:* alter locus, quem adfert et *Caſaubonus*, legitur in Acharn. v. 909. ubi de Nicarcho quodam cum dixiſſet Boeotus, Μικκός γα μᾶκος ἔτος· reſp. Dicaeopolis: Ἀλλ' ἄπαν κακόν· egregie *Bergler.*, *ſed quantuluscunque nihil niſi nequitia eſt.* Sic noſtro vſ. de marito ſuo Gorgo, ὠ ἀνὴρ ὄξος ἄπαν. — Praeterea literis tantum coniunctis hoc in vſ. pro μηδέποτ' ἔνθης, edidi cum *Reiskio*, μηδὲ ποτένθης· et, pro πεινᾶντί γε, ex duobus vel tribus Codd. recepi πεινᾶντι δὲ μ. *totus quantus acetum eſt; ſed eſuriens vel inprimis evitandus.* ποθ' ἥκοις ex uno Cod. enotatur: mihi vulgatum placet, ſi modo ſcribatur cum *Caſaubono* μηδὲ ποτένθης. *D. Heinſius* a *Caſaubono* hic non debuerat diverſus abire: *Caſaubono*, praeter *Reiskium*, et *Wartonum*, ſuffragantur *Hemſterhuſius*, et *Toupius*.

L. C. VALCKENARII

EPISTOLA

AD

VIRUM NOBILISSIMUM

MATTHIAM RÖVERUM

IURISCONSULTUM.

VIRO NATALIBUS ET DOCTRINA NOBILISSIMO

MATTHIAE RÖVERO

S. P. D.

L. C. VALCKENAER.

Penitus inexſpectatum recipis, Matthia Rövere, *Fulvii Urſini* libellum, quem Tu mihi, et forte meminiſti, dono dederas ἐκ Μοισῶν, quando veteres ambo Leidenſis contrectabamus Bibliothecae membranas; Tu, auctoritate avunculi Tui, *Aëtii Duſſeni*, qui cum collegis rem curabat Academicam, et, ſi quid mea vota potuiſſent, nondum ſeceſſerat ex hominum conſortio; ego, illius beneficio, ſed *Ioannis* maxime *van den Berghi*, ac *Davidis Royeni*, quorum adverſus me voluntatem paraverat *Alb. Schultenſius*. Propterea his hominibus in ampliſſimo loco poſitis ſoleo perlibenter bene dicere, quoties redeo in memoriam illius temporis, quo nullum mihi iucundius effluxiſſe com- II.
memini. *Urſini* libellus quum Friſiacis typis eſſet expreſſus iuſſu Iurisconſulti noſtratis *Coulonii*, ibi hic a me petere, ut libro, in publicum evulgando, et alia, quae poterant eſſe uſui, et praeterea Praefationem adiungerem, qua dotes opuſculi explicate traderentur ſtudioſis literarum adoleſcentibus: in horum enim commoda *Plantini* editio fuerat ab ipſo renovata: ego contra niti; tum varia praetexere, qualia literarum ſtudioſiſſimo nunquam poterant deficere; deinde eum hortari, ut, quando ipſe facturus negabat, alteri hoc etiam oneris imponeret. Atque eo inprimis relutabar, quia mendis levioribus tollendis ea non fuiſſet in operis initio praeſertim adhibita curatio, quam nos requireremus: aliis enim ea cura fuerat demandata, quam non unam ob rationem gerere recuſaveram; tum forte etiam, dum liber coeperat excudi, aliis in rebus occupatiſſimus. Tandem ad me rediit *Coulonius*; quumque inſtaret, et per

amicitiam rogaret, ut voluntati ſuae hac una in re morem gererem, pleraque, quae petierat, impetravit. Diu erat, Vir Nobiliſſime, quum reſponſum oportuiſſet ad literas, quas iam ante plures menſes ad me dediſti rerum elegantiſſimarum reſertas. Poenitebat, literarium commercium, quod, utrique noſtrum utile, per ſeptennium exercueramus, mea unius culpa male fuiſſe intermiſſum. Sic tum cogitabam; poſſe me oblatam a *Coulonio* occaſionem occupare, quin ita tandem uti, ut allegarem ad Te novum libellum, ſuis ornamentis, auro inſignem, veluti Muſicum aliquod ἀρεστήριον, eoque munuſculo praemiſſo expiarem, quidquid mea ad reſpondendum tardiſſimi negligentia culpae fuerat commiſſum. Conſilio cum duobus amicis com-
III. municato, quum illi recte facturum me iudicarent; quod his probaretur animo ſedebat. Erat itaque opuſculo Epiſtola praefigenda, Tibi inſcripta; non qua virtutes Tuas ambitioſo tractu denarrarem, ac magnifica aliquot verba et ἑπταπηχυκῖα faſtidienti ingererem; ſed in qua humane loquerer, et familiariter Tecum de Literis noſtris ita confabularer, ut interea tamen meminiſſem, in aliorum etiam manus perventuram. Verum haec altera cogitatio paene me abduxerat a priori. Nam poſtquam nonnulli epiſtolam perlegiſſent adeo verbofam, qualis ad Te ſcribenti futura videbatur, id enimvero ſuſpicabar cauſaturos, voluiſſe adoleſcentem hac opella ſuo quodam modo aemulari τὸν Κριτικώτατον. Sed mox mecum exputabam, quinam illi eſſent futuri; Ὁ δεῖν', ὁ δεῖνα, κατ' ὄνομ' ἀνελογιζόμην· cumque oppido pauci viderentur, in propoſito confirmatus perrexi. Et, ne Tu ita arbitrareris, Franequeranos ſemper ieiunis Grammaticorum notationibus excutiendis, aut ſeverioribus diſtineri veterum ſapientum chartis verſandis, placuit ad veſtras elegantias tantisper receſſionem facere. Quanquam, quando de *Platone* vel *Italico* quopiam Tecum fabulabar, Tu mihi Siculum *Empedoclem* reponebas; et iam olim noveram, quanto opere ex Tui ordinis hominibus, mihi quidem in hac terrarum particula notis, praeter celſi animi Adoleſcentem *Gerardum Meermannum*, ſolus veterum Iureconſultorum fragmentis delectareris; quae, et facile credebam, argutis aiebas recentiorum formularum cantoribus

esse extorquenda; quippe quibus persaepe contineri sanctissima et aeterni iuris Stoicorum decreta e Delfensis Vestratis opere non interituro didicisses. In ea autem re, hoc quidem tempore, (quo non pauci Linguarum studia, veterumque monumenta habent despicatui, qui melioris sibi scientiae persuasionem induerunt:) miraberis reperiri, qui paria Tecum sentiat, etiam Professione Philosophum, *Samuelem Königium*. Hunc nuper audiebam sic publice disputantem, ut Doricas Pythagorae discipulorum reliquias, et *Platonis* Dialogos, imo (horridum illum ac tristem) *Aristotelem*, et Stoicorum Tuorum fragmenta illis, qui ad Philosophiam viam adfectabant, prae recentioribus legenda commendaret, et probabili oratione evinceret ac persuaderet. Hoc eo mihi videbatur dignum memoratu, quia Tu novarum rerum es cognoscendarum cupidus, et quo modo cunque spectantium ad Literarum Humaniorum incrementa, quae hoc etiam tempore haud fortunatissimo in Hollandia vestra, sicuti iam ante non dissimillimis tempestatum articulis evenerat, edito, praeter *Hesychium*, *Diodoro Siculo*, fuere pauxillo spatio permagna. Praeterea ea res mihi quidem solidum pepererat gaudium, cui persaepe accidit molestum, nobiliora, de quibus cogitare poteram, huius seculi ingenia Mathematica, inventis suis, utilissimis illis et merito admirandis, adeo tamen distineri, ut clarae veritati, paene dixerim, nimis adsuefacti, horas sibi indulgeant rarissimi, quas in veteris Graeciae tenebris illuminandis consumerent. Neque tantum accidit illud molestum, sed et vehementer admirandum, cogitanti, ceteros omnes in quacunque arte excellentes ingenuam invasisse cupiditatem, qua suae disciplinae Auctores, quanquam a Linguarum scientibus conversos, sua tamen Lingua loquentes audire exoptarent; homines contra sapientissimos, per Europam sparsos, quorum numerosa familia IV. V.
semper tamen excipio hac etiam in parte *penitus toto divisos orbe Britannos*, saepenumero non item; ut adeo, dum forte, quod solet usui venire, loca ipsis sunt requirenda ex *Hippocrate*, vel *Euclidea*, sive ex *Archimede*, ceterisve magno numero, quos admirantur, inprimis autem ex aliorum scriptis, debeant sese interdum minime

omnium creduli tradere tamen ludificandos interpretibus, qui, omnia convertentes, partem tantum intellexerunt, quique, ſi fuerint, ut fuerunt non rari, homines plebeii, mares ſenſus capitalium ingeniorum, quos arripere pro ſua ſapientia non potuerant, exſucca converſione enervarunt. Nam nobis quidem eſt exploratum, Linguae Graecae cognitione prae reliquis Praeſtantiſſimos variarumque rerum peritia exercitatos, iſtius laudis, quae comparari poſſit e verſionibus, haud ſane appetentes, perdifficile ac periculoſum munus caute et prudenter plerumque ſemper declinaviſſe. Quando commodum fuerit ſignificabis, an ea res Tibi eamdem etiam admirationem moverit, et videaturne aliquando mutatum iri. Mihi certe, (noſti, quos audiverim,) ſic ſedet; tum vero felicem fore Literarum conditionem, ſi Philoſophi Praeſtantiores Linguarum, e ſuo fundo enatarum, analogiam nobiscum pandere aggrederentur; et in illud temporis βάθος, quod ſupra nos eſt, quam altiſſime ab hominibus fieri poterat, ſeſe penetrantes, primas Linguarum origines, quaeque infantiam anteceſſerant, ſi pote, perveſtigarent. Quod ſi illud forte minus potuerim adprobare; hoc tamen mecum conſtitues, ſi de-
VI. cimus quisque eorum, qui res naturae ſcienter tractant et oculo conſiderant Mathematico, a Grammaticis rebus probe praeparati, Scriptoribus Graecis ac Latinis ſuum inventoris ingenii acumen aliquando admovere dignarentur, permagnam noſtris Literis acceſſionem futuram. Hoc ſi eveniret, (et, niſi mens male praeſagit, eventurum laetus auguror, quando nos hinc receſſerimus, ſaltem poſt aliquot ſeculorum volumina:) tum noſtrae, ſemper unius, ſectae homines Praeſtantiores, ad earum etiam rerum, quae iſtis nunc ſolis placent, amorem commoverentur, et Literati, ſententiis adeo diſſidentes, in unum coaleſcerent veluti ὁμακοΐον· illi autem, qui ſe multorum conſenſione dociles perſuaderi patiuntur, quas introſpicere non poterant antiquitatis tenebras, ac tot Muſarum ſacerdotes, a longinquo tamen religioſius venerarentur.

Sed vide quaeſo, Clariſſime *Rövere*, quo me aeſtus abripiat ominis dulciſſimi, quod, neſcio unde, animo fuerat oblatum. Ubi is aeſtus deferbuerit, reliqua ſimpli-

citer perſequar, ita ut coeperam. Poëtam circumſpicienti, cuius loca quaedam poſſent tractari, primus occurrebat *Sophocles*, et propter ſuam dignitatem, et quod poteram videri cum ipſo conſueviſſe familiariter. Verum, dum ita me comparabam, ut qui e loculis ſuis Sophoclea carperet, cum *Rövero* communicanda, conſilium illud damnavi. Non unis Literis intellexeram, Virum humanitatis et literarum cultu Ornatiſſimum alibi terrarum in *Sophocle* vulgando eſſe occupatum. Nolebam profecto cuipiam videri captaſſe occaſionem hanc, emendatiunculas depromendi, ne illae alterius labore praeriperentur, atque ego tum ſcilicet! fraudarer inventionis gloriola. Tu tamen illud in animum non induxiſſes, probe gnarus, me cuiuscunque laborem, nedum viri boni, in Tragico bene collocatum, grata mente excepturum: atque ea etiam ipſius obſervata, e quibus nos duo parem percepiſſe voluptatis fructum, et in quibus conſpiraſſe deprehendero tanta intercapedine locorum disparatos. Habemus etenim hoc, quidquid eſt, certe amabile expertis, veteres nobiliſſimis Graecorum et Romanorum monumentis impreſſos errores corrigendi, et veritatem quamcunque tandem integrandi exercitium, pro honeſto huius vitae oblectamento, quo ſi quis ſcienter utatur, veluti coticula ad exacuendam etc. Adeo eſt difficile, ab iis cogitatis quibus adſueveris animum avocare: niſi me retraxiſſem tempori, ducentos verſus conſumſiſſem in una ſententia, eaque minime nodoſa. Nunc bona fide polliceor, daturum me tandem aliquot obſervata in Poëtam. Et quem tandem, inquis, nam taedet me praeludii? in *Theocritum*. Arbitrabar, in *Theocrito* quantulacunque etiam non displicitura. Noveram Te, dum a Silva Hagana non longe remotus in praedio ruſticaris, Patriis Annalibus, his potiſſimum proximis annis (credo ad illorum triſtitiam minuendam) revolvendis fatigatum, per ſpatioſa viridaria obambulare paſtoralia *Theocriti* carmina vere novo geſtantem, et hac in parte imitantem ingenioſum Poëtam, *Petrum Danielem Huetium*, qui quotannis a ſe adoleſcente, ſed iam tum noto *Petaviis*, *Sirmondis*, *Blondellis*, perlegi ſolitum primo vere *Theocritum*, Theologus ſcribere

VII.

et ad noſtram memoriam propagare non dubitavit. Nove-
VIII. ram, huius nativam ἀφέλειαν Tuo iudicio anteponi fictis eorum bombis, qui Te etiam circumſtrepunt, quando eſt ſecedendum εἰς τὸν πολὺν ὅμιλον. Haec cauſa mihi ſatis erat gravis. Accedebat tamen ad illam altera. Quos oportuerat, *Theocritum*, *Heſiodum*, *Homerum*, ut erant tum tempora, curate contulerat *Urſinus* ad *Virgilium*. Igitur nihil minus videbatur abhorrere ab huius libelli ingenio, quam ſi unius de tribus iſtis loca quaedam emendata huic epiſtolae, aliquot aliarum rerum emblematis pace Tua diſtinguenda, intertexerem. Nunc ſi reſpicias ad illa priora, non quaeres, quare *Homerus* et *Heſiodus* *Theocrito* locum cedere debuerint. Theocritea autem cum non pauca aut eadem potuerant retractari, quae ab *Urſino* deſignata *Virgilius* fuerat imitatus, aut etiam alia, placuit uti libertate, et quaedam ponere, prout fors tulerit. Dum e multis locis *Theocriti* pauciſſima tantummodo decreveram attingere, haec tamen adhibenda videbatur cautio, ut ne illa contrectarem in *Theocrito* ulcera, perſaepe ſpecioſa cute obducta, quae potentem manum requirere viderentur, neque adeo pertentari poſſe, niſi medicus acceſſerit ingenii eruditionis et codicum vetuſtorum opulentiſſimus, *Philippus Iacobus D'Orvillius*, qui mihi ſemper benevolus hanc opellam adeo non feret moleſte, ut ne id quidem aegre ſit laturus, ſi unam alteramve coniecturam, quam cum Ipſo ultimis literis communicaram, hic forte repoſuero. Ut itaque inde ordiar, *Urſinus* ubi *Theocriti* locum profert ex Eidyllio VIII. ad *Virgilii* Eclogae III. verſum 80. Virgiliana non ſatis ponderavit. In octavo iſto Eidyllio ſic leguntur verſus 57. et ſeqq.

IX. Δένδρεσι μὲν χειμῶν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχμός,
Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ· ἀγροτέροις δὲ λύκος·
Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.

Quantumvis notiſſimos, adponam *Virgilii* verſus ex Eclo-
ga III, 80. et ſeqq. ubi Damoetae ſic canenti,

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.

Menal-

Menalcas respondet:

Dulce satis humor, depulsis arbutus hoedis.

In Theocriteo versu vulgatis,

— κακὸν, ὕδασι δ' αὐχμὸς,

non ignoro qui color possit conciliari: legitur in *Valerii Catonis* Diris v. 18.

Desint et silvis frondes et fontibus humor:

sed praecesserat v. 16.

Pallida flavescant aestu sitientia prata.

Locum nostrum imitatus *dulce satis humorem* dixit *Virgilius;* istam sententiam si ita invertas, ut eadem tamen maneat, enascetur *triste satis siccitas;* in hunc sensum sic, opinor, scripserat *Theocritus:*

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερόν· κακὸν οὔθασιν αὐχμός·
Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος.

ista duobus versibus bucolicis illigemus:

Arboribus venti, terris sitis arida triste
Uberibus; iuveni fastidia longa puellae.

Nisi versus fuerat inplendus, veram sententiam vidisset *Eobanus Hessus*, (a quo *sitim aridam* mutuatus sum,) *Danieli Heinsio* minus perspectam. Quum sub nomine *Theocriti* vulgaretur in Stobaei Florilegio p. 391. v. 44.

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν· ὕδασι δ' αὐχμός.

veteris quidem scripturae vestigium in Excerptis e *Stobaeo* Tit. LXIII. p. 255. non obliteravit *Grotius*, verum- x.
tamen haec adiecit:

Triste satis frigus, fluviis labentibus aestas.

Recepta lectio dudum ante displicuerat, quam noveram, hunc etiam locum Florilegio suo *Stobaeum* interseruisse; sed vocem huic versui commodam tum demum invenisse videbar, quum Stobaeanum ὕδασι monstraret, olim lectum:

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερόν· κακὸν ὕθασιν αὐχμός.

Homericum ὖθαρ ἀρέρης, quod *Cratinus* et alii expresse-

runt, *uber agri*, *Virgilio*, Grammatici interpretantur τὸ λιπαρώτατον καὶ καρπιμώτατον τῆς γῆς. monuit aliquoties in *Plin.* Exercit. *Salmasius*, Latinum *uber* natum e vocis ἶθαρ Aeolica pronuntiatione ἔφαρ· praeter cetera, similiter pro θάρσυνος dixerunt Φάρσυνος, quod *Hesychio* restituendum est, ubi Φάρυνος vulgatur: sed illud praetermitti non debebat, quod, teste *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* II, 1252. scripserat *Agroetas*, Historiae Scythicae L. XIII. ἦπαρ παρὰ πολλοῖς, ὥσπερ καὶ Οὖθαρ, τὴν εὔκαρπον λέγεσθαι γῆν· Attices agri, haud sane natura fertilissimi, quando nimio solis fervore erant siticulosi, sueverant Attici Pluvium Iovem elicere modesta nec certe verbosa precum formula, quam ignoraremus, nisi placuisset *M. Antonino* V. §. 7. ὕσον, ὕσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρέρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. et quo pacto quotannis tempestatum praesides Deas placaverint Athenienses, *Philochorus* docet apud *Athen.* XIV. p. 656. A. quotidiana autem experientia, *maturis frugibus imbres* esse *triste* malum: contra *dulce satis humorem*, κακὸν ἄθισιν αὔχμόν. Qui haec verba proxime excipit, versum 58,

Ὄρνισιν δ' ὕσπληγξ· ἀγροτέροις δὲ λίνα.

XI. nondum mihi potui persuadere *Theocriteum* esse; tametsi legitur cum vicinis apud *Stobaeum*, et videtur designari ab *Eustathio*, ad *Dionysii* Perieg. v. 121. e *Theocrito* rarissimum usum dictionis ὕσπληγξ, de *laqueo* positae, commemorante. Minime autem *Theocrito* adscripserim, quae proxime sequuntur ita conflata, ut nihil minus conficiant quam versus bucolicos: sunt autem haec:

— ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.
Ταῦτα μὲν ὧν δι' ἀμοιβαίων οἱ παῖδες ἄεισαν.
Τὰν πυμάταν δ' ᾠδὰν ἅτως ἐξᾶρχε Μενάλκας.

Quosvis hercle iudices in hac re non desiderem; verum Tu, *Rovere*, qui *Theocrito* sis adsuetus eiusque dulcedini in versibus bucolicis pangendis artificiosae, mecum offenderis duro sono, et ingrato tot spondeorum concursu, in versibus 61, et 62. aliisque, veluti in v. 48.

Χ'ὡ τὰς βῶς βόσκων, χ'αἱ βόες αὐότεραι.

ſi contuleris huius carminis v. 31 et 32. fontem deteges, quo verſus 61 et 62. mutatos derivaverit poëtaſter. Sed ne illa quidem, quae antecedunt,

— ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ,
Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας.

huic ſedi conveniunt, aut a Theocrito videntur profecta: hoc indicium dum forte miraris, noli tamen credere, eum eſſe me, cui ſententia fuiſſet displicitura, ſi ſuo loco legeretur verbis paulo diverſis expreſſa. Potuit certe iuvenis amator exemplo Iovis ſe tueri, et, ſi puellam aſtu aggrederetur, culpae tamen ſuae hoc argumento, ſicuti Terentianus ille, Deum praetexere: ſi ita feciſſe legitur, *qui templa coeli ſumma nutu concutit; Ego homuncio hoc non fecerim?* In *Sophoclis* Phaedra nutrix forte dixerat Hippolyto, XII.

Ἔρως γὰρ ἄνδρας οἱ μόνους ἐπέρχεται,

quaeque ſequuntur apud *Stobaeum* Tit. LXI. p. 388. v. 23. ſi cenſeas iſta potius *Euripidi* tribuenda, quibus illud firmari poſſit, dabit *Gatakerus*, A. M. P. c. X, p. 507. ſunt in eamdem ſententiam plura. Nunc reſpice quaeſo *Callimachi* Epigr. LVI. cum Phrygis meminiſſet, qui Iovi ſtabat a cyathis, ſubdit,

— οὐράνιε Ζεῦ,
Καὶ σύ ποτ' ἠράσθης·

ſuſpicor equidem, ex his Callimacheis noſtrum locum efformaſſe hominem minime poëticum; qui vocem γυναικοφίλας in alio legerat epigrammate Dorico, quod ad *Suidam* in v. Ἀκοστήσας vulgavit *Kuſterus*. Quae quidem certe hoc in loco frigent, ὦ πάτερ, ὦ Ζεῦ, Οὐ μόνος ἠράσθην· καὶ τὺ γυναικοφίλας· a vate amatore fuiſſent tornata limatius: nam

— ψυχῆς ἐστιν ἔρως ἀκόνη,

uti cecinit *Alpheus Mitylenaeus* in epigrammate, quod, nondum editum, haec ſcribenti obverſatur. In *Plutarchi* Erotico, p. 762. B. pervenuſtum legitur dictum:

— Ποιητὴν δ' ἄρα,
Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν.
Amor Poëtam vel facit, vel invenit.

in eadem ῥήσει apud *Plutarchum*, eodem Vol. II. p. 622. C. pro Ποιητὴν mendose legebatur Μουσικήν. *R. Bentlejus*, alterius istius loci, quem indicabam, tum forte non memor, in Epist. ad *Millium* p. 21. pro Μουσικὴν, reponebat: Μουσικὸν δ' ἄρα Ἔ. διδάσκει· et locum ita, ut posui, interpretabatur. Videri posset ista correctio levis, sed non erat exspectanda,
XIII. nisi a Graeci sermonis peritissimo; nam, si non exquisita esset elegantia, haud dignam iudicasset Vir Summus, quam copiose tractaret ad argumentum Pluti *Aristoph. Theocritus*, Poëta inprimis ἐρωτικὸς, prioris loci sententiam elegantissimis versibus expressit in primo Hyla:

Οὐχ ἁμῖν τὰ καλὰ πράτοις καλὰ φαίνεται ἥμες,
Οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον ἐκ ἐσορῶμες·

et, ubi Hylam imitatur Theocriti, *M. Anton. Flaminius*: *Crede mihi non solus amas, etc.* Omnivoli Iovis, quem iste γυναικοφίλαν nuncupabat, furta haud paulo venustius attigit in epigrammate, itidem inedito, *Iulius* (Μι. Ἰλίε· lego Ἰελίε,) *Leonides*:

Ὁ Ζεὺς Αἰθιόπων πάλι τέρπεται εἰλαπίναισιν,
Ἡ χρυσὸς Δανάης εἴρπυσεν εἰς θαλάμας·
Θαῦμα γάρ εἰ —

distichi sententia poterit e *Propertio* suppleri, pudentius de domina sua loquente, II. El. II. v. 55.

Cur haec in terris facies humana moratur?
Iupiter, ignoro pristina furta tua.

Versiculos aliquot excitavi, ut minori cum fastidio legeres sequentia. Praeter versus a me designatos, sunt in hoc carmine VIII. plures alii, qui mihi quidem minime videantur *Theocritei*; insunt tamen etiam genuini, et *Virgilio* lecti; quin elegantissimi; atque adeo hinc potissimum rusticae simplicitatis exempla enotavit inprimis idoneus harum rerum iudex, *Franciscus Vavassor*, in puro libello de ludicra dictione. Praeter alios, pro genuinis sine controversia habendos arbitror primos viginti quinque versus huius car-

minis, et ultimos, cum v. 82. 83. 84. ſic mea opinione coniungendos:

Ἀδύ τι τὸ στόμα τοὶ, καὶ ἐφίμερος, ὦ Δάφνι, φωνά·
Κρέσσον μελπομένω τεῦ ἀκκέμεν, ἢ μέλι λείχειν.
Λασδεο τᾶς σύριγγος· ἐνίκησας γὰρ ἀείδων. XIV.
Κὰκ τήνω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο;
Καὶ νύμφαν ἄκραβος ἐὼν ἔτι Ναΐδα γᾶμεν.

In reliquo carmine verſus *Theocriti* plurimi videntur deſiderari; ſive defuerint exemplari vetuſto, ſeu legi plerique minus potuerint. Eidyllium etiam nonum apparebit paulo conſideratius attendenti non una ſui parte deficiens, ad ſcenam exornandam neceſſaria. Pariter hic, ut in Eidyllio octavo, duo paſtores et iidem Daphnis et Menalcas ad alterius arbitratum certant cantando. Niſi obſtarent nonnulla, ſuſpicareris, unam *Theocriti* Eclogam ab homine otioſo fuiſſe iam olim in duos diſtractam. Sed hoc certe (εἴγε βελομένοις ὑμῖν ἐστι, ſin minus, calculum reducam,) ſtatuo, plures, quos legimus in octavo carmine verſus alterius induſtriae deberi; qui Theocriteis, ut hiatum codicis ſuppleret, adfinis argumenti nonnullos interſeruerit, nonnullis *Theocriti* huc aliunde translatis plures a ſe non optime tornatos adiecerit. Quis noſtrum dixerit, quot verſus ſpurii in quibuscunque Poëtis veteribus nos ludificentur? Utinam hanc partem pertractandam ſumſiſſet *Bentlejus*, feliciſſimus ille fraudum iſtiusmodi in *Manilio* repertor. *Theocriteis* verſus ſpurios permixtos eo minus admirandum, quod in vetuſto *Theocriti* Codice iſtius generis octoginta quatuor inventos evulgaverit in notis ſuis *Scaliger*. Ineptus eorum pater, videntur enim in eodem cerebello edolati, ſex praefixerat Eidyllio XXVII; quadraginta, Heracliſco; reliqui triginta et octo Eidyllio XXV. ſupplendo inſerviebant. Praeter alios verſus duros, certe bucolicorum dulcedinis expertes; pro ſpuriis et interpolatis in octavo Eidyllio habuerim plerosque elegiacos, inpri- XV.
mis autem pentametros, huic carmini interſertos, penitus ignotos vetuſtis Grammaticis, ubi de metro egere Bucolico; ſed hi dum in verſu Bucolico definiendo minime convenirent inter ſe, videretur autem res, quam leviter atti-

gerat *D. Heinſius*, *Theocritum* tractanti ſcitu utilis, otioſus aliquando explorare coepi, cuius generis verſus in paſtoralibus *Theocriti* carminibus frequenter prae ceteris recurrerent: et re deliberata cenſui, „verſum dactylum dici „debere Bucolicum, ſi, duobus pedibus poſtremis reciſis, „remaneret tetrameter, qui clauderetur dactylo, terminan„te partem orationis, atque adeo Alcmanicus." *Diomedis* et *Plotii*, qui dactylum viderunt in quarta ſede requiri, verba proferri neceſſe non eſt. De verſibus agens Bucolicis *Terentianus Maurus*, pro materia eleganter, ut ſolet, ſic cecinit:

Plurimus hoc pollet Siculae telluris alumnus:
Ne Graecum immittam verſum, mutabo Latinum:
Dulce tibi pinus ſubmurmurat / en tibi paſtor,
Proxima fonticulis, et tu quoque / dulcia pangis.
Iugiter hanc legem toto prope carmine ſervat;
Noſter rarus eo paſtor Maro.

Saepe tamen in *Maronis* Eclogis reperias bucolicos ſemet ſubſequentes, veluti in Ecl. II, v. 42. et ſeqq. Eclogae VIII, verſum 7. et ſex proximos: verum hoc nihil eſt, ſi ad *Siculum* noſtrum ſpectes, qui viginti ſex in Eidyllio quinto a v. 20. pangere valuerit continuos. Bucolica *Theocriti* ſeptem priora Eidyllia una cum decimo et undecimo verſibus conſtant *nongentis viginti ſeptem*: inter illos 927, bucolicos, ad legem ſupra a me poſitam tornatos, reperi
XVI. *undecim ſupra ſeptingentos*; ut adeo in verſibus *ducentis et ſedecim* a carminis bucolici modulo, neque unquam temere, in novem iſtis Eidylliis feceſſerit *Theocritus*. Nunc, quaeſo Te, *Virgilium* reſpice: in verſibus *octingentis* et *triginta*; tot enim decem conficiunt Eclogas *Virgilianas*; bucolicos *Theocriteos* invenies duntaxat *ducentos triginta duo*; in quibus nimirum quartus pes, dactylus, partem orationis finiat: ſed praeterea, in illis 830. *Virgilianis*, verſus ſunt 286, in quibus quartus pes, ſpondeus, dictionem finiat: hos ſi forte volueris adnumerare Bucolicis, Bucolicos in Eclogis ſuis poſuerat *Virgilius* 518. verum ſi ſic iudices faciendum, tum de *Theocriteis* 216, non pure bucolicis, *quadraginta* Tibi erunt detrahendi, quos Buco-

licorum 711. ſummae adiicias: habebis autem, qui ſic ſentiant, *Servium*, *Probum*, *Atilium Fortunatianum* et *Marium Victorinum*. His niſi Vos elegantiarum ſpectatores acceſſeritis, mihi priorum potior videbitur habenda ratio. Bucolici verſus Theocritei, nonnulli etiam in editionibus obſcurati, ſi forte requiſiveris, facile potuerunt deſignari. Severiores diem mihi in his nugis periiſſe criminabuntur:

Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦμαι ἐμὰν ὁδόν.

Verſus pentametri, quos in Eidyllio legimus octavo, in carmine *Theocriti* Bucolico non poterant ſedem reperire: plerique autem dactylici, qui hos comitantur, aliique in hoc Eid. non pauci, adeo ſunt invenuſti, ut ſaepe mirer, fraudem non fuiſſe ab acutis hominibus detectam. Simplicitas naturae et merum rus mihi quidem in *Theocrito* nunquam displicuere; ſed umbratiles non placent ineptiae. E multis unum indicium attingam, quo ſe prodiderit forex. XVII. Quae hodiedum noſtratibus, eadem Siculis fuit ruſticis et Italicis conſuetudo, ut animalia ſuis nominibus, potiſſimum a colore ductis, internoſcerent, et, veluti ſui eſſent generis, familiariter alloquerentur: apud *Theocritum* nominantur ἁ Κισσαίθα I, 151. ὁ Κνάκων III, 5. ὁ Λέπαργος IV, 45. ὁ Λευκίτας V, 147. Vide mihi amabilem Laconis ſervuli ſimplicitatem, qui in Eidyll. V. 103. caprae, cum marito paulo petulantius ſubſultanti, arietis alibi paſcentis modeſtiam commendat his verbis:

Οὐκ ἀπὸ τᾶς δρυὸς ἕτος ὁ Κώναρος, ἁ τε Κυναίθα,
Ταυτεὶ βοσκασεῖσθε ποτ' ἀντολὰς, ὡς ὁ Φάλαρος.

ſic legendum puto: per τὸν Φάλαρον *canem* intellexit *Heinſius*, deceptus ab eo, qui in VIII de quo agimus Eidyllio v. 27. poſuerat: ὁ κύων ὁ Φάλαρος ὑλακτεῖ. Si vel aptum eſſet cani nomen, *Theocritus* canis omiſſa mentione ſcripſiſſet: ὁ Φάλαρος ὑλακτεῖ ut *Virgilius*, Ecl. VIII, 107. *Hylax in limine latrat.* Praeter reliqua canum nomina memoratur *Ovid.* III. Metam. v. 224. *acutae vocis Hylactor.* Noſter vero, ut verſiculum fulciret, praeter morem Poëtae adiecit, ὁ κύων· ſed *Theocriteus* ille Φάλαρος *aries* fuit, non *canis*. Ecce Tibi iterum ſpuriorum verſuum in no-

ſtro carmine architectum, qui mirificam credidit ſe adſequutum ſimplicitatem, quum poſuerat v. 65. et 66.

Ὦ Λάμπαρε κύων, ἄτω βαθὺς ὕπνος ἔχει τύ;
Οὐ χρὴ κοιμᾶσθαι βαθέως σὺν παιδὶ νέμοντα.

Haeccine tanquam Theocritea placuiſſe *Vavaſſori?* Dum alterum verſum edolaret, cogitabat *Homericum* illud ſuum: Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν — Quantam habet ele-
VIII. gantiam ἄτω βαθὺς ὕπνος, et mox repetitum κοιμᾶσθαι βαθέως; Legerat apud *Lycophronem* (nam tenebricoſa ſcripta ſummo opere mirabatur id genus hominum, in quibus docte, ſcilicet! poſſent argutari,) *vulpeculam* dictam λαμπαρίδα. Poſuit itaque Ὦ Λάμπαρε κύων·

Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum.

ſimiliter in verſu 86. dixit τὰν Μιτύλαν αἶγα. De ſingulis verſibus, qui mihi quidem in hoc carmine non videntur genuini, ubi id Tibi haud displiciturum cognovero, proximis literis agam explicatius. Illud interea non illibenter intelliges, praeter verſus, ſupra poſitos, alios etiam duos ex hoc carmine, ſed ab editis non parum diverſos, in Florilegio ſuo poſuiſſe *Stobaeum.* Inſpice, ſi placet, v. 63. et 64. quos hac ratione ſcriptos e *Theocriti* Bucolicis profert *Stobaeus*, Tit. LVII. p. 453.

Φείδευ τῶν ἀρνῶν, φείδευ, λύκε, τῶν ἐρίφων μευ·
Μηδ' ἀδικῇς μ', ὅτι μικρὸς ἐὼν πολλοῖσιν ὁμαρτέω.

Hos leviter mutatos Poëtae Bucolico adſcripſerim; *Theocrito*, an alteri, non facile dixerim: nam, quamvis huius ſaepe meminerim, ſi quis aliquando contendere voluerit, ne unicum eſſe in Eid. VIII. verſum *Theocriti*, et genuinos *Moſcho* potius attribuendos; hunc minime deterreat viri optimi, cuique in hac *Pythagoreorum* clade plurimum debemus, non contemnenda auctoritas: nam et *Moſchi* Europam ſub nomine *Theocriti* citat *Stobaeus*, p. 391. v. 37. et ex aliis Eclogis, quas *Heinſius* ceterique viderunt non eſſe *Theocriteas*, nonnulla protulit, veluti *Theocritea;* quales ſunt, Ἀίτης, Ὀαριστύς, et Κηριοκλέπτης, ſive XII, XXVII, et XIX. Ex his tribus Eclogis, ſi calculos

recte posui nihil attulit *Eustathius* in suis ad *Homerum* XIX.
commentariis; qui e singulis sedecim Eidylliis, prout in editione *Heinsiana* prostant, primis, excitavit *Theocritea*, praeterquam ex *Aïte*; nihil autem, quod meminerim, e reliquis carminibus, quae in nostris editionibus nomen praeferunt *Theocriti*, nisi ex XXII, XXIV, XXVI. et e *Fistula*. Hoc posui, *Rövere* Eruditissime, re quam diligentissime explorata: et tamen fieri facile potest ut quidpiam omiserim, dum versabar in *Eustathio*, de *Bucolico* non magis cogitans, quam de ceteris. Ex Ecloga, de qua egimus, octava, ultimum versum ad Od. A. p. 71. v. 7. attigit *Eustathius*; versum autem 87,

Ἄτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ,

non tantum respicit ad Il. O. p. 1022. v. 25. sed paene totum protulit ad Od. I. p. 349. v. 20. ut ostenderet, τὸν ποιμενικὸν γαυλὸν a *Theocrito* dictum fuisse Ἀμολγέα· Verum ne *inpletum* quidem illud *mulctrale* videtur *Theocriti*, qui πέλλας noverat et γαυλὼς I, 26. V, 58. utrobique notaverat *Scholiasta*, *mulctralia* vulgo vocata ἀμολγέας· ad priorem locum nunc perperam vulgatur ἀμολγές. Qui carmen XXV, minime *Theocriteum*, pepigit, forte conditor carminis, quod sub nomine Megarae *Moscho* solet adscribi, v. 106. ἀμόλγιον *mulctrale* nominat. *Clitarchus* apud *Athenaeum*, ex eruditorum scriptis nuspiam ἀμολγέα memorantem, XI. p. 495. c. observat, *mulctrale*, in Lingua communi ἀμολγέα, a Thessalis dictum fuisse Πελληνῆρα· *Hesychius* invenerat, ut puto, in *Clitarchi* Glossario, Πελλαντῆρα, quod praetulerim: qui proxime apud *Athen.* citatur *Philetas* ἐν ἀτάκτοις (mendose scribitur ἐν Ἀττικοῖς p. 467. F.) minutum quoddam *mulctrale* adnotaverat, quod diceretur Ἀμφωτις, in *Casauboni* Anim. XI. c. IV. XX.
p. 783. v. 38. Neminem autem dederis Grammaticum, qui in *Theocriteis* suis invenerit τὸν ἀμολγέα, praeter unicum *Eustathium*; de quo pace Tua pauca interseram, ab instituto non aliena. — Protulit scilicet *Eustathius* nonnulla sub nomine *Theocriti*, quae cum certe sint *Theocritea*, in illis carminibus, quae ad nos pervenere, non reperiantur; neque tamen *Eustathius* deperditum vi-

detur legiſſe carmen *Theocriti*, aut ullius veteris Poëtae, quod nobis nunc perierit. Credo ſaepe aliis eveniſſe, quod mihi olim accidere memini: perluſtrato indice Auctorum, quos *Euſt.* citat, *Hudſoniano*, in primo Vol. Bibl. Gr. *Io. Alb. Fabricii* p. 306. mirabar, ſeculo XII. tantum bonarum rerum ſuperfuiſſe: videbam paſſim decantari diffuſam *Euſtathii* lectionem, et *multiplicem doctrinae copiam*, non a laudatoribus duntaxat, ſed et ab iis qui ſcribunt cogitate, nuper valde celebratam ab *Euſtathii* interprete laborioſo, *Alexandro Polito* Florentino: ſed re explorata, collaudare coepi utiliſſimam viri optimi diligentiam; prior autem iſta perſuaſio indies minuebatur; inprimis poſtquam perveniſſem ad cubilia, in quibus pleraque invenerat *Euſtathius*. Tandem credidi, e centenis, quorum teſtimoniis utitur, legiſſe pauciſſimos, et praeter Grammaticorum ſcripta nihil adeo, quod ad nos non pervenerit. Centenos dicebam citatos; et nominantur profecto plurimi praeter illos, quos in indicem retulerat *Hudſonus*; quales ſunt: *Aeſchines*, *Anaxagoras*, *Anicetus*, *Anticlides*, *Ariſtias*, *Artemidorus*, *Artemo Mileſius*, *Automedes Mycenaeus*, ceterique magno numero. Inter
XXI. centenos iſtos Auctores, Comici citantur, praeter *Ariſtophanem*, triginta aut etiam plures; certe ſequentes: *Alexis*, *Amphis*, *Anaxandrides*, *Anaxilas*, *Antiphanes*, *Araros* (Ἀραρὼς, ſic enim ſcribendum pro ἀραρὸς, ad Il. Σ. p. 1209. v. 1. non *Aratus*, quae inconſiderata erat nonneminis coniectura: quatuor verſiculis, quos ibi profert *Euſt.* ex *Athenaeo*, hic index praefigitur apud *Athen.* XI. p. 471. E. Ἀραρὼς ἢ Εὔβελος ἐν Καμπυλίωνι), *Ariſtias*, (ad Il. O. p. 1020. v. 37. ſenarius apud *Euſt.* et in Epitome *Athenaei*, II. p. 69. B. minus emendate ſcriptus ſic erat reficiendus:

Μύκαισι δ' ὠρέχθει τὸ λάϊνον πέδον.

Ariſtiam Comicum fuiſſe ante *Fabricium* oſtenderat *Th. Gatakerus*, A. M. P. cap. V. p. 452. D.) *Archippus*, *Cratinus*, *Diocles*, *Diphilus*, *Ephippus*, *Epicharmus*, *Eubulus*, *Eupolis*, *Heraclides* (ad Od. Δ. p. 144. v. 46. ex *Athenaeo*, XII. p. 532. E. qui ne ipſe quidem *Heracli-*

dae legerat comoediam, ἐῆσιν ibi depositam repetens, ut arbitror, e *Theopompo* historico), *Hermippus*, *Menander*, *Menecrates*, *Mnesimachus*, *Nicostratus*, *Pherecrates*, *Philemon*, *Philippides*, *Philyllius*, *Phrynichus*, *Plato*, *Strattis*, *Teleclides*, *Theopompus*, *Xenarchus*. Qui tot Comicos, plerosque satis frequenter, laudat, nullam tamen legerat Comoediam, sive Tragoediam, quae perierit. Ex hoc specimine poterit de reliquis iudicari. Comicorum istorum verba pleraque descripsit *Eustathius* ex *Athenaeo*, qui solus praeterea quorumvis Auctorum loca, et alia centena ipsi subministravit. Diligens *Herodoti* lector, Geographica hausit e *Strabone* et e *Stephano Byzantino*, in quo diversis adpellationibus designando pariter ludit, ut in *Archestrati* carmine *Athenaeus*. His XXII.
adde *Apionis* et *Herodori* in Iliada, aliorumque vetustissima in utrumque Poëma Scholia; copiosa *Aelii Dionysii*, *Pausaniae* et aliorum aliquot Lexica; perpaucorum Technicorum, *Heraclidae Alexandrini*, et *Herodiani* scripta; fontes habebis, quibus solis longe maximam commentariorum partem derivaverit. Sed Poëtas superstites plerosque legerat diligentissime; et e deperditis quorundam carminibus, quae repererat apud Grammaticos, fragmenta profert, quae frustra quaereremus alibi: saepenumero etiam melioribus Poëtarum codicibus usus, eas indidem depromit lectiones, quibus ingeniosissimus non esset excogitandis. Ut in orbem redeam, versum et hemistichium e *Theocriti* Berenice, carmine deperdito protulit *Eust.* ad Il. Π. p. 1088. v. 12. verum haec et reliqua, quae ibi leguntur, ex *Athenaeo* non nominato transscripserat. Quinque versus e Berenice *Theocriti* custodivit *Athenaeus* VII, p. 284. A. quos ita emendatos descripsere *Scaliger*, *Casaubonus*, et *Heinsius*, ut tamen eorum primum,

Καί τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγροσύνην τε καὶ ὄλβον,

pace Magnorum virorum sic omnino corrigendum censeam:

Κεἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' εὐαγροσύναν τε καὶ ὄλβον
Ἐξ ἁλός.

Pervulgata ſunt εὐαγρεῖν et εὐαγρία· εὐαγρίην — ἐξ ἁλὸς dixit *Alpheus Mityl.* Anthol. VI c. XI. ep. 15. Qui εὐαγροσύναν mecum receperit in verſum *Theocriti*, haud ſane tuebitur αἰτεῖται. Nuspiam alibi memini me legere citatum a Grammatico deperditum carmen Theocriti, cuius Eidyllia paſſim adpellatione Βακολικῶν, nonnulla tamen
XXIII. ſuis etiam nominibus deſignantur. *Theocritus* ἐν ταῖς Φαρμακευτρίαις citatur *Euſtathio* Od. Ξ. p. 554. v. 18. ἐν Ἀδωνιαζούσαις *Euſt.* et *Schol.* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 1128. Ecloga VII. Theocritearum vocatur Λυκίδας ἢ Θαλύσια, *Etymologo*, p. 273, v. 42. Carmen XVI, inſcriptum Χάριτες ἢ Ἱέρων, iſto nomine laudatur apud *Hermogenem* περὶ ἰδεῶν II, c. IX. p. 452. In *Schol. Apollon. Rhod.* I, v. 1236. *Hylas* citatur; et *Hymnus in Caſtores* a *Schol. Ariſtoph.* in Plutum v. 210. Supra dicebam nuspiam etiam apud Grammaticos dictiones occurrere *Theocriti*, quae credi poſſent e carmine quod perierit repetitae. Duae tamen ῥήσεις citantur veluti Theocriteae, quae certe non leguntur in ullo carminum *Theocriti*: earum prima ſic poterat concinnari,

ἀμφιφορεὺς νεοτευχής.

altera ſic proſtat:

Ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν.

Evincam neutram ῥῆσιν, non tantum non a *Theocrito*, ſed nec ab ullo Poëta profectam. Verſus eſt *Ariſtophanis* in Acharn. 218.

Νῦν δ' ἐπειδὴ στερῥὸν ἤδη τἀμὸν ἀντικνήμιον.

ad iſtum verſum hoc legitur Scholion: Στερῥὸν, σκληρόν· ἀντὶ τοῦ γεγηρακὸς καὶ αὖον. ὥσπερ κατὰ ἀντίθεσιν ἐπὶ τῶν ἀκμαζόντων, χλωρόν. Θεόκριτος, Ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν, ἀντὶ τοῦ ἀκμαίων νέων. Itaque novum, ſi Muſis placet, adipiſcemur *Theocriti* hemiſtichium,

Ποιηταὶ δὲ λόγων χλωρῶν, —

Amaranto, *Munato*, ceterisque, qui in *Theocrito* illuſtrando ſe exercuerant, prorſus, ſat ſcio, inauditum: et haec ſine dubio fuerit iſta e Theocrito χρῆσις, quam nus-

piam se legisse meminerat *Heinsius*, dum in ultimo Lectionum *Theocr.* capite versaretur. Sed nec *Scholiasten* ista legisse patuisset *Heinsio*, si easdem literas pro suo iure paulo aliter collocasset, ποιητ αι δελ ο γων χλωρων. Verum apage mihi istas inanias, et earum loco depone exquisitam formulam, qua carmen suum XIV. claudit *Theocritus*, Dorice scriptam: XXIV.

— ποιῆν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν.

Et alibi *Poëtae* alienum locum occupant; et est mihi gravissimi scriptoris locus ad manum, in quo a librariis callidi saepe nebulones θύται memorantur, cum ποιηταὶ poni debuissent. *Horatii genua virentia* et γόνυ χλωρὸν compararunt *Lambinus* et *Casaubonus*; neuter vero monuit integram loquendi formulam *Theocriti* felicissime fuisse ab *Horatio* expressam his verbis, eodem sensu positis, in Epod. XIII. v. 3. et 4.

rapiamus, amice,
Occasionem de die, dum virent genua.

Scholiastae verba facile nunc poterunt ad sinceram lectionem accommodari; scripserat enim sine dubio: Θεόκριτος, ποιῆν τι δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν· ἀντὶ τοῦ ἀκμαῖον καὶ νέον. Dictiones Theocriteas, in suo codice forte iam mendosas (ποιῆν τι δεῖ οἷς) non attigit *Suidas*, in v. Στερρὸν ἀντικνήμιον, ubi reliqua Scholiastae verba descripsit. *Kustero*, *Suidam* et *Aristophanem* tractanti, *Theocriti* versus non fuit ad manum, e quo χλωρὸν γόνυ tribus in locis protulit *Eustathius* ad *Hom.* Il. K. p. 755. v. 13. Il. Φ. p. 1325. v. 13. et Od. I. p. 335. v. 37. Ista correctio, momenti, si quis ita velit, perparvi, non tamen videbitur nullius. Nuper alibi locorum edidere *Theocritum* τὴν θείαν γραφὴν *illustrantem*: Poterat forte tandem oriri, qui Ποιητὰς λόγων χλωρῶν interpretaretur *Poëtas carminum iuvenilium*, et ad illud suum figmentum, praeter alia laboriose congesta, *Phavorini Camertis*, cuius grandi Lexico sine magno detrimento careremus, advocaret auctoritatem, χλωρὰς λόγας e corrupta scholii lectione commemorantis. Sed videamus an alterum illud, XXV.

ἀμφιφορεὺς νεοτευχὴς,

ſimili poſſit modo profligari: in Etymologico M. p. 93. v. 20. haec leguntur: Ἀμφορεὺς, τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον σταμνίον, ὥς φησι Θεόκριτος, Ἀμφορεὺς νεοτευχής. hoc certe locum non potuit in verſú bucolico reperire, ſed ſi voci Ἀμφορεὺς formam induas veterem et Heroici carminis Poëtis uſitatam, nihil prima ſpecie videtur obſtare, quominus crederemus cum *Fred. Sylburgio*, *Theocritum* ſcripſiſſe,

— ἀμφιφορεὺς νεοτευχὴς,

ſive potius, — νεοτεύχεα αμφιφορῆα.

Verum planiſſime poſſum adfirmare, neutrum eſſe Theocriteum, praeterea veterem Grammaticum, pro ἀμφορεὺς νεοτευχὴς, olim poſuiſſe Ἀμφῶες νεοτευχές. Hoc erat *Theocriti*, paſtoralis poculi deſcriptionem ordientis paene nimis luxuriantem, in Eid. 1, 28. ibi βαθὺ κισσύβιον laudat,

Ἀμφῶες, νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον,

non temere ſuum illud capacius κισσύβιον eo etiam commendans, quod fuerit Ἀμφῶες· nam vulgo ruſticorum iſte ſcyphus parvulus erat et μόνωτον ποτήριον, uti tradit *Philemon* Gramm. apud *Athen.* XI, p. 467. qualis Κώθων
XXVI. Spartanorum, ſi vitam ſpectes domeſticam, ruſtica ſimplicitate viventium; de quo cum notaret *Io. Meurſius*, illud tamen non animadverterat, in verbis *Polemonis* apud *Athen.* p. 484. c. pro κώθωνα μόνον τὸν ῥαβδωτὸν, legendum eſſe κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτόν· Duabus auribus inſigne poculum, vulgo Ἄμφωτον, *Theocritus* dixit Ἀμφῶες. Nunc audi quaeſo *Etymologum*, ſic ſcribentem in v. Οὖας p. 639. v. 1. Ὦας — ἷς· καὶ κατὰ Δωριεῖς ὦς. τὸ δὲ, Ἀμφῶες νεοτευχὲς, παρὰ Θεοκρίτῳ γίνεται ἄτως· ceteris non indigemus; cum illa ſatis oſtendant eadem Theocriti verba olim fuiſſe lecta in altera nota, hoc modo reſtituenda: Ἀμφορεὺς, τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον σταμνίον· ὅπερ φησὶ Θεόκριτος, Ἀμφῶες νεοτεύχές. Rectius dixiſſet τὸ ἑκατέρωθεν ὦτα ἔχον· ſed ſimiliter legitur in *Cyrilli* Lexico, cuius haec eſt in libro Leidenſi nota: Ἀμφορεὺς, τὸ ἑκατέρωθεν δίωτον σταμνίον· ξεστῶν κδ' ἢ ἀσκίον. Amphora Romana, ab Attica diverſa, cum ſextarios ceperit octo et quadraginta,

videtur *Cyrillus* cogitasse τὸ ἡμιαμφόριον. Sed dixeram daturum me nonnulla in *Theocritum* observata. Huius elegantissimum et vere bucolicum Eidyllium tertium saepius lectum obsecro Te ut nunc tamen relegas: carmen est amatoris despecti, vehementi cum affectu decantatum a comaste ante antrum Amaryllidis, eius rei gratia, ut, si pote, superbientis dominae fastidia minueret, eamque ad amorem sui flecteret. Nunc vide quaeso, potueritne a *Theocrito* poni versus 19 et 20.

Νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον, ὡς τὺ φιλάσω·
Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

sequitur illico,

Τὸν στέφανον τῖλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς· XXVII.

Qui legitur in Eid. octavo versus 77. est in Eid. IX, 7. et hinc fuit in alterum locum translatus: idem iudico de v. 20. Eid. III.

Ἔστι καὶ ἐν κενεοῖσι φιλάμασιν ἁδέα τέρψις.

is e Carmine XXVII. repetitus, et in nostro, mea certe sententia, fuit depositus in locum Theocritei, qui legi non potuerit. Sed nec priora huic sedi congruunt. Stabat comastes ante fores Amaryllidis clausas; videre tantum dominam desiderabat, v. 37.

Ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ
Αὐτάν;

Si dixisset nostro in loco: Νύμφα, πρόσπτυξαί με, non utique se αἰπόλον nuncupasset, quasi vero isthac adpellatione formosae se redderet Amaryllidi, caprarii et nomen et foetorem fastidienti, commendabilem: ubi praecesserat πρόσπτυξαί με, sequi non poterat ὡς τὺ φιλάσω· mitto reliqua: tandem *despiciendi* notio nostro loco tantum convenit. Hae rationes effecerunt ut credam, et hoc minus dubitanter, intermedia quaedam *Theocriti* deesse; verbum autem vulgatum sic emendari debere,

Νύμφα, προσφθύσδες με τὸν αἰπόλον . . . . .
. . . . . .
Τὸν στέφανον τῖλαί με κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησεῖς·

me caprarium despicis: supra, v. 7. ἦ ῥά με μισεῖς;

Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἥμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος; ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς.

Illud Προσφθύσδες pro vulgari προσπτύεις poni potuit, more *Theocriti*, qui in Eid. II. v. 62. scripsit:

XXVIII Καὶ λέγ' ἐπιφθύσδοισα, τὰ Δέλφιος ὀστέα πάσσω.

atque illud etiam adhibuit VII, 127. *Eustathius* ad Od. A. p. 22. v. 9. τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ Ἐπιφθύζειν ἀντὶ τοῦ ἐπιπτύειν γοητευτικῶς. Haec loca *Theocriti Virgilio* obversabantur in Ecl. II, 19.

Despectus tibi sum, nec qui sim quaeris, Alexi.

Amatorum autem, qui fuerant decepti, carmina continentur *Calpurnii* Ecloga tertia, quarta *Nemesiani*, *Virgilii* secunda, et octavae parte priori, quam v. 16.

Incumbens tereti Damon sic coepit olivae:

Theocritus dixerat Eid. III, 38.

— ᾀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὧδ' ἀποκλινθείς.

In duabus istis Eclogis *Virgilius*, semper inimitabilis, Theocriteas eiusdem argumenti expressit secundam, tertiam, et undecimam. Quando fortasse loci Theocritei ex Eidyllio tertio nimia videtur ista mutatio, minuta quaedam consectabor in quinto carmine: sic iurat Lacon, v. 14.

Οὐ μὰν, ἀ τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον, ἀ σέ γε Λάκων
Τὰν βαίταν ἀπέδυσ' ὁ Καλαιθιδος·

sic certe corrigendum censeo pro vulgatis,

Οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα τὸν ἄκτιον —

et formulam iurantium usitatam, ἀ μά, ab hoc loco alienam arbitror. Theocriteae sunt formulae: ἀ δᾶν, IV, 17. et VII, 39. οὐ νύμφας, IV, 29. οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκύν, VI, 22. Recte, inquies, sed qui carmen XXVII, non Theocriteum, elegantissimum tamen, habes in numerato, istius mihi carminis v. 35. excitabis,

XXIX. Οὔ μ' αὐτὸν τὸν Πᾶνα·

suspi-

Suſpicor huius verſus memorem quempiam noſtrum iam olim corrupiſſe. Hoc in loco ſcribere quidem potuiſſet Poëta, αὐτὸν τὸν Πᾶνα, ſed Pana, quem peculiari deſignabat *litoralis ἀκτίκ* nomine, non ſane dixiſſet in eodem verſu αὐτόν. Praeterea triplex requiri videtur negatio; quod et Tibi apparebit, Comatae et Laconis, ſibi invicem acerbe reſpondentium, concertationem conſideranti: ex emendatione mea triplici negatione dicta firmaverat Lacon; ἀ toties repetitum adhibet Comatas v. 17. et 19.

Οὐ μὰν, οὐ ταύτας τὰς λιμνάδας, ὦ 'γαθὲ, Νύμφας,
Οὔ τευ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.

hoc in loco, pro ἄτ' αὐτὰς, poſui ἀ ταύτας, ne litera quidem mutata; et in hoc carmine multa, quamvis in tertio plura, pendent ab actione. Comatam, dum dicebat,

— ἀ ταύτας τὰς λιμνάδας —

digito monſtraſſe ſuſpicor proximam Nympharum domum, ſive ſacellum, aut certe

— Νυμφέων ποιμενικὰ ξόανα.

quae *Leonidas* memorat Tarentinus in epigrammate: ſed ſacellum, ne me vanum putes coniectorem, *Virgilius* reſpexit, dum tractabat hunc locum Ecl. III, 9.

Novimus et qui te
Et quo (ſed faciles Nymphae riſere) ſacello.

Ad eiusdem Eidyllii quinti verſum 109.

Μή μευ λωβάσησθε τὰς ἀμπέλος· ἐντὶ γὰρ ἄβαι.

haec leguntur in Scholiis: τετραχῶς καὶ τᾶτο γράφεται ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν ἀντιγράφοις· quae, niſi fallor, verba ſunt *Zachariae Calliergi*, varias Codicum ſuorum lectiones xxx. paſſim notis veterum Grammaticorum interſerentis: ea verba haec proxime excipiunt: οἷον ἄβαι, ἀντὶ τᾶ ἡβῶται καὶ ἀκμάζεται. ſed ſola vox ἄβαι, ſive quamcunque ſubſtituas diſyllabam, nunquam poterit iſtam admittere ſignificationem. Videtur Grammaticus in iſto verſu legiſſe:

— ἐντὶ παρ' ἄβᾳ.

ἄμπελοι παρ' ἄβᾳ, dici potuerunt ἡβῶσαι καὶ ἀκμάζεσαι,

a veteri Grammatico, qui moris meminerat ſcribendi, quo praepoſitiones eleganter adhibere ſolet *Theocritus*, quemque variis in locis attigit *Heinſius*. Idem *Calliergus* voculam e Codicibus ſuis ſubminiſtrat Laconicam, cērte Doricam, et in quatuor huius Eidyllii locis reponendam: ubi Lacon loquitur v. 32.

Τᾷδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας.

haec proſtat nota: τὸ τᾷδε ἐν ἄλλοις ἀντιγράφοις γράφεται Τεῖνδε, ἀντὶ τᾷ ἐνταῦθα, Δωρικῶς. ubi communis forma τῇδε legitur in contextu v. 118. notatur: γράφεται καὶ Τεῖνδε. nuspiam alibi putem a *Theocrito* hanc voculam uſurpatam, quam iſtis in locis, et v. 50. et 67. omnino reſtituendam cenſeo. Loquuntur hoc in carmine Lacon et Comatas, greges heriles agitantes in fertilibus campis Thurios inter et Sybarin; in argumento Comatas ſervus fuiſſe dicitur Εὐμάρα τᾷ Συβαρίτα, Lacon autem Θερίκα Συβαρίτα· in Scholiis legitur Θερίκα Συβαρίτα· itaque hero Laconis nomen fuerit *Thurii?* haud opinor: ſcripſerat, certe ſcribere debuerat Grammaticus: ὁ ποιμὴν Λάκων Συβάρτα τᾷ Θερίκα νέμει τὰ θρέμματα. Audi Comatam ore *Theocriti* loquentem v. 72.

XXXI. Ἄδε τοι ἁ ποίμνα τῶ Θερίω ἐστὶ Συβάρτα·
Εὐμάρα δὲ τὰς αἶγας ὄρης, φίλε, τῶ Συβαρίτα.

erant enim hac certe tempeſtate Thurii a Sybaritis diverſi. Servulus autem Lacon, ex agro natali fuerat, ut puto, in haec loca *Lacedaemoniumve Tarentum* deportatus: id ut credam, nomen facit ſervile *Lacon*, a parentibus homini non magis inditum, quam illud *Japygis*, puero, in verſu *Antiphanis* memorato apud *Athen.* X. p. 423. E.

Ὁ δεῖν' Ἰάπυξ, κέρασον εὐζωρέστερον.

De iſtiusmodi nominibus Te non praetereunt, quae notarunt *Henr. Stephanus* in Append. de Dial. Att. p. 205. et *Tib. Hemſterhuſius* ad *Luciani* Timon. p. 132. 133. et ad argumentum Pluti *Ariſtoph.* Haec quo ſpectent iam praecepiſti: et alibi ſaepenumero Laconem more ſuae gentis loquentem facit *Theocritus*, et hanc etiam voculam

cenſeo fuiſſe Laconicam, unica litera auctiorem, quam forma fuit vetus, antequam litera Ionica reciperetur in uſum, omnibus communis, Τεῖδε. veteris ſcribendi conſuetudinis veſtigia remanſerunt in iſtiusmodi voculis Doricis nonnullis; quales ſunt τηνεὶ, ταυτεὶ, πεῖ. quae ad normam recentiorem ſcribi debuerant τήνῃ, ταύτῃ, πῇ. Vererer equidem, ne haec talia levia diceres, neque ſatis digna quae Tecum communicarentur, niſi noſſem quanto opere iis omnibus delecteris, quae faciunt ad veterum monumentorum intellectum. Igitur, Te non nolente, pergam in inſtituto, quanquam iſta diſſertationi potius quam epiſtolae conveniant. Niſi praeferas Τεῖνδε, certe Τεῖδε apud *Heſychium*, ubi vulgatur Τῇδε, ἐνθάδε, reponi debere monſtrat literarum ſeries, non raro ſincere lectionis, frequenter etiam errorum *Heſychii* fidelis index. In xxxii.
eodem libro legitur adnotatio memoratu digniſſima: Τί δαὶ, τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί γὰρ, Κρῆτες, Βοιωτοὶ δὲ ἐνθάδε· Ἀττικοὶ, διατὶ δή. Tibi, qui minimum vicies apud *Ariſtophanem* legeris τί δαί; quod ſcribit de Atticis non poterat novum videri; ut interea tamen centenis permirum fuerit viſum, quod ait, Boeotos τί δαὶ poſuiſſe pro ἐνθάδε. ſi cupis Boeotum audire ſua loquentem dialecto, prodeat ex *Ariſtophanis* Acharn. v. 912.

— τί δαὶ κακὸν παθὼν
Ὀρναπετίοισι πόλεμον ἤρω καὶ μάχαν;

Viden' adeo ſermone et ingenio diſſonos a vicinis Atticis hac tamen in formula non discrepaſſe. Quid itaque nobis narrat *Heſychius?* Credo, antiquum obtinet, diverſiſſima, ſed eodem ferme ſono pronuntiata, τί δαὶ, et τεῖδε, male permiſcendo. Poſſent autem a ceteris ſeiungi, Τεῖδε, ἐνθάδε· Κρῆτες καὶ Βοιωτοί. quanquam et illi τυῖδε dixerint. *Heſychius*: τυῖ, ὧδε· Κρῆτες. et Τυῖδε, ἐνταῦθα· Αἰολεῖς. ita enim *Fulv. Urſinus* et *Iſ. Voſſius* recte ſcripſerunt pro Τύδαι· proderit illud huic gloſſae reficiendae, quae legitur infra: Χίδαι, ἀντὶ τᾶ Κρῆτες· ego quidem libenter correxerim *Heſychii* peccatum, reponendo Τεῖδε, ſive Τυῖδε, ἀντὶ τᾶ ὧδε· Κρῆτες· iſta duo tantum diſtant, quantum vulgata τῇδε et τῷδε· hoc enim, ante uſum literae ω,

ΤΟΙΔΕ, et Aeolice, υ pro ο posito, Τυΐδε pronuntiabatur. In *Hesychium* nosti nihil dicere me inclementius, cuius errores gravissimi ipsi *Bentlejo* plurimum boni pepererint. Huius generis nonnulla commemorandi deinceps recurret occasio: nunc malo Theocritea quaedam perse-
xxxiii qui: sed ista via, qua coepi, si pergerem per singula *Theocriti* carmina, liber excresceret: nunc igitur carptim quaedam loca attrectabo, et quidem ὕστερον πρότερον. Qui superbiam ponere recusaverat, alteri nunquam non duris moribus insultans, quo modo animum vultu prodiderit, his verbis exprimitur in Carminis XXIII, v. 13. 14.

Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος.

quid sententia postulet non est ad intelligendum difficile: *Ovidius*, ubi Theocritea videtur persequutus vestigia, sic cecinit XIV. Metam. v. 714.

Spernit et irridet: factisque immitibus addit
Verba superba ferox.

Sed negari non potest, latere Poëtae sententiam in verbis perverse scriptis:

Ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος.

Is, quem Tu facile coniectando adsequeris, hunc mihi locum aliquando commendavit, in quo vires periclitarer: Huius monitu animosum primo tentamine partem veritatis credo me detexisse: corrigebam autem:

— φεῦγε δ' ἀποπρὸ
Ὑβρίκτας, ὀργὰν περιειμένος.

Ille Noster, rogatus a me, quid de hac coniectura sentiret, correctionem sibi placere humanissimis verbis rescripsit, ita tamen, ut vulgatis ἀπὸ χρὼς eam maluerit accommodari, scribendo: Ὑβρίκτᾳ, ὀργὰν περιειμένῳ, ipsum illum *vocalium concursum virtutis aliquid habere* verissime iudicans. Nunc Tu haud censebis dubitandum, quin egregium locum facili medicina refecerimus, atque adeo
xxxiv quin scripserit *Theocritus*:

Τᾷ δὲ χολᾷ τὸ πρόσωπον ἀμείβετο· φεῦγε δ' ἀπὸ χρὼς
Ὑβρίκτα, ὀργὰν περιειμένω.

Illud ὀργὰν περιειμένος ex Homerico ἀναιδείην ἐπιειμένε ſimilibusve graviter expreſſum. Qui vulgo ὑβριστὴς, Dorice dicebatur ὑβρίκτας· huiusmodi a Doricis formis in ίσσω et άσσω, vel ίσδω et άσδω, derivata leguntur apud *Theocritum* Μελίκτας, IV, 30. Συρίκτας, VII, 28. et, pro βακολιαστὰς reponendum, Βωκολιάκτας in Eid. V. 68. his accedant duo ſignificationis adfinis Φορμίκτας, et Μασίκτας· quorum illud in *Pindari* Pyth. IV. 313, et in *Bianoris* epigr. Anthol. I, c. XL. 6. Μασίκτας apud *Heſychium.* Huius Lexicon plurima ſubminiſtrat ſimilia, eo diligentius adnotanda, quod eorum ratio viris Doctiſſimis ſaepenumero non ſatis fuerit perſpecta. *Ovidii* verſus ſupra poſitos excipiunt ſequentia:

Non tulit inpatiens longi tormenta doloris
Iphis; et ante fores haec verba noviſſima dixit:
Vincis, Anaxarete.

Paene convertit Theocritea in hoc carmine XXIII, 16.

Λοίσθιον ἐκ ἤνεικε τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερείας,
Ἀλλ' ἐνθὼν ἔκλαιε ποτὶ στυγνοῖσι μελάθροις.

Verum negabis Poëtam ſcripſiſſe τὰ σύμφορα τᾶς Κυθερείας. Quid ſi corrigeremus

Λοίσθιον ἐκ ἤνεικε τὰ πυρφόρα τᾶς Κυθερείας.

τὰ πυρφόρα, nempe βέλη, *tela* ſunt Veneris *ignifera*, quae ſupra v. 5. dixerat πικρὰ βέλη· Cyclops, Eid. XI. 15.

ἔχθιστον ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος
Κύπριος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἤπατι πᾶξε βέλεμνον,

noſtro hac in parte non fuit diſſimilis, niſi quod ille cantillando fallere valuerit amorem Galateae, cum hic contra non tulerit *longi tormenta doloris.* Cupidinis arma, quae πυρὶ πάντα βέβαπται, Veneri ſaepe tribui pernoſti. Venuſtum hanc in rem epigramma 193. L. VII. Antholog. tanquam ineditum deſcripſerat *Scaliger* e Codice Mſ. Cupidinis πυρφόρος ἰοδόκη *Alcaeo* celebratur Epigrammatogra- xxxv.

pho, Anthol. IV, c. XII. ep. 45. et quamvis fortissimus captus fuisse dicitur Achilles πυρφόρων — ἴυγγι τόξων, *Lycophroni*, v. 309. 310. Nec tamen istam coniecturam temere tanquam veram venditaverim. Lubet aliam eiusdem generis subtexere, ut Te saltem excitem ad veritatem investigandam. Quoniam cum hoc carmine habet aliquam adfinitatem Hylas *Theocriti*, huius Eidyllii XIII. tentemus versum 64. ita vulgatum:

> Ἡρακλέης τοιῆτος ἐν ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις
> Παῖδα ποθῶν δεδόνατο·

Non ignoro, *Valerium Flaccum*, cuius aliquot loca, in ultimis quas ad me dedisti literis, commode sanasti, de Hercule ob Hylam aestuante sic cecinisse, ut videri posset non ab *Apollonio* tantum, sed et a *Theocrito* nonnulla mutuatus III, 581.

> *volucri ceu pectora tactus asilo*
> *Emicuit Calabris taurus per confraga septis,*
> *Obvia quaeque ruens: tali se concitat ardens*
> *In iuga senta fuga.*

forte quis *iuga senta* censeat comparari posse cum istis ἀτρίπτοισιν ἀκάνθαις, quae mihi quidem non placent. Novi, qui coniecerit aliquando, legendum, ἐν ἀτρίπτοι-
XXXVI σιν ἀταρποῖς· hoc si genuinum videtur, cui debeatur, indicabo. Interea ponam, quid mihi inciderit: sed ante efficiam, ut commentum verosimile appareat. Mysiam elegerant Heroës Argoae navi stationem; subierat illa τὸν Κιανὸν κόλπον, *Scylaci* memoratum p. 35. Oppidi vicini cives et fluvii cognominis accolae dicebantur Κιανοί. Iam respice *Theocritei* carminis v. 30. et *Apollon. Rhod.* I, 1177. quo loco de Cio agentes usi sunt *Casaubon.* ad *Strabon.* XII. p. 845. et *Salmas.* in *Plin.* Exercit. p. 877. Dum in Cianorum terris se recrearent Argonautae, Thiodamanteus Hylas, Herculis minister, domino periit. Unius *Dionysii* verba subiiciam e Perieg. v. 805.

— οὔρεα Μυσίδος αἴης
Ἤιχί περ ἱμερόεντα Κίος προϊῆσι ῥέεθρα,
Τοῦ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν Ὕλαν ἡρπάξατο Νύμφη,
Ὀτρηρὸν θεράποντα πελωρίου Ἡρακλῆος.

Hylam cum irrito labore quaesivisset in *Cianorum* terris Hercules, interposita iurisiurandi religione polliciti sunt *Ciani* (*Apollon. Rhod.* I, 1352.) ab Hyla pervestigando nunquam cessaturos se; atque illud etiam festis diebus eam in rem institutis, quod e *Strabone* XII, p. 845. B. et e *Suida*, in Ὕλαν κραυγάζειν, licet aestimare, diutissime observarunt: *Apollonius Rhod.* I, 1354.

Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν περ Ὕλαν ἐρέεσι Κιανοί.

Istum versum turpis menda occupavit apud *Etymologum* p. 512. v. 40. Κίος — τὸ ἐθνικὸν Κιανός·

Τοὔνεκεν εἰσέτι νῦν Παρύλαν ἐρέεσι Κιανοί.

idcirco protinus eluenda, ne quis *Parylam* comminiscatur. Nunc forte dices recte coniectasse me, et *Theocritum* pro ΑΚΑΝΘΑΙΣ scripsisse ΚΙΑΝΟΙΣ. hoc ubi dederis, facile conficiam legendum: XXXVII

Ἡρακλέης τοιοῦτος ἐν ἀτρύτοισι Κιανοῖς
Παῖδα ποθῶν δεδόνατο.

In carmine *Theocriti* XV. mirabilis est ἀφέλεια, et imago muliebris ingenii ad vivum expressa. Quum de more mulierum Praxinoae τὸ καταπτυχὲς ἐμπερόναμα laudavisset Gorgo, roganti quantum inpenderit, antequam vestem potuerit detexere, respondet illa v. 36.

Μὴ μνάσῃς Γοργοῖ· πλέον ἀργυρίω καθαρῶ μνᾶν
Ἢ δύο· τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν ποτέθηκα.

verbum vulgatum προτέθηκα litera liberavi superflua: Ἀλλὰ, inquit Gorgo, Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι. Tum dixisse fertur Praxinoë, Ναί· καλὸν εἶπας. quod cum frigidum sit, ingenio certe *Theocriti* minime dignum, una tantum litera mutata, quam sensus flagitat, suam reddamus Praxinoae voculam Doricam, legendo:

Γ. Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι. Π. Ναί· καλὸν ἔμπας.

imo vero; inquit, fateor, *est prorsus elegans;* atque ita, cum vestem iterum contrectasset, amicae, neque hercle invita, tandem adsentitur: usitatior etiam voculae significatus, *tamen, nihilominus,* hic posset locum reperire: ἔμπα, ἔμπας, vel ἔμπης hoc sensu tum ab aliis, sed frequenter adhibetur a *Pindaro* et *Apollonio Rhodio*, in huius Argonauticis minimum vicies recurrens: usitatissimum ἀλλ' ὅμως, dicitur ἀλλ' ἔμπης et ἀλλ' ἔμπας *Hesiodo, Callimacho, Apollonio,* sed et *Epicharmo*, et *Theocrito* X, 29. XXII, 17. priori sensu ponitur ἔμπης saepe apud *Homerum*, et in *Aeschyli* Eumen. v. 229. ubi μέγας ἔμπας,
xxxviii. sicuti *Theocritus* dixit καλὸν ἔμπας. Deinceps laudat Praxinoë Ptolemaeum, quod praedonibus liberaverit Aegyptum, qui vias reddiderant latrociniis infestas: ἐξ ἀπάτας κεκροταμένοι ἄνδρες isti dicuntur fuisse, v. 50.

Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ, κακὰ παίγνια, πάντες ἐρειοί.

iungi debuerant ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, et postremum illud ἐρειοὶ sine controversia mendosum est: quamvis variis modis vocem viri Summi tentaverint, veritas adhucdum latet. Suspicabar *Theocritum* scripsisse:

Ἀλλάλοις ὁμαλοὶ κακὰ παίγνια, πάντες ἕλειοι.

ut designarentur *degentes in paludosis Aegypti locis*, quique absque Ptolemaeo non potuissent e secretis latibulis eliminari. Οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες *Herodoto* II, c. 94. ἕλειοι sunt *Thucydidae* I, c. 110. plura ad illustrandum paludosum Delta protulerunt Praeclari duumviri *Hemsterhusius* ad Plutum *Arist.* p. 54. 55. 56. et *Wesselingius* ad *Hieroclis* Synecdemum p. 726. qui *Thucydidae* locum indicavit. In istis ἕλεσι καὶ λίμναις tuta fuerunt ab ultima antiquitate latronibus Aegyptiacis receptacula. Veteres sequutus illa curatissime descripsit *Heliodorus* primo Aethiop. p. 10. ἐν τούτοις, inquit, (τοῖς ἕλεσι) ὅσον Αἰγυπτίων λῃστρικὸν πολιτεύεται. et cur in illis degerent, exponit p. 11. ἱκανὴ δὲ (ita legendum) φρούριον ἰσχυρὸν εἶναι λῃσταῖς. διὸ καὶ συρρεῖ ἐπ' αὐτὴν ὁ τοιοῦτος βίος, τῷ μὲν ὕδατι πάντες ἄτε τείχει χρώμενοι, τὸν δὲ πολὺν κατὰ τὸ ἕλος κάλαμον ἀντὶ χαρακώματος προβεβλημένοι· verba paenultima

revocant mihi in memoriam *Alexidis Samii* locum apud *Atheu.* XIII, p. 572. F. Ἄλεξις ὁ Σάμιος — τὴν ἐν Σάμῳ Ἀφροδίτην, ἣν οἱ μὲν ἐν καλάμοις καλεῦσιν, οἱ δὲ ἐν Ἐλειατικαῖς φησὶν ἑταῖραι ἱδρύσαντο. ubi pro ἐν Ἐλειατικαῖς non dubitabis mecum corrigere. ἐν ἕλει, Ἀττικαὶ, φησὶν, ἑταῖραι ἱδρύσαντο. Periclis in expeditione comites in Samo Veneri ſtatuam dedicaverant, quae a loco, in quo fuerat collocata, dicebatur Ἀφροδίτη ἐν καλάμοις, ſive Ἀφροδίτη ἐν ἕλει. — Ptolemaei laudes in Carmine XVII. ita celebrat *Theocritus*, ut a Veterum Graecorum inſtitutis et amabili ſimplicitate receſſerit quam longiſſime. Erat quidem Philadelphus ille, ut vere cecinit noſter XIV, 61. Εὐγνώμων, φιλόμωσος, — neque tamen dignus, qui Principibus viris perniciosa adulatione corrumperetur. Inter adulatores, qui Alexandrum, divinos honores ſtulte concupiſcentem, ab Ariſtotelis monitis quam longiſſime abduxerant, memoratur *Cleon* Siculus, *non ingenii ſolum* (verba ſunt *Curtii* VIII, v. 8.) ſed *etiam nationis vitio adulator.* Videturne de Siculorum ſuorum moribus aliquid traxiſſe *Theocritus*, quum in Carmine XVII. Philadelphi parentes, Ptolemaeum Lagiden et Berenicen, in Deorum numerum relatos multis verſibus cecinerit? Lagidae coelum aperuit ea parte, ubi ſedes erant Alexandro, et utriusque progenitori Herculi: Herculem eo vehementer laetatum ſcribit *Theocritus* v. 24. XXXIX.

Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο κῆρας,
Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται ἑοὶ νέποδες γεγαῶτες.

ad hanc normam locum integrandum arbitror: θεῶν νέποδες legit Ill. *Scaliger* Animadv. in *Euſeb.* p. 65. aliter *Caſaub.* Lect. Theocr. c. XVIII. et *Palmerius*: *Heinſio* L. Theocr. p. 351. ἑοὶ νέποδες reponenti ſuffragatur *Bentlejus* in *Callim.* p. 459. In altero verſiculo reliquerant:

— μελέων ἐξείλετο γῆρας. XL.

Qui in Miſcell. Obſ. Vol. I. p. 126. hunc verſum ſollicitarunt, minime audiendos cenſuerim: quoniam tamen vix videtur Graece dici poſſe, γῆρας μελέων ἐξελέσθαι, litera mutata, reponi poterit:

Ὅττι σφέων Κρονίδας μελέων ἐξείλετο κῆρας.

Iupiter in coelum recipiendos luſtravit; humanae naturae *ſordes*, et quidquid erat mortale, *ſuſtulit e membris* et expurgavit. Hercules dicitur — γυῖα θεωθεὶς *Callimacho*, h. in Dian. v. 159. ubi, dum multa notabat *Spanhemius*, noſtrum locum non omiſit. Quando quis dicitur ἐκθεωθῆναι ita ſaepenumero loquitur *Ovidius*, ut proxime accedat loquendi rationem Theocriteam: Metam. IV, 538. *abſtulit illis Quod mortale fuit.* XIV, 600. *Hunc iubet Aeneae quaecunque obnoxia morti Abluere* — etc. — In Carmine XXII. ſponſas ſuam et fratris vi abducentes Dioſcuros primum blanda nititur oratione ab incoepto retrahere Lynceus, eamque orationem ſuam his verbis claudit v. 165.

Ἀλλὰ φίλοι τᾶτον μὲν ἑάσατε πρὸς τέλος ἐλθεῖν
Νῶϊ γάμον, σφῷν δ' ἄλλον ἐπιφραζώμεθ', ἄνακτες.

ſic libenter legerim pro vulgatis: ἐπιφραζώμεθα πάντες· ſi quis hoc tueri voluerit, fatebitur tamen, aptius, et ad id, quod cupiebat efficere Lynceus, accommodatius eſſe ἄνακτες. Heroës Homerici infra *Theocrito* ſunt ἄνακτες v. 214.

Ἁμῖν κῦδος ἄνακτες ἐμήσατο Χῖος ἀοιδός.

Caſtores autem eximie *Anaces* et Ἄνακτες. Litera ν ſimiliter in π male fuit commutata in huius hymni v. 212. ubi pro ἐκ ἐπ' ἐλαφρῷ, legi debet;

Οὕτω Τυνδαρίδαις πολεμισδέμεν ἐκ ἐν ἐλαφρῷ.

XLI. *non in facili. Euripidis* in Theſeo ap. *Athen.* X, p. 454. c.

— τὸ πεμπτὸν δ' οὐκ ἐν εὐμαρεῖ φράσαι.

arbiter elegantiarum *Theocriti* peritiſſimus, *D. Heinſius* Lect. Theocr. c. XXV. recte repoſuerat in Eid. XXIII, 2. — ἐφαβῶ

Τὰν μορφὰν ἀγαθῶ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐν ὁμοίῳ.

haud ignarus in carm. XXII, 61. οὐκ ἐν ἑτοίμῳ reperiri, animum non adverterat ad verſum 212. Eſt et alius locus Bucolici, in quo dubito an ea formula ſit reponenda. Quod proxime praecedit Carmen XXI. multis ſane mendis eſt obſitum: videamus poſſitne una alterave tolli. Piſcatorum,

qui vitam aerumnosam tolerabant, cum enumeraſſet ſupellectilem, haec ſequuntur in editis v. 15.

Οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα· πάντα περισσὰ
Πάντ' ἐδόκει τήνας ἄγρας· πενία σφιν ἑταίρα.

Scaliger etſi meo iudicio veram ſcripturam non videtur adſequutus, dubitanter corrigendo:

Πάντ' ἐδόκει τήνοις. Ἄγρα πενία σφι ἑταίρα.

mihi tamen ad veritatis perveſtigationem Viri Magni tentamen profuit: nam vix poteris ab ea me perſuaſione abducere, qua verſiculum ſic reſtitui poſſe credidi, ſi legeretur;

— πάντα περισσὰ
Τἄλλ' ἐδόκει τήνοις· ἄγραν πενίας φὰν ἑταίραν.

omnia reliqua videbantur iſtis ſupervacua: piſcaturam paupertatis comitem eſſe dicebant vel *reputabant:* utroque enim modo illud φὰν *Homero* et *Apollonio* uſurpatur. Plura ſunt quibus dictum poſſet illuſtrari, quae melius erit omiſiſſe. In eiusdem carminis v. 10. mihi quidem displicuerunt τὰ φυκιόεντά τε λῆδα· ſive λῆδα· arbitrabar *Theocritum* poſuiſſe, τὰ φυκιόεντ' ἀγρηνά, et hoc in loco quaerendam ſedem Gloſſae *Heſychii*, Ἀγρηνά, δίκτυα interpretantis. Hoc ſi minus probes, id tamen certum eſt, dictiones Theocriteas reperiri plurimas apud *Heſychium*, quas alibi fruſtra quaeras, nonnullas etiam aliter ac in editionibus ſcriptas. Legitur apud *Heſychium:* Μαλλοπάραυος, λευκοπάρειος· ſcripſerat Μαλλοπάρηος, e *Theocr.* XXVI, v. 1. ubi noſtris in Edd. μαλοπάρηος· prouti etiam *Euſtathius* repererat, qui ad Il. H. p. 570. v. 4. παρὰ Θεοκρίτῳ, inquit, Μαλοπάρηος, ἡ ἀπαλοπάρηος. — Alibi poſuerat *Heſychius:* Κυρίττιλος, κορύπτης, πλήκτης. non aliter ſcripſiſſe puto *Theocritum* V, 147. ubi vulgatur κορυπτίλος· ſed altera forma eſt Dorica; Eid. III, 5. pro κορύψῃ in ſcriptis *Gellii* Codd. etiam in Franequerano recte legitur κορύξῃ· nec non in Codd. quibusdam *Theocriti*, ut monitum fuit in Vanno Critica p. 457. — Supra *Heſychius:* Ἀναίλιπος, ἀνυπόδητος. illud etiam vulgatae in Eid. IV, 56. ἀνάλιπος praetulerim; ubi enim ceteri η, Dores nonnunquam αι

XLIX

pronuntiabant: reperiuntur autem ἀνήλιπος, νήλιπος, et νηλίπες. *Hesychius*: Νηδύπες, ἀνυπόδετος. corrigendum Νηλίπες, e *Sophoclis* Oed. Col. v. 340. usitatior forma νήλιπος nec ab *Hesychio* praetermissa legitur apud *Apollon. Rhod.* III, 646. Hodie neminem latet, quorumvis Poëtarum Veterum loca plurima ex *Hesychio* feliciter expoliri posse; quamvis paucae correctiones prodierint, qualis nobiscum fuit ad *Hesychium* in v. Ἄθραυστα communicata. Constitueram, *Rövere* Nobilissime, specimen correctionum, quae sola paene nitantur fide libri praestantissimi,
XLIII. huic epistolae intertexere; sed postea rectius me facturum duxi, si ista liberiori spatio committerem: istiusmodi correctiones, si non nullius sint momenti, Tu, sat scio, censebis anteponendas nonnullis Hesychianis. In Glossis autem *Hesychii*, quarum cubilia vix ulla possint pervestigatione deprehendi, duplici via potest insisti; alteram triverunt viri Summi non nisi a paucis calcandam, et variis difficultatibus inpeditam; multo facilior est altera. Quum *Hesychium* in manus sumserim, quid velim uno specimine declarabo. Pone itaque tantisper *Theocritum*, et, ubi observati grammatici taedium devoraveris, *Hesychium* respice. Classis est nominum derivatorum, quae terminantur in θμός, sunt etiam pauca in θμα, θμὴ, et θμών· in quibus θ genuinae literae σ, in τ mutatae, sedem occupavit: remanserunt in usu quotidiano, ἀριθμός, βαθμός, κλαυθμός, πορθμός, ῥυθμός, σταθμὸς etc. sed vulgus formas istas plerasque repudiavit. Poëtae formarum, quas olim homines triverant, studiosi, plurima huius etiam moduli versibus roborandis accommoda custodiverunt; qualia sunt animantium sonis indicandis inservientia, βρυχηθμός, ὀγκηθμός, ὠρυθμός, μυκηθμός, κνυζηθμός· quorum postremum, gannitum notans, obvium in Odyss. Π, 163. et *Apollon.* III, 883. bis mendose scriptum legitur apud *Hesychium*, Κυζηθμὸς, et ubi postulat literarum series Κυνηθμός. Huius generis, praeter alia magis protrita, prostant apud *Homerum* etiam rariora, Κληθμός, Ἑλκηθμός, Μηνιθμός, Ἴθμα et Εἰσίθμη· apud *Hesychium*, pro Ἐξίθμη, series literarum monstrat olim lectum Ἐξίσμη. quae vetus sine dubio scriptura in
XLIV. multis male fuit obliterata: *Bergleri* observatis ad *Alciph.*

p. 88. alia poſſent adiungi. Inprimis formas in θμὸς frequentavit *Lycophron*, et uſitatiſſimas dictiones κευθμὸς, κλαυθμὸς, σκαρθμὸς adhibuit, et minus uſitatas ἰαυθμὸς, μηλιαυθμὸς, ἀρδηθμὸς, τεθμός. quorum paenultimum legitur et apud *Nicandrum* Ther. v. 412. ultimum nuspiam frequentius quam in odis *Pindari*, qui rariorem etiam formam Κινηθμὸς poſuit Pyth. IV, v. 370. Ἰνηθμὸς, ſignificans κάθαρσιν κοιλίας, dictio eſt *Hippocratis*, *Erotiano* et *Galeno* commemorata. Ἰαυθμοὺς dixit *Lycophron*, v. 606. et ſupra v. 96. meminerat Μηλιαυθμῶν· hoc mendoſe ſcriptum in *Etymologo*, qui praeterea compoſitum ſubminiſtrat p. 342. v. 35. aliis praetermiſſum Ἐνιαυθμός. Apud *Suidam* et *Heſychium* cum recte legatur Ἰαυθμοὶ, hic alibi depoſuit e mendoſo codice Ἰαθμὸς et αὐθμός. Heſychiana, quae ad iſtam claſſem pertineant, cum plura poſſent depromi, ſpeciminis gratia nonnulla depravata attingam e litera Δ. vulgatur apud *Heſychium*:

Δαίημος, διαίρεσις, μερισμός.] Recepit illud tanquam Graecum *H. Stephanus*, eo potiſſimum inductus, quod legerat apud *Heſychium*: Δαιέοι, διαμερίζοι. Sed hoc in Δαΐζοι, alterum Δαίημος, ex analogia, quae comparatione conficitur, commutari debet in Δαϊθμὸς, vel Δαιθμός. Ab origine Δάω fluxerunt, *dividendi* ſignificatu nota, Δαίω, Δαΐζω, Δάζω, Δαζομαι. hinc δασμὸς, a Δαΐζω, δαϊσμὸς, Δαιθμός. hanc veterem formam Doricam, in libris certe noſtris non obviam, vetuſta tabula Meſſanae inventa fideliter adſervavit apud *Gruterum* Theſ. Inſcript. Antiq. p. CCXIII. leges ibi v. 18. ΔΑΙΘΜΟΥΣ, et p. CCXII. v. 4. errore vulgari poſitum ΔΕΘΜΟΥΣ. Supra legitur apud *Heſychium* XLV.
recte ſcriptum, Δαηθμὸν, ἐμπρησμόν. Succedat alia gloſſa depravata.

Δυθίλαι, θαλάμαι, καταδύσεις.] Certiſſime corrigendum: Δυθμαὶ, θ. *luſtra* ſunt *ferarum*. Error fuit librarii, totidem paene ductus M et ΙΛ confundentis. Ad obſervati grammatici triſtitiam minuendam, aliud quidpiam iuvat interſeruiſſe. Plurima latent Veterum loca ſub eodem errore obſcurata: pro M poſitum IN corrupit verſum *Apollophanis* (ſic legendum puto pro Εὐφάνης) Comici apud *Athen.* VIII, p. 343. B.

Ποῦ Κόρυδος, ἢ Φυρόμαχος, ἢ κοίλε βία.

restitui debet — ἢ Κόρμε βία; *Cormus*, parasitus gulosus, quique manus habebat picatas, e *Timoclis* loco VI, p. 240. F. mihi innotuerat: is per iocum comicum eleganter dicebatur Κόρμε βία. — *Couradum Gesnerum*, et capitalia *Scaligeri* et *Casauboni* ingenia frustra exercuit eodem errore deformatus *Archestrati* locus apud Athen. VII, p. 301. D.

Καὶ Λεβίαν λαβεῖν ὄσχετον ἥπατον ἐν περικλύστῳ
Δήλῳ.

Si pro ΙΝ reponamus Μ, *Archestrati* manum recuperabimus: emendandum enim sine controversia,

Καὶ Λεβίαν λαβὲ, Μόσχε, τὸν ἥπατον ἐν περικλύστῳ Δ.

Moscho et *Cleandro* poëma suum inscripserat *Archestratus*, monente *Athenaeo* p. 278. E. *Moschum* etiam alloquitur apud eumdem III. p. 111. F. *Cleandri* nomen sub literis perverse scriptis latet VII, p. 322. C.

Ταῦτα δὲ πάντα Κύρῳ φράζων, καὶ πρὸς σὲ Κλέαινε.

inopinatus ille *Cyrus* virum Magnum debuerat ab errore revocare; notus est Atticismus, λέγων κυρῶ, vel κυρῶ φράζων. reponamus itaque:

XLVI. Ταῦτα δὲ πάντα κυρῶ φράζων καὶ πρὸς σὲ Κλέανδρε.

Hesychii notam supra positam haec excipit:

Δυθμέσι, δύσεσι, καταστροφαῖς.] Prius illud Δυθίλαι posuit in Indice Thes. *Stephanus*, ubi nostrum tamen tentavit: sed dubitari non potest, quin corrigi debeat: Δυθμαῖσι, δύσεσι, κ. veram scripturam non vidit *Spanhemius*, dum tractabat *Callimachi* h. in Cerer. v. 10.

Πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔστ' ἐπὶ δυθμάς;

Dixerit forte quis, Δυθμαῖσι dictionem fuisse *Epicharmi*, seu *Empedoclis*; ab *Empedocle* dictum mutuatus est, ut alia plurima, *Plato*, VI. de LL. p. 770. A. ἡμεῖς ἐν δυσμαῖς τοῦ βίε· a *Platone* sumserunt, praeter ceteros, quos indicavit Celeberr. *Alberti* ad *Hesychianum* Δυσμαῖς βίε.

Δέελος, δεσμὸς, ἄμμα.] Nisi fallor, *Hesychium* deceperat librarius, qui pro M scripserat Λ, pro Θ autem ϵ. harum etiam literarum adfines esse ductus in scriptis codicibus et in monumentis lapideis viri docti saepe monuerunt: nec veteres Criticos ista talia neglexisse liquet e Porphyrianis apud *Eustath.* ad Il. Υ. p. 1284. e quibus adnotatur, nonnullos in versu 269. Il. Υ. pro ἔλασσε correxisse θλάσσε, contendentes, natam perversam scripturam, τῆς ἄνω περιφερείας τȣ̃ Θ κολοβωθείσης εἰς φανταστίαν τȣ̃ ϵ γράμματος. Corrigamus ergo errorem *Hesychii*, scribendo: Δεθμὸς, δεσμὸς, ἄμμα. — Alibi *Hesychius*: Ἐσμοὶ, πολλοὶ, δεσμοὶ, πλόκαμοι. Sic censeo; scriptum in veteri fuisse Glossario: Δεθμοὶ, δεσμοὶ, πλόκαμοι· literam primam postea a librario praetermissam. Incidit *Hesychius* in librum, in quo primae dictionum literae nondum fuerant adpositae, quumque non acute cerneret, huius generis mendosa non pauca recepit in suum Lexicon. Talia XLVII. plura docte restituit γόνιμος Κριτικὸς *Ioannes Taylor*, in docto Lectionum Lysiacarum et laborioso libello, c. IX. Lexicon autem Graecum, in quo persaepe prima vocum litera deficit, in angulo Leidanae Bibliothecae latet. Sed si verum est, quod supra posui, quid reliquis Ἐθμοὶ, πολλοὶ, faciendum? recte de voce ἐσμὸς cogitasse credo Cl. *Albertium*. *Etymologus* p. 383. v. 10. ὡς, ait, ἀπὸ τȣ̃ τίθημι, θετός· (legendum, θεσμὸς καὶ τεθμός·) καὶ βιβήμι, βασμὸς καὶ βαθμὸς — ἔτω καὶ ἵημι, ἥσω, εσμός. quidni etiam ἐθμὸς a quopiam potuerit adhiberi? cogita quaeso monitum *Hemsterhusii* ad *Hesych.* I, p. 136. n. 15. iam si ponas, Grammaticum in *Lycophronis* Cassandra v. 415. Νήρι-θμος ἐθμὸς, aut alicubi reperisse ἐθμὸς σοφιστȣ̃ν, vel quidpiam simile, statues utique scribi potuisse in Glossario: Ἐθμὸς, πολλοί· certe σοφιστῶν σμῆνος et σοφιστῶν ὄχλον dixerunt *Cratinus* et *Iophon* apud *Clement. Alex.* Strom. I. p. 329. εσμὸν γυναικῶν, *Aristoph.* Lysistr. v. 353. ἐσμὸν λόγων *Plato* V, Πολιτ. p. 450. B. εσμὸν ὀνομάτων *Lucianus* Lexiph. II. p. 338. Laïs habuisse dicitur ερωντων ἐσμὸν, Anthol. VI, c. VIII. ep. 1. etc. Ubi unum alterumve *Hesychii* commentum confutavero, hinc discedam: *Hesychii* nota est:

Δέημος, νόμος, ἢ δεσμός.] Infra legitur: Δεόμενος, νόμος, δεσμός. Quod e Suida excitatur Δέμος, νόμος ἢ δεσμός· legitur in huius libro post vocem Δεξιοὶ, atque adeo patet e serie literarum *Suidam* non Δέμος, sed Δεόμενος, aut certe Δέομος scripsisse. Ista tria Δέημος, Δεόμενος, Δεόμος, minime Graeca, diversam tantum exhibent: eamque mendosam, quam in libris repererant, veteris dictionis
XLVIII faciem. Genuina lectio mihi certe haec videtur: Δεθμὸς, νόμος, ἢ δεσμός. τὸν δεσμὸν dictum fuisse Δεθμὸν, constare arbitror e praecedentibus. Sed lex etiam dici potuit Δεθμός. Leges positae, quaeque vim legis habere credebantur, consuetudines et instituta maiorum vulgari satis adpellatione vocari solebant θεσμοί· Athenis sic dicebantur eximie severissimae Draconis leges, ἐκ ἀνθρώπα, ἀλλὰ δράκοντος, uti eas vocabat *Herodicus* apud *Aristotelem* Rhetor. II, p. 110. v. 9. Quibus in ea voce σ videbatur in θ commutandum, scripserunt Τεθμός. haec forma *Pindaro* praesertim diverso fuit usu adhibita, Olymp. VI. 118. VII, 161. VIII, 33. XIII, 39. 57. Pyth. I, 125. IV, 54. Nem. X, 61. attigit eorum locorum nonnulla Ill. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* p. 103. Verum Τεθμὸς cum scriberetur pro θεθμὸς, nonnulli Θ in Δ mutato, ut et in aliis (*T. H.* ad *Hesych.* in Θάβακον.) ponere maluerunt Δεθμὸς, atque adeo Δεθμὸς recte νόμος ἢ δεσμὸς potuit explicari. Qui certis vestigiis institerit, ea via per diversas Linguae ditissimae partes pergendo, plurima poterit nova detegere. Redeo ad *Theocritum*, et missis ceteris ex unico carmine secundo nonnulla attingam.

In parte postrema carminis istius magici, qua Myndii Delphidis amore se deceptam queritur Simaetha, Deae, quam coelo devocaverat, paucis versibus enarrat, quid evenerit, posteaquam officiosa Thestylis palaestritam perduxerat ad obsequium suum: nimirum mane istius diei, cuius vespera carmen illud decantabat, venisse vetulam, ἦνθέ μοι, inquit, v. 145.

— ἦνθέ μοι ἄ τε Φιλίστας
Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἄ τε Μελιξὼ
XLIX. Σάμερον.

quae

quae muliercula ſpeculatrix veſtigando cognoverat, faſtidioſum adoleſcentem ab ipſa alienatum alio transtuliſſe amorem ſuum; vera autem eſſe, quae fuerant a vetula minime mendaci relata, hoc argumento conficit Simaetha, quod per ſolidos dies duodecim ne ſemel quidem ad ſe diverterit Delphis, qui antea nullum diem intermiſerat, quin ſaepius veniret. Haec vis ſententiae Theocriteae in duabus literis male diſtractis latet. ſic vulgatur v. 155.

Ἦ γάρ μοι καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοτ' ἐφοίτη,
Καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν.
Νῦν δέ τε δωδεκαταῖος ἀφ' ὥτέ νιν ἀδέ ποκ' εἶδον.

illud Ἦ γάρ μοι minus attendenti blandiri poterit; ſed ſi ſententia penitus introſpiciatur, μοι locum minime tuebitur: nam δωδεκαταῖος, et iſta τρὶς καὶ τετράκις aliud quid requirunt, quo referantur, ac monſtrant, praeceſſiſſe *nuper*, *proximis his diebus*, νεωστὶ, ἀρτίως, vel ſimile quidpiam. Quaerendi ſollicitudine liberabimur, ubi facilem medicinam, quam tot veterum locis praeter ceteros feliciſſime admovit *Iſ. Caſaub.* huic etiam loco adplicuerimus: e voculis enim Ἦ γάρ μοι nobis enaſcetur Ἦγ' ἀρμοῖ· Vocem Ἀρμοῖ a *Theocrito* IV, 51. *Lycophrone* v. 106. uſurpatam, pro νεωστὶ, ἀρτίως, Syracuſanam eſſe pronuntiantibus Grammaticis eo non illibenter fidem habuerim, quod plane conſtet, eſſe de veteris Linguae reliquiis, eiusdem analogiae, cuius ſunt dictiones Syracuſanae, certe Doricae, ἐνδοῖ, ἐξοῖ, πεδοῖ, de quibus variis in locis ex Alexandrino *Heraclide* notat *Euſtathius.* Ἀρμοῖ vel Ἀρμοῖ L. (utro modo pronuntiandum ſit non convenit inter Technicos) olim legebatur in exemplaribus *Apollon. Rhod.* I, 972. ubi ad Ἰσόν πε κἀκείνῳ — *Scholiaſta*, γράφεται δὲ, inquit,

Ἀρμοῖ πε κἀκείνῳ ὑποσταχύεσκον (ἴελοι.)

ἀντὶ τοῦ, ἀρτίως, νεωστὶ ὑπηύξανον, ὑπήνθεν. qui locus forte perſpicaciam Bentleji effugit ad fragm. *Callimachi* XLIV,

Ἀρμοῖ πε κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴελος.

Theocritus autem cum ceteris frequenter adhibet voculas

ἦ ῥα, et ubi formulis interrogandi, ſed et ubi ſine interrogatione res certa adfirmanda eſt, veluti in huius carminis v. 6. 114. 123 Eid. III, 15. etc. propterea ſcribere malim ἦ ῥ' ἁρμοί, in loco noſtro, ſic mea ſententia reficiendo:

Ἦ ῥ' ἁρμοῖ καὶ τρὶς καὶ τετράκις ἄλλοκ' ἐφοίτη,
Καὶ παρ' ἐμὶν ἐτίθει τὰν Δωρίδα πολλάκις ὄλπαν,
Νῦν δέ κε δωδεκαταῖος, ἀφ' ὥτέ νιν ἐδέποκ' εἶδον.

ut hic ſit loci ſenſus: *alias certe ter quaterve proximis diebus ad me veniſſet, et ſaepenumero Doricam domi meae depoſuiſſet ampullam: ſed nunc integri dies effluxerunt duodecim, a quo ne ſemel quidem ipſum viderim.* Non ante deſpectam ſe fuerat ſuſpicata Simaetha, neque adeo revocaverat ad animum cariſſimi Delphidis abſentiam, quam eſſet de ipſius animo mutato admonita a tibicinae matre. Huic mulieri quid fuerit nominis ignoramus, nec erat illud etiam memoratu dignum: ſed quamobrem, obſecro, binae iſtius mulieris filiae commemorarentur? ita tamen, quos quidem noverim, locum ſupra poſitum,

11. (ἦνθέ μοι ἄ τε Φιλίσταις
Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἄ τε Μελιξὼς
Σάμερον·)

interpretantur, ut vetulae filias nominent *Philiſtam* et *Melixonem*. Credo *Philiſtum* Syracuſanum eo viros doctos induxiſſe, ut commodum muliebre nomen Doricum in verſum Theocriteum introducerent: atque illud, quamvis alienum a mente Poëtae, facile tamen erat ferendum; ſed vix feras *Palmerii* commentum, qui tibicinae Theocriteae ſubſtituendam ἀλετρίδα, e more ſuae gentis iudicaverat: verum plerique fatebuntur, *Palmerium*, in veteris Graeciae rebus valde exercitatum, in poëticis elegantiis cernendis non habuiſſe ῥῖνα κριτικήν. In poſterum, ἐὰν ἤ γ' ἐμὴ νικᾷ, de ſola cogitabunt *cariſſima* Simaethae tibicina Melixone. Pervenuſte ſcripſerat, ni fallor, *Theocritus*:

ἦνθέ μοι ἄγε Φιλίσταις
Μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος, ἄγε Μελιξὼς·

venit ad me mater cariſſimae meae tibicinae, meae inquam Melixus. Illud ἄ γε repetitum quantum loco venuſtatis conciliet, Te perſenſurum confido. Si vel nuspiam in libris noſtris *cariſſimus* diceretur φίλιστος, eo non minus crederemus, olim fuiſſe, apud Dorienſes praecipue, pervulgatum: nomina propria bene ominata, Φίλιστος, Φιλιστιων, et muliebria Φιλίστη vel Φιλίστα, et Φιλίστιον, qui tandem in uſum fuiſſent recepta, niſi a φίλος formata φιλίων et φίλιστος innotuiſſent? Pariter utique ἄριστος transiit in nomen Ἀρίστος, ſeſeque in varias formas diffudit: memorantur enim Ἄριστις, Ἀριστεὺς, Ἀριστέας, Ἀρίστων et Ἀριστίων, mulieres etiam Ἀριστὼ et Ἀρίστιον. Sed et ſuperſunt φιλίων et φίλιστος· prius in *Homeri* Od. T, 551. et Ω, 267. quanquam et ab aliis obſcuratum, et a *Palmerio* ad *Heſych.* in Φιλίων. ad utrumque locum *Sophoclis* meminit *Euſtathius*, in cuius Aiace legitur v. 862. LII.

τὼς αὐτοσφαγεῖς
Πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Scholiaſtes ad hunc locum ταῦτα δὲ, inquit, νοθεύεσθαί φησι· quis? *Didymus*, opinor; atque adeo legendum: ταῦτα δὲ Διδυμος νοθευεσθαί φησι. *Schol.* ad *Soph.* Antig. v. 45. Διδυμος δέ φησιν, ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στιχον νενοθεῦσθαι. — Nondum a Carmine *Theocriti* discedo: quam in primo verſu et deinceps aliquoties compellat Simaetha, *Theſtylis*, dominae in magico hoc miniſterio adiutrix, ipſa erat veneficiorum ſcientiſſima; quales habuiſſe plerumque videntur in familia mulieres iſtius quaeſtus, cuius fuit *Simaetha*: eiusdem ordinis mulier, Σιμαίθα dicitur *Ariſtophani*, Acharn. v. 523. *Heſychius*: Σιμαίθα, ἑταίρας Μεγαρικῆς ὄνομα· ſic enim recte locum correxerunt *Kuſterus* et *Weſſelingius*. Nomen Theſtylidis, ab uſu ſervulae inditum, a *Sophrone Theocritus*, a *Theocrito Virgilius* acceperat: ſed Virgiliana *Theſtylis*, quae *feſſis meſſoribus herbas contundebat olentes*, Ecl. II, 10. ea ipſa eſt vetula venefica, non nominata *Theocrito*, *quae meſſores nuper ſubſequuta ſpicas legerat*, ita enim accipienda videntur in Eid. III, 34.

Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις —

Theocriti Theſtylis poſtquam herae iuſſis obſequuta lauros, malas herbas, pilam rubra lana incinctam, et cetera para-
LIII. verat, quae uſui erant futura, Magicum carmen, decantandum, dum ſacra ad animum Delphidis reflectendum peragerentur, incipit Simaetha, Eid. II, 10.

Voce vocans Hecaten, coeloque Ereboque potentem,

ἀλλὰ Σελάνα

Φαῖνε καλόν· τὶν γὰρ ποταείσομαι ἄσυχα δαῖμον,
Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ, τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.
Χαῖρ' Ἑκάτα δαιπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπήδει.

Non pigebit adſcripſiſſe ex *Horatii* Epod. V, v. 51. et ſeqq.

Nox et Diana, quae ſilentium regis
Arcana cum ſiunt ſacra;
Nunc nunc adeſté.

quae poſtrema Theocriteum ἀλλὰ commode exprimunt. *Seneca* Hippol. v. 412.

Hecate triformis; en ades coeptis favens.

ſed μέλαν αἷμα hoc quidem in loco diu fuerat ſuſpectum: memineram quidem, veteres nigrarum pecudum ſanguine Deos inferos placaſſe, et *Nigro bidentes vellere atque atras boves* in ſacris fuiſſe Magicis adhibitas; praeter ceteros etiam *Tibullum* cecinisſe 1 Eleg. II, 61.

nocte ſerena
Concidit ad Magicos hoſtia pulla Deos.

neque tamen propterea mihi poteram perſuadere, *hoſtiam pullam* dictam fuiſſe *Theocrito* μέλαν αἷμα. Tandem, poſtquam ad me pervenerat Theſaurus, quo nos ditavit, et quotquot ſunt atque aliis erunt in annis harum Literarum ſtudioſi ſibi devinxit utrique noſtrum Amiciſſimus et ma-
LIV. gnis ſuis meritis Celeberrimus *Io. Alberti*, coepi ſuſpicari locutionem ubivis obviam, μέλαν αἷμα, rariſſimae locum occupaſſe, ſcripſiſſe autem *Theocritum:*

Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν εἷμα.

Relege, quaeſo, *Hemſterhuſii* adnotata, ad formulam

Ἐπιέσασθαι γῆν, quam *Hesychius* explicat, ταφῆναι· et iudicabis, terram cadaveribus circumfusam, quae ossa nigro velut amictu amplectitur, atque adeo *sepulcrum* dici posse μέλαν εἷμα. nullus quidem locus est ad manum, in quo vocabulum εἷμα sic usurpetur: verum notiones *sepulcri* et *vestimenti* potuisse permutari, hinc Tu certe conficias, quod utramque uni rei designandae adhibuerint. Corpus vetustissimi Theologi non tantum carcerem sed et *sepulcrum* animae nominarunt, quo divinior ista particula velut obrueretur: horum sententiam apud *Clem. Alex.* V. Strom. v. 518. commemorant *Plato*, et *Philolaus* Pythagoreus, qui ἁ ψυχὰ, inquit, τῷ σώματι συνέζευκται, καὶ καθάπερ ἐν σώματι, ἐν τάτῳ τέθαπται. recentiores corpus vocare maluerunt *vestem*, qua tanquam velamento natura animam circumdedisset: vide, quaeso, *Gataker.* ad *M. Antonini* X, 1. quod Imperator ibi vocat τὸ περικείμενον σῶμα, infra X, 38. τὸ περικείμενον ἀγγειῶδες, supra dixerat τὸ ἀγγεῖον τὸ περικείμενον, VIII, 27. locum inspice, si placet; ἀγγεῖον enim emendavi, pro vulgato αἴτιον· et hoc quidem recte fecisse me censebis, sed *Theocritum* tractanti negabis esse philosophandum. Si *Sepulcro* convenit vestimenti notio, *sepulcretum* designare potuit *Theocritus* per νεκύων ἠρία καὶ μέλαν εἷμα, et in Magico carmine Hecaten celebrare,

Ἐρχομένᾳν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν εἷμα,

sicuti eamdem in precibus ad Musaeum dixerat *Orpheus*, LV.
Theologus certe pervetustus, v. 47.

Τυμβιδίαν, ψυχαῖς νεκύων μέτα βακχεύεσαν.

Veneficae, quae manes dira detestatione evocantes sepulcris eliciebant, peragere sueverant in sepulcretis sacra nefaria: Medea dicitur ἀλωμένη ἀμφὶ νεκρὲς *Apollon. Rhod.* IV, 51. aderat sacris, et per sepulcra vagari credebatur Hecate, sive Luna, a venefica solemni ritu *excantata*: hoc quum fuerit verbum in ista re proprium, atque illud pernoverit *Broukhusius* ad *Propert.* III, Ecl. II, 49. mirabar virum Elegantissimum, versum *Propertii* IV, El. V, 13.

Audax cantatae leges imponere Lunae,

praetermiſiſſe intactum: non ſane nego Lunam dici poſſe *cantatam*, aut ignoro Horatianum *audax perpeti*, quaeque ſimilia, *Horatio* inprimis familiaria, dudum ante *Bentlejum* collegerat *Lambinus* ad *Horat.* IV. Carm. VIII, v. 8. ſed quoniam, ſi unum locum excipias IV, El. X, 42. huius generis nihil repereram apud *Propertium*, contra noveram ſaepe infinitivis iunxiſſe *auſus* et *auſa*, veluti III, El. IX, v. 13. et v. 41.

Auſa Iovi noſtro latrantem opponere Anubin,

IV, El. VIII, 22.

Auſa per impuros frena movere locos.

cenſebam equidem in altero etiam verſu, cuius ſenſus pendet a ſequentibus, corrigi debere:

Auſa excantatae leges imponere Lunae —

Is cuius mentionem feci, *Broukhuſius* oſtendit ad Tibull. I. El. II, 52. in iſtiusmodi ſacris Hecaten apparuiſſe cani-
LVI. bus comitatam: propterea bis minimum σκυλακῖτιν eam vocat ſuis in hymnis *Orpheus*: canibus ipſis viſam fuiſſe tum Deam terribilem manifeſtum eſt e Theocriteis:

τὰν καὶ σκύλακες τρομέοντι
Ἐρχομένᾳν νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν εἶμα.

Terribilem Deam exire iubet Simaetha, ſuoque ſacro intereſſe benignam:

Χαῖρ' Ἑκάτα δασπλῆτι, καὶ ἐς τέλος ἄμμιν ὀπάδει.

Hoc erat initium carminis, cuius pleraque intermedia *Caſaubonus* et *Heinſius* explicuerunt: unicum vocabulum attingam, quod, vitii manifeſtum, illi tamen videri poſſint non animadvertiſſe: Δέλφις, inquit Simaetha, v. 23.

Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω. χ' ὡς αὐτὰ λακέει, μέγα καππυρίσασα, —

Id quidem extra dubitationem poſitum arbitror, participium καππυρίσασα non eſſe Theocriteum: forte dudum genuina lectio Tibi in mentem venerit: dicam tamen, quid mihi ſuper hoc loco cogitanti inciderit; evenit enim,

nec mirum, rariſſime, ut in eadem duo incidamus cogitandi veſtigia. Male putabam coaluiſſe, quae fuerant disiungenda; poſuiſſe autem *Theocritum* καππυρὸς εὖσα· vides, ευ in α mutato, quam facile hinc en ſci potuerit vulgata, a qua paululum diſcedit lectio *Etymologi* in v. Δάφνη· utrique certe fateberis anteponendam, quam poſui. *Lauri folia igni inpoſita*, δάφνη κατὰ πυρὸς οὖσα, Theocritea ſcribendi conſuetudine, δάφνα — καππυρὸς εὖσα. Participium εὖσα Dorico iſto flexu recurrere apud *Theocritum*, et κατὰ hoc ſenſu caſui etiam ſecundo iungi pernoſti: καππυρὸς, pro κατὰ πυρὸς poſitum, videri poterit inſolen- LVII.
tius; et fateor ſolam ad illud firmandum habere me analogiam: uſus enim veteri Lingua loquentium permiſit, ut, praeter alias, praepoſitio κατὰ non tantum cum verbis, ſed cum nominibus etiam, quibus fuerat adponenda coaleſceret, ſic contracta, ut eius pars ſecunda tranſiret in conſonam nominis primam, niſi quando concurſus aſperior leniori videbatur litera molliendus: notiſſima ſunt καγγόνυ, κακκεφαλὴν, quodque propius accedit καππεδίον. Nunc adponam *Theocriti* locum, qui praeterea laborat interpunctione, ſic ſcriptum, ut emendandum arbitrabar:

Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω· χ' ὡς αὐτὰ λακέει μέγα, καππυρὸς εὖσα,
Κἠξαπίνης ἄφθη, κοὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτᾶς,
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.

Horatius Epod. V, 81.

amore ſic mei flagres, uti
Bitumen atris ignibus.

cum bitumine lauri fragiles in focum coniiciebantur magicum; ut eo celerius flammam conciperent, *ac divino igne conſumerentur*, quae verba ſunt *Servii* ad *Virgilii* Pharmaceutriam v. 82. Plura attulit *Broukhuſius* ad *Tibullum* 1. El. II, 61. et *Nemeſiani* locum ex Ecloga IV, cuius verſus 64 et 65, vocibus aliquot transpoſitis, ſic omnino legendos exiſtimo:

Luſtravit, vivo crepitantes ſulphure lauros
Incendens, cineresque averſa effudit in amnem.

ubi *Titius Theocriti* meminit et *Tibulli;* huius in II. El. V, versus 81.

Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis,

LVIII. firmat in *Theocrito* λακέει μέγα· Horatianum autem *bitumen atris ignibus*, alterum καππυρὸς εὖσα. Si Tu forte, literis iisdem servatis, scribere malueris κάππυρος εὖσα, quod pro κατάπυρος adhibuerit *Theocritus*, cum sensus paene idem maneat, ita cogitanti non reluctabor. Sed illud satis certum puto, a *Theocrito* poni non potuisse καππυρίσασα. Hic debueram subsistere, Teque fessum legendo dimittere; Γνώμην δ' ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται. verum, si Te diutius detineo, quam par erat, ita quaeso cogita, hanc ubi Epistolam perlegeris, nihil causae habiturum, cur *Ursini* libellum revolvas, cui hac opera vix quidquam accessit ornamenti. Sic itaque conabor labefactare illud καππυρίσασα, ut nova quaedam lux *Theocrito*, et Linguae in universum videri possit accessisse. Quod in Scholiis legitur πυρακτωθείσα non utique lectioni vulgatae, quidquid narret *Aem. Portus*, sed potuit inservire participio Dorice scripto Καππυριχθεῖσα· Nam si statuas verbum fuisse καππυρίζω, ad eam rationem Dorice debuerat illud inflecti. Quaecunque verba vulgo apud Graecos desinebant in άζω, et ίζω, imo vero etiam (quamvis haec paucissima fuerint in usum recepta) in έζω, όζω, ύζω, Dorice efferuntur a *Theocrito*, in άσδω, ίσδω, έσδω, όσδω, ύσδω. Cui quidem huius generis Theocritea obversabuntur, librariis inputare non dubitabit paucas formas vulgares, quae insident editiones nostras Eid. II, 113. III, 26. IV, 16. v. 41. 113. VII, 48. XI, 17. 78. XIV, 15. et XV, 21. ubi pro λαζεῦ ponendum λάσδευ. Supra legitur λάσδεο, VIII, 84. *Hesychius*, apud quem talia reperientur paucissima, praebet Δίσδημαι, ζητῶ· hoc

LIX. facit, ut pro δίζημαι minus cunctanter Δίσδημαι scribendum censeam in XVI, 61. et δισδημένῳ VII, 48. Istiusmodi verba Dorica in σδω ad hanc normam certissimam flectebantur in sua tempora — ξῶ — χα — γμαι — χθην. Auctor observationis Aldinae editioni praefixae, quam, quia ineditam existimabat, *Andr. Schottus* inseruit Observ. II, c. 50. ἡ νέα, inquit Δωρὶς, ᾗ καὶ Θεόκριτος κέχρηται, μαλθα-

κωτέρα παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμα καὶ Σώφρονος· ſic ediderunt: ſed corrigendum, παρὰ τὴν Ἐπιχάρμα, ut Dorica *Theocriti* dialectus lenior dicatur prae illa, qua uſi fuerant *Epicharmus* et *Sophron.* Verum hac in parte nihil habuit Noſter, quin ipſi fuerit cum *Sophrone*, *Epicharmo*, ceterisque, qui quidem eſſent Dorienſes, commune. *Sophroni* verbum minime Doricum ἐκρατηρίσαμεν vel κεκρατηρίκαμεν tribuit *Caſaubonus* Anim. in *Athen.* p. 821. vulgatur apud *Athenaeum* XI. p. 504. B. ὁ τοὺς μίμους πεποιηκὼς — λέγει που, κὴν κρατῆρι χημές ἀντὶ τοῦ πεπώκειμεν. ante *Caſaubonum* ediderant: κὴκρατῆρι χημέσαντίτα πεπώμείμεν. monſtra facile poterunt profligari: litera ν in κε commutata, fac ut reliquae male divulſae coaleſcant; hoc ubi feceris, veterem, ni fallor, recuperabis ſcripturam *Sophronis* et *Athenaei*, qui dederat: κὴκεκρατηρίχημες, ἀντὶ τοῦ καὶ πεπώκειμεν. Quod in ſermone vulgari dixiſſent καὶ ἐκεκρατηρίκειμεν, id *Sophron* dixerat in ſuis Mimis: κὴκεκρατηρίχημες, a recepta inter ſuos conſuetudine non recedens, niſi quod paulo inſolentius, quanquam ne id quidem ſine exemplo, — χημες poſuerit pro — χειμες· Formae iſtae in — μες, in fragmentis Doricis pervulgatae, quinquies recurrunt in Epiſtola perbrevi *Archytae* Tarentini apud *Diogen. Laert.* VIII, 80. in qua pro τοὶ περὶ Δαμησκὸν viri Docti haud dubitanter correxiſſent τοὶ περὶ Λαμίσκον, ſi praeter illam *Archytae* apud *Laert.* III, 22. meminiſſent Epiſtolae *Platonis* ſeptimae, in qua p. 350. B. Archytas et Tarentini miſiſſe dicuntur ad Dionyſium legationis ducem Λαμίσκον, αὐτῶν ἕνα. — Ad verbum *Sophronis* explicandum poſuerat *Athenaeus* ἐπεπ. ſive πεπώκειμεν, litera prima, more ſatis uſitato, neglecta. *Sophronis* illud κὴκεκρατηρίχημες *Varronis* verbis apud *Nonium* p. 321. dixeris *et poculis nos invitaveramus large atque benigne.* Quod Lingua ſubminiſtrat vernacula, Graeco verbo κρατηρίζειν interpretando commodum, Cl. *Albertius* adnotavit ad gloſſam *Heſychii*: Ἐκρατηρίσθημεν, ἐμεθύσθημεν. Cenſeat forte quis, in veteri gloſſario dictionem *Sophronis* Ἐκεκρατηρίχημες, expreſſam per ἐμεθύσθημεν, deinceps in Ἐκρατηρίσθημεν degeneraſſe. Quamvis enim verbum κρατηρίζειν combibonibus frequenter videri poſſit uſurpatum, in libris tamen veterum rariſ-

LX.

Koen. ad Greg. p. 363

ſime repertum ex *Athenaeo* manifeſtum eſt; cum enim Grammaticus *Leonides* dixiſſet, κρατηρίζωμεν, ἄνδρες φίλοι, ne quis Κειτάκειτος verbum apud veteres legi negaret, ſolius mox auctoritate *Sophronis* illud firmavit: quod ſub teſte *Lyſania* (ita legendum pro Δυσ.) promit ex *Herodoro*, ſatis erat vulgatum: nam ſicut alii paſſim παρ' οἴνῳ, vel παρ' οἶνον· ita παρὰ κρητῆρα, παρὰ κρατῆρας, et παρὰ κρητῆρι dixerunt *Pindarus* Nem. IX, 107. *Euripides* apud *Stobaeum* p. 502. v. 5. *Teleſtes Selinuntius* apud *Athen.* XIV. p. 626. A. *Apollon. Rhod.* II, 158. *Theognis* v. 493. et 643. ceterique — Quando mentionem feci *Sophronis*, nunc forte ῥῆσιν exſpectas *Epicharmi;* ſed hanc partem ſervari praeſtat integram *Adriano Heringae*, in quo Erudi-
LXI. tiſſimo Medico Noſtrate *Hemſterhuſii* diſcipulum agnoſces. — Ponam itaque, quae huc pertinent, Theocritea. Eid. III, 16. cum vulgo legatur ἐθήλαζε, genuinam ſcripturam ἐθήλαξεν conſervavit *Stobaeus* p. 401, v. 30. In Eid. V. reperiuntur recte ſcripta, καθιξας, v. 32. βωκολιαξεῖς, v. 44. χαριξῇ, v. 71. καχαξῶ, v. 142. Eid. X, 18. e Scholiis reſtituendum eſt χροιξεῖται καλαμαία· legitur v. 23. ἐργαξῇ. ἐξήταξα, XIV, 28. θεσπίξασα, XV, 63. In Eid. XXI, 32. venuſtum dictum reſtituit *Scaliger:*

Ὃς γὰρ ἂν εἰκαξῇ κατὰ τὸν νόον, οὗτος ἄριστος
Ἔστιν ὀνειροκρίτας·

Non ignoro, Praeſtantiſſ. *Maittairium* in opere utiliſſimo de Dialectis horum nonnulla iam attigiſſe; ſed illa erunt in ſequentibus pauca, et facile animadvertes, utrique noſtrum diverſiſſimum eſſe inſtitutum. Ἀμφεπίαξε legitur in ſexto *Theocriti* epigrammate, πιάξας in Eid. IV, 34. Attica verbi forma πιέζω· Dorica πιάσδω· haec mutata in πιάζω tranſiit cum plurimis Doricis in ſermonem communem; hinc πιάζω apud *Heſychium* aliis verbis explicandis frequenter inſervit. Duo ſunt apud *Theocritum* γελάξαι et κλάξαι, quae prima ſpecie videntur a reliquis diverſa, cum γελάω et κλείω adhibeantur in ſermone vulgari, non item γελάζω et κλάζω. nec tamen diſcedunt a ceterorum norma. Γελάξας legitur Eid. VII, v. 42. et v. 128. ex emendatione *Caſauboni*: ad eamdem legem γελάξαι v. 156. reponi po-

tuerat. Auctor Βακολίσκε, ſive *Theocritus*, ſeu alius, ſic orditur Eid. XX,

Εὐνίκα μ' ἐγέλαξε θέλοντά μιν ἀδὺ φιλᾶσαι.

Verba in έω, cum non niſi pauciſſima, (forte quinque vel ſex) producantur in έζω, ad priorum legem pleraque non potuerunt inflecti Dorice: verum aliter ſe res habuit in verbis in άω, paſſim in άζω productis. Sicut ἀγαπάξαι, ita et γελάξαι ſcripſerunt Dores. In κλάξαι ratio ſatis eſt manifeſta: ἀπόκλαξον occurrit in Eid. XV, 43. ἀποκλάξας, XV, 77. κατεκλάξατο, XVIII, 5. et merito *Caſaubonus* ſuſpicabatur, κλαξῶ reſtituendum in Eid. VI. 32. *clavis* dicitur κλάξ, Eid. XV, 32. *Heſychius*: Κλᾶξαι, κλεῖσαι. Doricum illud ſic fuit propagatum: a Κλείω, κλείσω, κλεὶς, κλῆς (κλαὶς, Aeol. κλάεις·) κλῆζω, κλῆζω, κλᾶζω, Κλάσδω, κλαξῶ, κλάξ. Sed ne Te nimis fatigem, correctionem interferam, quam minime adſperneris. Quum eſſem aliquando apud *Hemſterhuſium*, et neſcio quid coniecturarum Viro Summo proponerem, incidebamus forte in Eidyllium *Theocriti* XXIII. ibi *Hemſterhuſius* monſtrare mihi in v. 54. mendoſum verbum ἐτυλίχθη· et ingenium pertentare; ego vero, quaſi faſcino tenerer, nihil eniti γόνιμον καὶ ἀληθές, neque ante verum potui perſpicere, quam is me monuerat ſcripſiſſe *Theocritum*, LXII.

— ἀδ' ἐλυγίχθη
Τὰν ψυχάν·

excitatus protinus intellexi venuſtatem locutionis, a lucta ad alteram illam palaeſtram cum plurimis aliis feliciſſime translatae. Recordabar praeterea *Theocritum* ipſum illud alibi depoſuiſſe. Locum, quia pertinet ad eamdem verborum cleſſem, in Scholiis ad *Ariſtoph.* Veſpas v. 1478. non ſatis emendate ſcriptum, hic deponam ex Eid. I, 97. 98.

Κῆπε, τὺ θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν.
Ἆρ' οὐκ αὐτὸς ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;
Atque ait: en ſaevi dixti ſore victor amoris: LXIII.
Nunc te, Daphni, tamen ſaevi vis flectit amoris.

ita hos verſus convertit *Heinſius*; qui dum in alterius

Eclogae loco prolato dederit: — *nec tristia flectit Pectora;* non tamen idcirco censeri debet habuisse genuinam lectionem perspectam. Quid sensus loci postularet vidit *Aemilius Portus* in Lex. Dor. v. Τυλίσσειν· nedum ut *Heinsium* potuerit latere. Et haec quidem pleraque sunt Theocritea huius generis. Sed *Eustathius* sic scribit alicubi, ut censeri possit participium ποκιχθέντα reperisse apud *Theocritum*, nimirum ad Il. Ω. p. 1481. v. 15. ubi ἄπεκτον ἄρνα, inquit, τὸν μήπω πεχθέντα, ἤγεν καρέντα, καὶ, εἰπεῖν κατὰ Θεοκριτον, Ποκιχθέντα. verum vix dubito, quin respexerit ad Eid. V, 26.

Τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο;

hinc, ad normam Theocritei λυγιχθῆναι, *Eustathius* formavit participium Doricum ποκιχθέντα. Eiusdem sunt analogiae *Homerica*, Θρυλλίχθη. Πελεμίχθη. et *Anacreontis* Θωυιχθεὶς· *Hesychius* alicubi invenerat Θυμιχθείς, quod explicat πικραν-θείς· et, Ἐτανταλίχθη, ἐσείσθη. Doricum Ετανταλίχθη, non facile commutaverim cum Ἐτανταλίσθη, quae forma erat communis a verbo Anacreonteo ταντα λίζω derivata. Ad eamdem classem pertinent Πρωραχθῆναι, et Πρανιχθῆναι· quorum prius apud *Hesychium* reperitur; Πρηνιχθῆναι etiam in Anthol. III, c. XXII. ep. 74. et apud *Lycophron.* v. 1006. *Hesychius:* Πρηνιχθέντα ἐπὶ πρόσωπον καὶ ἐπὶ στόμα πεσόντα. Alibi habet Πρανιχθέντα. eodem ferme sensu Dorice poni potuerunt Πρανίξαι et Ποτιδίξαι. Quae vulgo νομισθῆναι et πορισθῆναι, Dorice
LXIV. pronuntiabantur νομιχθῆναι et πορχθῆναι. *Sthenidae* Pythagorei, de Regis officio loquentis, insigne fragmentum apud *Stobaeum*, p. 332. v. 32. subministrat νενομίχθαι, sed et illud in νενόμισται mutatum voluit *Gesnerus*: ubi vulgatur: διὰ τοῦτο γάρ τε μάλιστα καὶ νενομίχθαι τὸν θεὸν, πατέρα μὲν θεῶν πρᾶτον, πατέρα δὲ ἀνθρώπων ἧμεν· corrigendum puto: δοκεῖ νενομίχθαι, τὸν πρᾶτον θεὸν πατέρα μὲν θεῶν, πατέρα δὲ καὶ ἀνθρώπων ἧμεν. *Propterea vel maxime Deus Summus habitus videtur pater Deorum hominumque.* Initio fragmenti v. 23. olim legebatur: τὸν βασιλέα σοφὸν ἧμεν· οὕτω γὰρ ἐσεῖται ἀντίμιμος καὶ ζαλωτὰς τῶ πράτω θεῶ· perperam ediderunt ἀντίτιμος καὶ ζη-

λωτάς. ſupra dixerat eadem pagina *Diotogenes*: θεόμιυόν ἐντι πρᾶγμα βασιλεία. Quae proſtant in eodem *Sthenidae* loco, v. 38. τοιοῦτον ἐπιστῆμεν, ſine controverſia corrupta, facillime poterunt ad hanc rationem integrari: τοιοῦτον θέμις ἦμεν καὶ τὸν ἐπὶ γᾶς καὶ παρ' ἀνθρώποις ἀγεμονεῖν μέλλοντα βασιλέα. — Quod paulo ante memorabam, Ποριχθῆναι, ſive, ad legem Euſtathiani ποκιχθεντα inflexum, ποριχθέντα ſcripti codices *Iamblichi* ſervarunt in illa nobili Tarentini *Lyſidis* ad Hipparchum Epiſtola: οὐ θέμις ὀρέγεν τοῖς ἀπαιτῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων σπεδᾷ ποριχθέντα. ſic recte vulgavit *Kuſterus* in *Iamblich.* de vita Pythag. p. 62. 63. *Ioannes Arcerius* p. 80. v. 23. dederat περιχυθέντα, ſed in Codice Mſ. e quo *Iamblichum* edidit *Arcerius*, quemque Bibliotheca cuſtodit Franequerana, legitur περιχθέντα. Idem Codex plures ſubminiſtrat formas Doricas, ab *Arcerio* male obliteratas. Ubi *Kuſterus* p 65. v. 5. cum ceteris edidit ἐξεβλάστησαν, Codex Franequeranus formam Tarentinam exhibet ἐκβεβλαστάκοιτι· quae ſuo ſe colore facile commendabit. Verbum fuit βεβλαστάκω, ut πεποιήκω et ſimilia, de quibus variis in locis apud *Euſtathium* egit *Heraclides*. Pag. 64. v. 17. *Kuſterus* dedit ἠφάνισεν, et in nota ſubiecta monuit Dorice ſcribendum ἠφάνιξεν. Mſ. noſter *Lyſidis* dicto accommodum ſuppeditat compoſitum ἐπαφάνιξεν. — Si *Stobaei* Codex ſcriptus perita manu tractaretur, ſine dubio plurima ſimilia detegerentur in fragmentis Pythagoreorum Doricis, in quibus plerumque verborum iſtiusmodi formae veteres in communes et uſu notiores fuerunt ab inperitis commutatae. Superſunt de rarioribus Ἀγαπάξαι. Ἐρπύξαι. Ὀπωρίξασθαι. quorum primum *Callicratidas* apud *Stobaeum* p. 487. v. 16. ſecundum *Pempelus* adhibuit, p. 461. v. 10. Doricum ὀπωρίξασθαι legitur p. 408. v. 47. in *Dii* fragmento, multis partibus mendoſo. Quando locus eſt inſignis, et Tu Pythagoreorum dictis apprime delectaris, quae verbum ὀπωρίξασθαι antecedunt, *Dii* verba conabor emaculare. Initium fragmenti, Τίς ἀγὼν ἢ βιοτᾶς ὄντως ναμερτᾶς εὐδαίμων ζωὰ, et ſequentia minus eſſe ſana, nemo negabit: Poterunt autem, mea opinione, *Dii* verba hac ratione reſtitui: Τίς ἀγωγὰ βιοτᾶς ναμερτέως εὐδαίμων

LXV.

ζωά; καὶ τίνας ἔποτὲ χρὴ κρίνειν εὐδαίμονας; ἢ νὴ Δία τὼς σκάνεος καλλονὰν ἔχοντας, δώραμα φύσιος; τέτας γὰρ ὡς ἔνι μασσότερον οἱ πλεῦνες ὡς θεὼς ἢ θεῶν ἱδρύματα περιέχοντι. pro ὑπερέχασι, quod vulgatur, posset etiam legi περιέποντι. ceterae correctiones sunt facillimae; ναμερτᾶς non sollicitassem, nisi in ultimo loco p. 409. l. 17. legeretur ἁμαρτέως, itidem in ναμερτέως commutandum. Paucis interiectis leguntur sequentia: τετέως ἐν εὐδαίμονας οἶδα, ὡς ἔμμεν δοκεῦντι, τοῖς τὰν ὥραν αὐτοῖς βαλλομένοις ὀπωρίξα-
LXVI. σθαι. sic videntur ista reficienda: τέτως τέως ὧν εὐδαίμονας οἶδα, ἕως ἔμμεν δοκεῦντι τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν δηλομένοις ὀπωρίξασθαι. hos *Platonis* verbis dixeris τῆς ὥρας καθάπερ ὀπώρας πεινῶντας, ex VIII. de LL. p. 837. B. sive, ἥβας καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἐθέλοντας, cum *Pindaro*, Pyth. IX. v. 192. In *Pindari* Odis huiusmodi verba leguntur sub flexu Dorico plurima; qualia sunt: Κωμάξαι, N. II, 39. Κλείξαι, Π. IX, 162. O. I, 176. Καταφαμίξαι, O. VI, 94. Κοιτάξασθαι, O. XIII, 107. Ἀποφλαυρίξαι, Π. III, 23. Ἀντιάξαι, O. X, 100. Ὑπαντιάξαι, Π. VIII, 13. Quod apud *Hesychium* legitur Ὑπαντάξας mutandum non est: utrumque enim dicebatur Ἀντάξαι et Ἀντιάξαι. Bis legitur ἀπαντάξαντα in *Archytae* loco quem evulgavit e Ms. *Al. Morus* ad *Lucae* VI, v. 45. Praeterea frequenter apud *Pindarum* aliosque recurrunt Ὀνυμάξαι, Κομίξαι, Ἁρμόξαι, sive Ἐναρμόξαι, et Συναρμόξαι. In *Alcmanis* verbis apud Athen. IV, p. 140. c. legitur Ἁρμόξατο· Ποθαρμόξασθαι in loco *Aesarae* Lucanae apud *Stobaeum* Ecl. Phys. p. 106. v. 12. *Eurysphamus* in *Stobaei* Flor. p. 556. v. 13. adhibuit Συναρμοξάμενος, et *Ecphantas* p. 332. v. 44. Ἅρμοκται· hinc nomen Spartanorum *Harmostarum* derivatum; nam qui vulgo Graecis Ἁρμοσταὶ, flexu Dorico Lacedaemoniis dicebantur Ἁρμόκται. *Histriones* et *mimi* Laconice vocabantur Δεικηλίκται. cum vulgo nomen illud scribatur Δικ. vel Δεικηλιστής, genuina forma bis occurrit apud *Plutarchum*, in egregio illo dicto, quo histrionis sese petulantius efferentis superbiam repressit Agesilaus: Ἀλλ' ἔ τύγ' ἐσσὶ Καλλιππίδας ὁ δεικηλίκτας; T. II. p. 212. F. et T. I. p. 607. D. *Meursius*, Misc. Lac. III. c. VI. utrobique δικηλιστὰς rescribendum
LXVII. censebat, sed sermonis Graeci diversarumque diale-

ctorum analogiam minime habuit vir Eruditissimus perspectam. Laconicum Δεικηλίκτας ortum a verbo veteri Δεικηλίξαι· has enim formas Lacedaemonii, Cretenses, et Tarentini cum ceteris habuerunt Doriensibus communes. In *Aristoph.* Lysistrata Lacaena v. 92. pronuntiavit ξυναλίαξε, Lacon autem v. 1245. ἵνα διποδιάξω· non satis emendate vulgatur ξυναλίαζε. Istiusmodi formae nuspiam plures invenientur, quam apud *Hesychium.* Rariora sunt Διπτυχίξαι, Λακιδίξαι, Ἀποῤῥωγαλίξαι, Ἐσδραμυλιξαι, Κρανίξαι. Vulgatur apud *Hesychium:* Διπτύδιξον, δίπλωσον. sed sine controversia Διπτύχιξον restituendum est, id est, δίπτυχα ποιησον· hoc vidisse credo *Is. Vossium.* Quod suo loco legitur: Λακηδῆξαι, διαῤῥῆξαι. Graecum non est: sed analogice formari potuit Λακιδίξαι, idque reponendum. Ante vocem Ἀποῤῥῶγας ponitur: Ἀποῤῥυταλίξαι, ἀποσπάσαι. Mecum corriges: Ἀποῤῥωγαλίξαι, ἀποσπάσαι. usitatissimum est adiectivum ῥωγαλέος, cuius loco antiquitus etiam ῥηγαλέος vel ῥαγαλέος, et more Aeolico Βρηγαλέος, et Ϝρηγαλέος scripserunt. *Hesychius:* Ὑρωγαλέον, διεῤῥωγός· ibi literarum series postulat Ὑρηγαλέον. supra legitur: Τρηγαλέον et Τραγαλέον. diversa est unius vocis facies: Digamma Aeolicum B vel F male degeneravit in T et Υ. Ex Italica forte comoedia petitum Ἐσδραμύλιξον, quod *Hesychius* exponit εἴσδραμε. Is praeter plurima similia praebet Κερκνίξαι et Κρανίξαι. Ἀποκρανίξαι adhibuit Auctor epigrammatis Dorici, quod *Kusterus* edidit ad *Suidam* in v. Ἰξύν. —

ῥοπάλῳ

Γυρὸν ἀπεκράνιξε βοὸς κέρας —

sic legendum pro ἀπεκράνιζε. *Suidas* supra: Ἀπεκράνιξε, τῆς κάρας ἀπεχώρισεν. ista recepit *Eustathius* ad Od. Σ. p. 675. v. 15. Huius generis paene nihil apud *Suidam*, perpauca reperiuntur in editis *Leonidae* Tarentini aliorumve epigrammatis. Ab ἄγχι cum potuerit formari verbum ἀγχίται, suo flexu Cretenses Ἀγχίξαι dixerunt. *Hesychius:* Ἀγχίξαι, ἐγγίσαι· Κρῆτες. Laconica fuerunt Ἀμβροτίξαι, et Ἀποσσίξαι. *Hesychius:* Ἀμβροτίξας, ἀπαρξάμενος· Λάκωνες. et Ἀπέσσιξεν, ἀπέσωσε· Λάκωνες. Prioris dictionis origo patet: alterius autem, cum possit videri

LXVIII

paulo abſtruſior, rationem non magis eſſe obſcuram oſtendet ſimilium comparatio. Eiusdem ſunt claſſis verba, πλώζω, χρώζω, σώζω· olim ſcripta, πλῴζω, χρῴζω, σῴζω· quod contracta fuerant e vetuſtis formis, πλοΐζω, χροΐζω, σοΐζω· natis e nominibus πλόος, χρόος, σόος. Verbum illud σοΐζω, a recentiori σώζω obliteratum, ore Laconico pronuntiabatur Σοΐδδω· hinc Ἐσοΐξεν Laconicum, et *Heſychianum* Ἀπεσοΐξεν, ἀπέσωσε· Λάκωνες. Poſſem ſimilia quaedam ex *Heſychio* congerere, ſed malo verbum Laconicum, Grammaticis etiam antiquis ignotum, in lucem protrahere, quodque diu exulavit reducere in ſuam ſedem, nimirum Ἀφηροΐξαι. *Iacobus Sponius* in Miſcell. Erud. Antiq. Sect. X. p. 342. vulgavit tres inſcriptiones repertas in inſula Santerini, quae olim ſub nomine Therae notiſſima nobilis fuit Lacedaemoniorum colonia: De Theraeorum dialecto non protrita tradit *Euſtath.* ad Od. T. p. 706. v. 40. In ſingulis iſtarum trium inſcriptionum verbum illud Ἀφηροΐξαι legitur, nuspiam alibi a me repertum. Primam non gravabor hoc in loco deponere:

LXIX. Ο ΔΑΜΟΣ ΑΦΗΡΟΙΞΕ ΚΑΙ ΕΤΕΙΜΑΣΕ ΤΟΝ ΙΕΡΕΑ
ΑΠΟΛΛΟΝΟΣ ΚΑΡΝΗΙΟΥ ΔΙΑ ΓΕΝΟΥΣ ΑΔΜΗΤΟΝ ΘΕΟ
ΚΛΕΙΔΑ ΠΑΣΑΣ ΑΡΕΤΑΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΑΣ.

In tertia earum inſcriptionum *Carpus uxorem ſuam* Ἀφηροΐξεν· in ſecunda, filius patrem et uxor maritum Ἀφηρῴξαν. his longe vetuſtior videtur prima, qua *Populus* Theraeus *Admetum Theoclidae F. qui iure haereditario Carnei fuerat Apollinis ſacerdos, praeſtantis virtutis gratia ſacello honeſtavit,* Ἀφηροΐξε καὶ ἐτείμασε, ſignificat ἡρῴῳ ἐτίμησε, ſive ſepulcrum ſepimento cinxit, atque adeo partem agri ſacravit Admeto et ἐτεμένισε, ipſumque ſacrificio anniverſario veluti Heroa honorandum decrevit. Quod ex. gr. de Braſida *Thucydides*, V. c. XI. Ἀμφιπολῖται, περιέρξαντες αὐτὰ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρῳί τε ἐντέμνασι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίας θυσίας. uno verbo dixeris, Braſidam Ἀφηρῴισαν. Sicuti a πατρῴιος

τρωϊος et πατρῶος, Πατρωϊζειν et Πατρῴζειν· ita, ab ἡρωϊος et ἡρῷος ortum, Ἀφηρωϊζειν et Ἀφηρῴζειν e Doricis istis Ἀφηρέϊξεν et Ἀφηρῴϊξαν in Lexicis poterit restitui. — Illud forte mireris, in monumentis lapideis, in Sicilia, Creta, aut etiam alibi, ubi Dorice loquebantur, inventis, istiusmodi verborum formas Doricas adeo raras reperiri, communes frequentius. Tabula Sicula apud *Gruterum*, quae supra nobis δαιθμὰς suppeditavit, exhibet p. CCX. v. 8. Doricum ἐργαξεῖται· Legitur p. CCXII. p. 40. 52. 57. et 59. ὁρίτοντος et ὁρίτοντα, in quibus primum putabam literam τ duplicandam; nunc suspicor olim exaratum ΟΡΙ⌑ΟΝΤΟΣ et ΟΡΙ⌑ΟΝΤΑ. posito ⌑ pro Z. Confer si placet *Spanhem.* de Praest. et U. N. Vol. I. p. 98. Insigne Testamentum p. CCXVI. et seqq. Dorica continet LXX. non pauca, quae absque eo penitus ignoraremus, sed col. I. v. 14. formam praebet vulgarem κατασκευάσαι· col. V, v. 22. κομισάσθω· col. VI. v. 4. νενομισμένα. contra vero quater vel quinquies ad normam Doricam scriptum ἐξοδιάξει, col. V. v. 25. VII. v. 8. 14. 24. quae loca Celeberr. *Hemsterhusio* obversabantur ad Plut. *Aristoph.* p. 111. In elegantissimo Plebiscito Agrigentinorum, quo Demetrium Syracusanum honorarunt, p. CCCCI. mendose legebatur ΕΞΟΔΙΑ ΑΙ· literam Σ excidisse iudicabat *Ant. van Dale* Diss. IX. ad marm. Vet. p. 771. sed in renovata Gruteriani operis editione recte legitur ἐξοδιάξαι. contra, cum initio decreti legeretur ΕΔΟΞΕ ΤΑΙΑΛΙΑΙ, haec perperam exhibet: ΕΔΟΞΕ ΤΑΙ ΛΑΙ. deinde errore fabrili positum puto ΤΑΙ ΣΥΝΚΛΗΤΩΙΡΙ. certe non dubito, quin legi debeat: Ἔδοξε τᾷ Ἁλίᾳ καθὰ καὶ τᾷ Συγκλήτῳ· *visum fuit Populo ut et Senatui.* In inscriptione, quae hanc proxime praecedit: Ἔδοξε τῇ Συγκλήτῳ καὶ τῷ Δήμῳ τῶν Μελιταίων· alias plerumque dicitur τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ. In paucis monumentis Doricis, quae *Gruteri* Thesaurus complectitur, huiusmodi verborum nihil, opinor, invenietur praeter ista duo ἐργαξεῖται et ἐξοδιάξαι. Formas aliquot communes dabunt Decreta diversarum Cretae civitatum, quae in Antiquit. Asiaticis vulgavit *Edmundus Chishull*, sed in Aetolorum Decreto p. 105. in fine legitur καταχωρίξαι et v. 25. τᾶς ἐγδικάξιος. Foedus inter Hierapyt-

nenses et Prianſios praebet v. 48. δικάξασθαι. attigit praeter alia Cl. *Alberti* ad *Heſych.* I. p. 242. n. 17. In iſtam Foe-
LXXI. deris vetuſtiſſimi partem, in Iusiurandum Cretenſe apud Gruterum p. DV. (quod Foederi ſubiecit *Chishullus*, diligenter comparandum cum illo Latiorum Olontiis praeſtito apud *Chishullum* p. 136. cuius partem iam dederat *Reineſius* Inſcr. cl. VII. n. 26.) et in alia quaedam monumenta Dorica proximis literis obſervata nonnulla Tecum communicabo: illa nunc quidem ab inſtituto me nimium abducerent. Miſſis itaque illis redire malo ad formas Doricas verborum vulgo in ἄζω et in ἴζω deſinentium. Tempus iſtorum verborum praeſens a Dorienſibus diverſimode pronuntiabatur; et ab aliis, et a Sicilienſibus, in ἄσδω et in ἴσδω· a Tarentinis in ἄσσω et in ἴσσω· a Boeotis inprimis in ἄττω et in ἴττω, ſive etiam in ἄδδω et in ἰδδω, quamvis hic flexus praecipue fuerit Lacedaemoniis uſitatus. *Heraclidae* de formis iſtis Tarentinis obſervata quantum praeſtent in hac parte Linguae ſpectanda commoditatis, cum paucis exponi nequeat, placet ſubſiſtere in verbis in ἄδδω et ἰδδω, et emendationes, quae ſpectent ad hanc partem, nonnullas expromere. Nullam, quam quidem noverim, iſtiusmodi formam *Plutarchus* nobis ſubminiſtrabit, plura tamen Laconum dicta, in quibus olim videantur poſitae: neque etiam alibi, ut opinor, reperientur, praeterquam apud *Heſychium*, (quanquam plèraeque mendis obſcuratae latent,) et apud *Ariſtophanem*, e quo pauciſſima fuerunt in *Suidae* et *Etymologi* Lexica, et ad alios derivata. Huius generis verba Laconica, quae proſtant in *Ariſtophanis* Lyſiſtrata, a Lampito ceterisque Lacedaemoniis prolata, praeter unum alterumve, de quibus addubito, excitabo. Verſus 82. primum praebet Γυ-
LXXII. μνάδδομαι· unicum illud attigit *Euſtathius* ad Od. H. p. 271. v. 39. γυμνάζω γυμνάδω· καὶ διπλασιασμῷ Αἰολικῷ καὶ Δωρικῷ Γυμνάδδω· ſubiungit verba *Ariſtophanis*. — Μυσιδδειν pro μυθιζειν poſitum v. 94.

Μυσιδδέτω
Ὅτι λῆς ποθ' ἁμέ.

recurrit v. 1078.

Τί δή ποθ' ὕμμε πολλὰ μυσίδδειν ἔπη;

in eorum locorum altero ſcribendum arbitror

Μύσιδδέ τοι
Ὅ, τι λῆς ποθ' ἁμέ.

Quod legitur v. 980. μυθίξαι· mutari debet in μυσίξαι· ſed quum praeterea *Senatus* ore Laconico non videatur dici potuiſſe γερωχίκ, locum, prouti videbatur reficiendus, adſcribam:

Πᾶ τᾶν Ἀσανᾶν ἐντί γ' ἁ Γερωϝία,
Ἦ τοὶ Πρυτάνεις; λῶ τι μυσίξαι νέον.

Laconice ἡ γερκσία, ſecundum uſitatam in talibus conſuetudinem, dicebatur Γερωΐα, vel, digamma Aeolico interpoſito, Γερωϝία. *Alcman*, quem noſti fuiſſe λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης, ſcripſerat teſte *Priſciano* p. 547.

Καὶ χεῖμα πῦρ τε δάϝιον.

Dictionibus etiam Homericis non paucis digamma legeremus inſertum, ſi prodiiſſet *Homerus Bentleji*: vide quaeſo Vannum Criticam, p. 395. et Lectiones Lyſiacas, p. 703. et 704. Eo autem hoc in loco praetulerim Γερωϝία, quoniam editiones exhibent γερωχίκ· alias placuiſſet Γερωΐα, quam formam ad *Heſychium* illuſtravit *Kuſterus* p. 822. n. 16. hoc ceteris Ariſtophaneis congrueret. v. 1299. ἑκλιπῶα Μῶα· v. 1301. κλεῶα. etc. in quibus ᾱ in ω mutato, σ, vocalibus interpoſitum, fuit eiectum. Ceterum in v. 980. pro μυθίξαι legendum eſſe μυσίξαι, Tu minime dubitabis. Illud vero miror, cum ſaepiſſime fuerit is Laconismus, quo σ pro θ ponere ſueverant, alibi obliteratus, genuinas formas in *Ariſtophanis* Lyſiſtrata plerumque ſemper fuiſſe conſervatas: ſunt enim admodum pauca, veluti v. 1258. θαγόντας. v. 1254. θείκελοι. v. 1003. θίγειν. v. 91. Κορινθία. quae debeant ad eamdem normam reformari, in σαγόντας. σέσκελοι. σίγειν vel σίγην. Κορινσία. neque enim ſcripſiſſet Κορινθία, qui v. 1259. poſuit ἤνσει, alibi Ἀσάναν et Ἀσαναίως. σίγειν, pro θίγειν, invenit in Mſ. *Kuſterus*, qui recte vulgavit v. 1082. 1083. σέλει — ἐλσὼν — σέτω. Ex his unum, ſed alia huius ge- LXXIII

neris plurima, habet *Hesychius*: Σίγη, θίγγανε· Λάκωνες. ubi legi poterit Σίγην, θιγγάνειν· sive Σίγε cum Cl. *Albertio* ad *Hesych.* p. 695. n. 4. qui nonnulla etiam attulit p. 1454. n. 26. Haec proderunt insigni *Thucydidis* loco emaculando. In pacis legibus, quas Lacedaemonii per Licham Argivis proposuerunt, haec leguntur apud *Thucydid.* V. c. LXXVII. περὶ δὲ τῶ σιῶ, συμβατόσαιμεν λῆν τοῖς Ἐπιδαυρίοις ὄρκον, δῶμεν δὲ αὐτὲς ὁμόσαι. Bene sit Viris Praestantissimis, qui, praeter cetera, varias Codicum lectiones nobiscum communicarunt: pro συμβατόσαιμεν Basil. praebet συματώσειμεν· Casselanus σύματος ἔμεν. illud σύματος, pro θύματος Laconico more positum, veram huius loci scripturam, aut verae proximam patefecit: certe non negabis vulgatis multo meliora esse sequentia, e vestigiis corruptae lectionis haud difficulter eruta: περὶ δὲ τῶ τῶ Σιῶ σύματος, σέμεν λῆν τοῖς Ἐπιδαυ-
LXXIV ρίοις ὄρκον, δόμεν δὲ αὐτὼς ὁμόσαι. Graece diceres: περὶ δὲ τᾶ τᾶ Θεᾶ θυματος τιθέναι ἐθέλειν τοῖς E. o. Coniecturam ab hac in nonnullis diversam Codex Arundelianus, in quo pro συμβατόσαιμεν tantum σύγματος legebatur, subministravit: illa scriptura considerata, credidi voces αὐτὲς δὲ ὁμόσαι, τὰς πόλιας cum sequentibus esse conglutinandas, quaeque praeceferant hac posse ratione restitui: περὶ δὲ τῶ τῶ Σιῶ σύματος, λῆν τὼς Ἐπιδαυρίως ὁρκιδδέμεν. *ad sacrificium Apollini debitum exhibendum velle se Epidaurios obstringere iurisiurandi religione.* articulus τῶ semel male fuerat positus: nam hoc quidem dubium non videtur quin recte correxerim περὶ δὲ τῶ τῶ Σιῶ σύματος· Religionis quippe neglectum Argivi speciosam habuerant Epidauriis belli inferendi causam: *Thucydides* supra, cap. LIII. Ἐπιδαυρίοις, inquit, καὶ Ἀργείοις πόλεμος εγένετο, προφάσει μέν, περὶ τᾶ θύματος τᾶ Ἀπόλλωνος τᾶ Πυθαιέως· sic scribendum pro Πυθέως. De Apolline Pythio nihil habebant causae cur essent solliciti; de suo cogitabant Argivi: Apollo Πυθαεὺς vel Πυθαιεὺς, a Lacedaemoniis, sed ab Argivis eximia religione colebatur. *Hermionenses* teste *Pausania* II, p. 194. τὸ τᾶ Πυθαέως (Ἀπόλλωνος) ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων. et p. 197. traditur, Aline solo aequata reliquisse tamen Argivos templum Apollinis

Πυθαίως. *Pausaniae* verba *Meursius* attulit Attic. Lect. IV. c. II. Cum itaque satis constet σύματος esse *Thucydidi* reddendum, de ceteris iudicabis. Ipsa Foederis formula, quam *Thucydides* prodidit memoriae c. LXXIX. praebet formas verborum communes ἐρίζοι et δικάζεσθαι, sed hoc in fine positum forte mecum videbitur in δίκας ἔσεσθαι LXXV. transmutandum. Pro ἐρίζοι libenter posuerim ἐριδδοι. Vidimus ex *Aristophanis* Lysistr. Γυμνάδδομαι et Μυσίδδειν· Nunc reliqua persequar. — Ποτόδδει legitur v. 206.

Καὶ μὰν ποτόδδει γ' ἀδὺ, ναὶ τὸν Κάστορα.

Apud *Theocritum* ὄσδεν et ποτόσδεν reperitur; ποτόδδει Laconice scribere potuit Comicus. Credibile tamen videtur, illud hoc quidem in loco correctoribus deberi, in quo olim scriptum fuerit ποτόμφει. *Hesychius*: Ποτόμφει, προσόζει. Recte *Salmasius* contulit, quod supra legitur: Ὄμφα, ὀσμή, Λάκωνες. *Timachidas* apud Athen. XV. p. 682. c. τὸ ῥόδον φησὶ τὰς Ἀρκάδας καλεῖν Εὐόμφαλον, ἀντὶ τοῦ εὔοσμον· ubi *Casaubonus Hesychii* meminit. — Quod *Hesychius* habet Ψιαδεῖν, παίζειν. sine dubio corrigendum in Ψιάδδειν· reperitur in hoc nostro Dramate v. 1304.

Τοὶ δὴ παρ' Εὐρώταν ψιάδδοντι.

Versus 1319. praebet Παραμπυκίδδεται. Versu 1315. mentio fit

Βακχᾶν
Θυρσαδδωᾶν καὶ παδδωᾶν.

Kusterus scribendum putabat παιδδωᾶν· atque ita legisse videtur Scholiasta bina ista explicans θυρσαζεσῶν καὶ παιζεσῶν. mihi vero παδδωᾶν in παλλωᾶν omnino videtur commutandum: Βάκχαι θυρσάζεσαι καὶ πάλλεσαι, *Bacchae* dicuntur *thyrsos leves vibrantes*. Quandoquidem *Aristophanes* in his sibi constat, mireris in v. 1166. reperiri Βλιμάττομες· secundum observata *Heraclidae* Βλιμάττω, pro βλιμάζω positum, tribuendum potius esset Boeotis, LXXVI. quam Laconibus: verum constat Boeotos aliosque etiam adhibuisse formas istiusmodi verborum in δδω. praeterea verba in ττω habuerunt et alii cum Boeotis communia: Ἀγκυρίττει Cretensibus adscribit *Hesychius*, apud quem

eiusdem classis reperiuntur: Ἀφοπλίττονται. Λαγαρίττεται. Δηρίττειν. Μασχαλίττει. etc. — Verba autem huiusmodi in ὀδδω Megarensibus etiam tribuit *Aristophanes* et Boeotis. In Acharnensibus Megarensis dixit v. 734. χρῄδδειν, vel χρῄδδεν, pro χρῄζειν·

Πότερα πεπρᾶσθαι χρῄδδετ' ἢ πεινῆν κακῶς,

ad eamdem rationem v. 823. ubi legitur φαντάζομαι, olim posuisse videtur φαντάδδομαι. Grammaticus recentior, cuius notas aliquot Etymologico interseruit *Fred. Turrisanus*, p. 447. v. 41. Θεριδδειν, inquit, ἀντὶ τοῦ θερίζειν, Βοιωτικῶς παρὰ Ἀριστοφάνει. respicit ex Acharn. v. 946. ubi loquitur Boeotus:

Μέλλω γέ τοι θερίδδειν.

Formam Thebanam mendose scriptam *Hesychius* in Lexicon suum recepit, suoque errore traxit *Casaubonum*: ubi cogitaveris, pro vulgari κρίζω Boeotice dici debuisse κρίττω vel κρίδδω, non dubitabis errorem *Hesychii* corrigere, et pro Κριαδέμεν, rescribere: Κριδδέμεν, γελᾶν· Βοιωτία δὲ ἡ λέξις. Locus, quo pertinet ista glossa *Hesychii*, *Strattidis* est e Phoenissis, conservatus ab *Athenaeo* XIV. p. 622. A. exemplis allatis Comicus ostendit, dictiones Thebanos usurpare ceteris Graecis penitus inusitatas; ipsos quippe τὴν σηπίαν vocare Ὀπιτθοτίλαν,

Τὴν ἔνθεσιν δ', Ἄκολον· τὸ γελᾶν δὲ, Κριδδέμεν.

LXXVII sic legendum pro vulgatis τὸ γελᾶν δὲ ἐκκριδδέμεν· *Casaubonus Strattidis* versum ex *Hesychio* censuerat reficiendum p. 895. Formae Laconicae in ὀδδω et ἰδδω cum essent ex *Aristophane* notae, mirum est, cur non ἀτίμαδδε posuerit *Salmasius* in Lacedaemoniorum Senatusconsulto, qui de Hellen. p. 82. solus in illo restituerat τὰν κισάριξιν· nam καθάρισιν scripserant *Leopardus* Emend. VIII. c. XIV. et *Scaliger* ad *Manil.* p. 426. κιθάριξιν *Casaub.* Anim. in *Athen.* VIII. c. XI. *Ismaël Bullialdus*, qui illud notis in *Theon. Smyrn.* subiecit p. 295. et *Edm. Chishull.* Antiq. Asiat. p. 128. Sed ista si valeret ratio, in nonnullis Laconum dictis apud *Plutarchum* hae verborum formae possent resti-

tui; quas *Hesychius* nobis plurimas praeberet, nisi aut is in libros incidisset mendosos, aut eius etiam scriptura magis esset depravata. Quantum commemini, unicum tantum huius generis reperitur apud *Hesych.* emendate scriptum, quod *Salmas.* attulit in *Plin.* Exerc. p. 1280. D. Φαιρίδδειν, σφαιρίζειν. In Φκαδδεῖ, quod sequitur proxime, accentus tantum mutari debet; scribendum enim: Φκάδδει, σωμασκεῖ. quod pronuntiatione tantum distabat a Βκάδδει. Supra legitur Ἐκπετριαδεῖν, παχύνειν ἱμάτιον· Λάκωνες. sed corrigendum: Ἐκπετρίδδειν· *Hesychius* habet Περιπετρίζεσθαι. Verbum Κωμάζει haec nota antecedit: Κωμαδεῖν, ὀρχεῖσθαι· non dubitabis literam interserere, legendo Κωμάδδειν. idem remedium adhibendum in Οἰκιδεῖν, καθῆσθαι. vetus lectio fuit Οἰκίδδειν· Sub eadem litera prostant hae binae glossae Ὁμηριάδειν, ψεύδεσθαι. et Ὁρκίλλει, ὅρκον ποιεῖ, ὀμνύει. verba sic scripta recepit in Indicem Thes. *H. Stephanus.* Pro Ὁρκίλλει sine controversia legendum Ὁρκίδδει· neque hoc officit coniecturae, LXXVIII
quam supra posui: potuit enim isto significatu a Poëta poni Ὁρκίδδει, tametsi Lacedaemonii Ὁρκίδδειν vel Ὁρκιδδέμεν eodem adhibuerint sensu, quo Graeci vulgo verbum ὁρκίζειν· Sicuti Ἐκπετρίδδειν in Ἐκπετριαδεῖν, ita Ὁμηρίδδειν apud *Hesychium* transierat in Ὁμηριαδεῖν. Plurima supersunt apud *Hesychium*, sed pleraque talia, quae non nisi perita manu rite possint tractari. De illis acturum se pollicitus est Vir Summus, quocum huius generis nonnulla communicaveram. Diversis locis leguntur: Μωδεῖ, λαλεῖ, ᾄδει. et Μασιαδδεῖ, λαλεῖ, ὁμιλεῖ. Putabam unius verbi μασίζειν, a *Musis* derivati, formas in illis latere diversas. Sed monuit me *Hemsterhusius*, pro Μωδεῖ recte quidem correxisse me Μῴδδει vel Μωΐδδει. sed Μασίδδει, significans λαλεῖ, ὁμιλεῖ, more Laconico positum pro μυθίζει. qua de re non censebis dubitandum. Cum singulae correctiones copiosius potuissent firmari; in unica, pace Tua, morabor aliquantulum. Vulgatur apud *Hesychium*:

Ἐπεβαλλομένη, ἐνθεαζομένη.] Ubi haec leguntur, series literarum poscebat Ἐπηβ. hoc si vulgatae lectionis se-

dem occupaſſet, difficulter genuina veteris Grammatici ſcriptura potuiſſet erui. Simulatque in mentem venit literas etiam β et υ frequenter permutatas, emendabam Ἐπευαδδομένη, ἐνθεαζομένη. Certiſſimam eſſe correctionem e Cariſſimi Doctoris literis intellexi, qui eamdem dudum detexerat. *Commotis excita ſacris Thyas, Euripidi* in Bacchis v. 1092. θεᾷ πνοαῖσιν ἐμμανὴς, Laconice dicta fuerat Ἐπευαδδομένα, quae diceretur in ſermone vulgari ἐπευαζομένη, vel ἐνθεαζομένη. Tales in euantium thiaſo

LXXIX. *lymphata mente furebant*
Evoë bacchantes Evoë, capita inflectentes.

Scopae ſaxeam bacchantis effigiem laudat *Glaucus* Anthol. IV. c. III. ep. 5.

Ἁ Βάκχα Παρία μὲν, ἐνεψύχωσε δ' ὁ γλύπτας
Τὸν λίθον· ἀνθρώσκει δ' ὡς βρομιαζομένα.

Iſta βρομιαζομένα proxime accedit ad noſtram Ἐπευαδδομένην· *Heſychianum* ἐνθεαζομένη de Semele legitur in *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* I, 636. qui καὶ τὴν Σεμέλην, inquit, Θυώνην καλοῦσιν, ἐπειδὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν ὖσαν καὶ ἐνθεαζομένην. ubi corrigi debet: παρεισήγαγε θύεσαν καὶ ἐνθεαζομένην. — Bacchantium ululatus in libris ſcribitur εὐοῖ, εὐὰ et εὐάν. Εὐοῖ σαβοῖ legitur in loco *Demoſthenis*, quo ad verbum εὐάζειν uſus eſt Celeberr. *Weſſelingius* ad *Diodor. Sic.* I. p. 248. Credo lectum alicubi Εὐὰν σαβὰ, quod apud *Heſychium* degeneraverit in Εὔσαμα. Verbi frequenter obvii compoſitum Ἀνευάζειν, uſurpatum a *Lycophrone* v. 207. veterum locis firmavit *Iac. Gronovius* ad *Arrian.* p. 198. Ἐπευάζειν ante erutam Ἐπευαδδομέναν potuiſſet in *Stephani* Theſauro locum reperire, obvium in *Orphei* Hymno LXXVIII. et leviter corruptum in H. LXVIII. 6. in cuius v. 1. εὐάστειραι recte repoſuit *Dan. Heinſius* ad *Sil. Ital.* I, 101. eodem titulo Nymphae deſignantur H. L, v. 8. Ipſum Bacchum laudat *Orpheus* velut εὐαστῆρα H. XXIX. et *Leonides*, Anth. VI, c. VII. ep. 10. In Hymno LII. dicitur Bacchus σὺν ἐϋζώνοισι τιθήναις Εὐάζων. Apud *Plutarchum* Sym-

pos. IV, 6. p. 671. c. leguntur veteris Poëtae verba: εὔϊον ὀρσιγύναικα μαινομέναις ἀνθέοντα τιμαῖσι, Διόνυσον. et in Lib. de Exilio p. 607. c. paulo aliter collocata: Εὔϊον ὀ. LXXX. Διόνυσον μ. α. τιμαῖς. quae hac ratione censebam reficienda:

Εὔϊον ὀρσιγύναικα Διόνυσον,
Μαινομέναις συνθέοντα τιθήναις.

in *Sophoclis* Oed. Col. v. 673. Bacchus celebratur θείαις ἀμφιπολῶν τιθήναις, quem in Oed. Tyr. v. 220. dixit Εὔϊον Μαινάδων ὁμόστολον. Quando saepius *Orphei* mentionem feci, non erat praetermittendum, in *Orphei* Precibus ad Musaeum v. 34. mendose legi συνευστατῆρας. Corrigamus:

Καὶ Σεμέλην, Βάκχε τε συνευστατῆρας ἅπαντας,
Ἰνὼ, Λευκοθέην τε, Παλαίμονά τ' ὀλβιοδώτην.

Sed tandem tamen desino. Vale Vir Nobilissime, et epistolam verbosam, aut, si mavis, dissertationem, Tibi inscriptam, aequi bonique consule.

IN MOSCHI
EPITAPHIUM BIONIS

L. C. Valckenari commentarius carmini huic post *F. Ursini Virgilium illustratum* edito subiunctus.

p. 81. *Moschi* versiculos aliquot, in Editionibus *Vulcanii*, *Heinsii*, et *Davidis Whitfordi*, praetermissos, in sedem restitui legitimam, e qua male fuerant eiecti: sunt autem sex illi, qui nonagesimum tertium proxime sequuntur. Equidem miror, qui tandem criticis potuerit in mentem venire, sex istos versus esse *Marci Musuri*, ad codicis Aldini lacunam supplendam ab homine Poëtico scienter edolatos: Μουσούρου nomen in Editione sua versui 94. adposuerat *Fulvius Ursinus*. Res est exploratae veritatis, a *Musuro* fuisse repertos in Codice vetusto: hoc monuit *Ios. Scaliger*, Emend. in *Moschum* p. 231. esse autem *veros Moschi filios*, idem ille iudicavit, a cuius opinione hac in re dissentire non debuerant. Poterunt humaniorum literarum studiosi sex istos *Moschi* versus comparare cum Ecloga *Theocriti* septima, quam omnium Reginam vere nuncupabat *Daniel Heinsius*; praesertim cum v. 37. et seqq. ac eadem opera *Theocriti* versum, qui istos proxime antecedit, integrare, pro, ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ἀὼς, legendo:

Ἀλλ' ἄγε δὴ, (ξυνὰ γὰρ ὁδὸς, ξυνὰ δὲ καὶ ᾠδὰ,)
Βωκολικασδώμεσθα.

Apollonius Rhodius III, 137.

> Ξυνὴ γὰρ χρειὼ, ξυνοὶ δέ τε μῦθοι ἔασιν
> Πᾶσιν ὁμῶς.

Qui carmen *Moſchi*, prouti fuit renovatum, legerunt, p. 82.
mirabuntur forte nonnulli, quamobrem toties receptis lectionibus novas ſubſtituerim; et hanc paene nimiam licentiam dictitabunt, ubi cognoverint, nullo ſcripto codice inſtructum hoc tamen facinus me perpetraſſe: ſed hi velim cogitent, pleraque aut leviora eſſe, aut ita certe in melius mutata, ut in illis codicum conſenſus non adeo videretur haec in uſum Adoleſcentum evulganti nunc quidem exſpectandus. Doricae dictionum formae frequenter fuerant in hoc Moſchi carmine obliteratae: eas, ubi pudenter illud fieri poterat, revocavi. Noveram, haec non eſſe ad vetuſtiſſimae Linguae normam exigenda, et *Moſcho* placuiſſe Doricam, ad Ionismum in nonnullis inclinantem, ſcribendi conſuetudinem: idcirco tantum formas adoptavi Doricas, quas e ſimilium comparatione liquido conſtaret a Syracuſano Poëta poſitas. Quis enim, huius partis paulo ſtudioſior, abſonam toleraret priorum et Heinſianae editionis in uno carmine et in iisdem ſaepe dictionibus inconſtantiam? dederat *Heinſius*, τέθνηκε, v. 7. et 11. τέθνακε, v. 12. 35. / τῆς Ἀρεθούσης, v. 10. τᾶς Ἀρεθούσας, v. 78. / σῆμα, v. 68. σᾶμα, v. 44. / φιλήματα v. 67. φιλάματα v. 84. etc. / ἠόσι v. 37. ἀόσι, v. 129. / Κούρακις v. 17. κώρᾳ, v. 126. / βουτά, v. 66. βώτας, v. 82. / (Μοισῶν v. 95.) Μοισᾶν v. 66. / Φορμίζοντι, v. 131. μελίσδεο, v. 61. etc. / Haec, et ſimilia, quae facillime poterant e comparatione, paulo conſideratius inſtituta, et ad aurium iudicium exacta, refici, nihil erat cauſae cur perverſe ſcripta reponerentur. Satis memineram eorum, quae *Gellius* N. A. XIII, c. XX. acute disputavit, *diverſis in locis* urbes et urbis *dixiſſe Virgilium, arbitrio conſilioque uſum auris*; *Homerum* autem, cum p. 83.
dixerit ψῆρας, alibi poſuiſſe ψαρῶν, ut obſecundaret ſoni iucunditati: ſed putabam, horum ſimiliumque rationem ab iſtis *Moſchi* non parum eſſe disparatam. Ferme tri-

cies formae communes fuerunt in hoc carmine mutatae: in quinque vel ſex dictionibus praeiverat *David Whitfordus*: nonnullas ſciens intactas reliqui; quoniam nihil in illis fine libris veteribus videbatur novandum. Praeterea tres quatuorve correctiones in contextum introduxi. Carminis initio ſic fuerat v. 6. vulgatum:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἴ αἴ
Λάμβανε σοῖς πετάλοισι. καλὸς τέθνηκε μελικτάς.

Qui veterem hiſtoriam copioſe tractavit, *Salmaſius* in *Plin.* Exercit. *Moſchi* locum praeterniſit: etiam aliis verbum Λάμβανε hac in ſede ſuſpicor displicuiſſe. Plerique, qui quidem ſunt Κριτικοὶ, fatebuntur, priſtinam reſtituiſſe me *Moſchi* ſcripturam, reponendo, Βάμβαλε. De hac correctione propterea minime dubitandum cenſebam, quod Illi potuerim eam approbare, qui, nemine non tribuente, primum tenet in his literis locum. Flos hyacinthus dudum habuerat foliis inſcriptos Apollinis gemitus; (neque enim de Aiace cogitavit noſter) nunc vero, dum, alter veluti Hyacinthus, Bion male perierat, funeſtas literas ſuas eloqui iubetur, et tremulo foliorum motu ſaepius repetitum ſuum edere gemitum, ai, ai:

Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἴ αἴ
Βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς.

p. 84. Eleganter hyacinthum dixerat *Euphorion* γεγραμμένα κωκύουσαν, in eo loco, quem, e *Porphyrio* citatum ab *Euſtathio* ad Il. B. p. 216. v. 12. conſervavit *Schol. Theocr.* ad Eid. X. 28. quemque, *Heinſio* et *Salmaſio* minime intellectum, enodavit *Tib. Hemſterhuſius*, ad *Lucian.* T. I. p. 240. et 241. Duplex innotuit verbi forma: *Heſychius*: Βαμβάλλειν, (ſic legendum) τρέμειν, ψοφεῖν τοῖς χείλεσι. Altera, Βαμβαίνειν, quoniam fuerat ab *Homero* uſurpata,

notior fuit Grammaticis, ponitur autem Βαμβαίνειν *titubandi* significatu: sicuti *titubare* de gressu dicitur et de lingua, ita et Βαμβαίνειν· inter alia redditur ab *Etymologo*, ἀνάρθρως λέγειν· quae interpretatio, si spectes originem, congruit etiam verbo λαλεῖν· et venuste *Moschus*, λάλει et βάμβαλε, de hyacinthi foliis in uno loco posuerat. Propter *Ursini* librum attingam, qui poterat alias omitti, *Bionis* locum, e Fragm. Eid. IV. hoc modo corrigendum:

Ἦν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινὰ μέλπω,
Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει.

Quae sequuntur, sunt pervenusta: sed in istis, quae posui, vulgari solet ἀθάνατον, et Καμβαίνει. *Aemilius Portus* magno nisu conatur ostendere in suo Diction. Dor. Καμβαίνειν verbum esse Graecum: de *Porto*, qui erat ab ea parte, qua iudicamus, non paratissimus, minus illud est mirandum, quando *Vulcanius*, *Grotius* et *Heinsius* in locum *Moschi* receperunt dictionem minime Graecam; quamque dudum emendate scriptam exhibuerat *Henr. Stephanus*, in Thes. Gr. L. T. I. p. 632. quid genuinum sit, ubi lectionem utramque memorat, non decernit *Ezechiel Spanhemius*, ad *Callim.* p. 198. In Editione renovata
operis Ursiniani reperietur Βαμβαίνει, in *Moschi* versu, ad p. 85.
Virgil. Eclog. VI, 3. verum *Ursinus* scripserat καμβαίνει· olim literam κ in β transmutaveram: nollem factum: nam βαμβαίνει introduxerunt in hanc editionem, ubi error *Ursini* non fuerat corrigendus. In Eidyllii nostri versu 30. unam literam addendo, *Moschi* sententiam arbitror fuisse restitutam:

Ἀχὼ δ' ἐν πέτρῃσιν ὀδύρεται, ὅττι σιωπῇς,
Κοὐκ ἔτι μιμεῖται τὰ σὰ χείλεα·

Quoniam mortui Bionis vocem non posset amplius imitari, idcirco lugebat Echo: antea legebatur: ὅττι σιωπῇ. *Whitfordus* interpretabatur:

Et quoniam muta est in montibus ingemit Echo.

Verſum 40. intactum reliqui:

Ἀλκυόνος δ' ἐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχετο Κῆϋξ.

quem *Bonaventura Vulcanius* Latine converterat

Nec tantum Halcyones tetigere Ceyca dolores.

Quae poſuit *Whitfordus*, hiſtoriae, minus autem verſui noſtro conveniunt. Nemo Poëtarum veterum paulo diligentior negabit, Ceyca Graece dici potuiſſe Ἀλκυόνος ἐπ' ἄλγεσιν ἴσχεσθαι· verumtamen, huic loco ἴαχε multo eſſe accommodatius, non diffitebitur, qui vicinos verſus propius conſideraverit: in illis occurrunt verba, μύρατο, ἄεισε, θρήνησε· commode ſucceſſit ἴαχε· hoc primum in ἴσχε, deinde, ut verſus ſuppleretur hiatus, ab homine non indocto mutatum, degeneravit in ἴσχετο. Qui *He-*
p. 86. *ſychium* tractarunt, haud ignorant, ἴσχε et ἴαχε frequenter a librariis fuiſſe commutata. Scripſerat itaque, mea certe ſententia, *Moſchus*:

Ἀλκυόνος δ' οὐ τόσσον ἐπ' ἄλγεσεν ἴαχε Κῆϋξ.

Ovidius XI. Metam. v. 544.

Halcyone Ceyca movet; Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt.

v. 562. *Plurima nantis in ore*
Halcyone coniux: illam meminitque refertque.

Ob eamdem rationem, quae me praecipue movit ad illud ἴσχετο corrigendum, moribus et doctrina minime vulgari inſignis Adoleſcens, qui hic nobiscum ſacra tractat Muſarum, ingenioſe verſum huius carminis quartum emendavit; ſed ipſius verbis acutiſſimum inventum Doctis explicari melius erit. Verſus 59. ſic vulgabatur:

Κλαίει καὶ Γαλάτεια τὸ σὸν μέλος, ἄν ποκ' ἔτερπες.

Senſum arbitror me planum effeciſſe, ſcribendo:

Κλαίει καὶ Γαλάτεια, τὸ σὸν μέλος ἄν ποκ' ἔτερπεν.

De versibus 28, 113, 114, quid sentiam, et quo modo dictiones quasdam, praeter eas, quas indicavi, hoc in carmine tentari posse suspicer, privatim indicare malo. Unam e lectionibus Editionis *Fulvii Ursini* recepi in v. 90. Illa, praeter alia, v. 3. γοάοισα, et v. 98. pro χέει exhibet ῥέει· quae non improbem, si veterum librorum firmarentur auctoritate. πολυκλαύτοισι, legitur v. 74. in eadem Editione, pro πολυκλαύστοισι· quod qui mutandum censuerit in πολυκλυστοισι, a meo iudicio non diffidebit. Sed maioris est ponderis, et profecto venustum, quod mecum communicavit *Adrianus Heringa*, in versu 90, ubi memoratur Λεσβὸς ἐρυμνά· sibi videri legendum: p. 87.

Οὐ τόσον Ἀλκαίῳ πέρι μύρατο Λέσβος ἐρεινά.

Eam in rem egregii sunt versus e *Phanoclis* Elegia, apud *Stobaeum* Floril. p. 400. v. 5. sic de Lesbo loquentis:

Ἐκ κείνου μολπαί τε καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
Νῆσον ἔχει· πασέων τ' ἐστὶν ἀοιδοτάτη.

Quae versum huius carminis ultimum insidebat, menda tamen videbatur tollenda: neque enim facile quis mihi persuaserit, scribere potuisse *Moschum*:

Εἰ δέ τι κήγὼν
Συρίσδεν δυνάμην.

Illud extra controversiam erat positum, posse *Moschum* scienter συρίσδεν· artem Musicam supra fatebatur a Bione se didicisse, et accepisse veluti haereditate traditam, v. 101.

Αὐσονικᾶς ὀδύνας μέλπω μέλος, οὐ ξένος ᾠδᾶς
Βωκολικᾶς, ἀλλ', ἄν τ' ἐδιδάξαο σεῖο μαθητάς,
Κλαρονόμος, μώσας τᾶς Δωρίδος ἄμμε γεραίρων.
Ἄλλοις μὲν τεὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειψας ἀοιδάν.

ita legendum puto pro Κλαρονόμως· Haec qui scripserat, in ultimo versu canere non potuit: p. 88.

Εἰ δέ τι κήγὼν
Συρίσδεν δυνάμαν,

ſed poterat merito dubitare, ſi deſcenſus illuc pateret, utrum carmina ſua quidquam eſſent apud Inferum Iovem valitura. Poſuerat itaque:

Εἰ δέ τι κἠγὼν
Συρίσδων δυνάμαν, παρὰ Πλουτέϊ κἀυτὸς ἄειδον.

Nota ſunt bene ominata Principis Poëtae verba, IX. Aen. v. 446.

Si quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet aevo.

JOANNIS

JOANNIS TOUPII

DE

SYRACUSIIS

AD

TH. WARTONUM

EPISTOLA.

DOCTISSIMO ATQUE AMICISSIMO VIRO

THOMAE WARTONO

S. P. D.

J. TOUPIUS.

En tibi, vir doctissime, notas nostras atque emendationes ad Theocriti *SYRACUSIAS*. Carmen longe suavissimum, et quo nihil festivius, aut quod vernilitatem sapiat magis. Est autem scriptum in honorem Ptolemaei Philadelphi, et sororis suae Arsinoae, Theocr. ed. Wart. T. II. p.327.

Quae nunc sorore dulcior.

Nam Ptolemaeus, quod Alexandrinis jucundum scilicet et solenne, in matrimonio habuit, ut Jupiter Junonem, sororem suam αὐταδέλφην Arsinoam.

Ὧδε καὶ ἀθανάτων ΙΕΡΟΣ ΓΑΜΟΣ ἐξετελέσθη,
Οὓς τέκετο κρείσσα Ῥέα βασιλῆας Ὀλύμπῳ.
Ἓν δὲ λέχος στόρνυσιν ἰαύειν Ζηνὶ καὶ Ἥρῃ
Χεῖρας φοιβήσασα μύροις ἔτι παρθένος Ἶρις.

Atque hinc illud Sotadis Φλυακογράφου, cujus meminit Athenaeus XIV. 4. et Plutarchus in libello Περὶ παίδων ἀγωγῆς.

Εἰς ἐχ ὀσίην τρυμαλιὴν τὸ κέντρον ὠθεῖς.

Quod auctori, qui regibus uti nescibat, fraudi et exitio fuit. Ceterum in hoc poemate ΑΔΩΝΙΑ, sive *festum Adonidis* repraesentatur; ubi matronae duae Syracusanae, tunc temporis Alexandriae degentes, partes suas haud inficete sustentant, et maritos suos sibi invicem deridendos propinant. hinc nomen Idyllio ΑΔΩΝΙΑΖΟΥΣΑΙ Η ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙ. Porro ut in Aristophanis Lysistrata *mulier*

Lacaena Λακωνιστὶ loquitur, ſic in hoc poematio *mulieres Syracuſanae* Συρακκσιστὶ loquuntur. Quae utraque forma Dorum ſive Peloponneſiorum eſt; ſed diverſa pro diverſo loco. Librarii autem, ut mos iſtorum hominum eſt, rem ſusque deque habuerunt. Nos nonnulla hic illic reſtituimus. Nam omnia ad priſtinam formam revocare nec meum nec tuum eſt. Sed ad carmen ipſum accedamus.

V. 2. — ὄρη δίφρον, Εὐνόα, αὐτῇ.] Scribe αὐτᾷ. ut infra v. 67.

— Πότερ' αὐτᾷ μὴ τὺ πλαναθῇς.

p.328. Notandum autem verbum ὄρη. *SEE for a chair, Eunoa.* Quod amicitiae et obſervantiae ſignum. Apollodorus Comicus apud Athenaeum, Lib. I. pag. 3.

Εἰς οἰκίαν ὅταν τις εἰσίῃ φίλου,
Ἔστιν θεωρεῖν Νικοφῶν τὴν τοῦ φίλε
Εὔνοιαν εὐθὺς εἰσιόντι τὰς θύρας.
Ὁ θυρωρὸς ἵλαρὸς πρῶτόν ἐστιν· ἡ κύων
Ἔσηνε καὶ προσῆλθεν. ὑπαντήσας δέ τις
ΔΙΦΡΟΝ εὐθέως ἔθηκε· —

Ita ſcribendus eſt iſte locus, quem inſigniter violavit Joannes Bourdelotius ad Heliodorum, p. 48. Deinde ſequitur,

Ἔμβαλε καὶ ποτίκρανον. —

And get a CUSHION too. Quod mollitiei et elegantiae muliebris eſt Hinc μαλακὴν δίφρακα vocat Noſter ſupra XIV. 41.

— Μαλακᾶς ἀπὸ ΔΙΦΡΑΚΟΣ ἕδραμε τήνα.

Ubi Schol. Μαλακᾶς δὲ, παρόσον αἱ γυναῖκες μαλακαῖς κάθηται καθέδραις, ὡς ἐν Συρακκόσαις. Scribendum, ΕΝ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΑΙΣ. Ad hoc ipſum Idyllium, quod *SYRACUSIAE* inſcriptum eſt, reſpexit Scholiaſtes.

V. 4. Ὦ τᾶς ἀδεμάτα ψυχᾶς.] Vox ἀδέματος ne Graeca quidem eſt. Legendum videtur cum Caſaubono,

Ὦ τᾶς ΑΔΑΜΑΤΩ ψυχᾶς. —

Lucianus in Demosth. Encomio. Βαβαί, τῆς ΑΗΤΤΗΤΟΥ ψυχῆς. Quod idem est.

V. 8. Ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γᾶς ἔλαβ' ἐνθὼν,
Ἰλεὸν οὐκ οἴκησιν. —

Scribe, ὁ πάραρος, *homo fatuus* et *immorigerus*. Idem Πάραρος et Παρῆρος. Παράορος et Παρήορος Ἀπὸ τᾶ Αἰωρεῖν scilicet. de quo Schol. ad Homer. Il. H. 156. Ψ. 603. Etymologus, Hesychius, Suidas, alii. Dionysius Halicarn. Ant. Rom. lib. 7. sub finem. Δυσὶ γὰρ ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρείπετο σειραῖος ἵππος ἡυτῆρσι συνεχόμενος. ὃν ἀπὸ τοῦ ΠΑΡΗΙΩΡΗΣΘΑΙ καὶ συνεζεῦχθαι (leg. καὶ ΟΥ συνεζεῦχθαι) ΠΑΡΗΙΟΡΟΝ ἐκάλεν οἱ παλαιοί. Qui locus illustris est. Quin et aliam vocem addo, ejusdem plane familiae et potestatis. Hesych. Ἀελλόθριξ. ποικιλόθριξ, ἢ ΠΑΡΕΩΡΟΥΣ καὶ συνεχεῖς ἔχουσα τὰς τριχάς. Ita scribendus iste locus, quem cum Palmerio minus perspectum habuimus in Epist. Crit. p. 53. Dicitur autem Παρέωρος et Παρήορος, ut Μετέωρος et Μετήορος. et notanda vox. nam alibi frustra quaeras. Quod sequitur, ἔσχατα γᾶς, est *extrema pars urbis*, *et ab aula remota. a remote and unfrequented part of the town.* Hinc Ἐσχατιά. *extrema pars agri.* Lucian. in Timon. Ὥστε ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ΕΣΧΑΤΙΑΝ τραπόμενος, ἐργάζομαι τὴν γῆν, ΤΗι ΕΡΗΜΙΑι καὶ τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφῶν ἐνταῦθα. Atque hinc vindicandus simul et illustrandus Theocritus in *HYLA*. 25. p. 329.

Ἅμος δ' ἀντέλλοντι πελείκδες, ΕΣΧΑΤΙΑΙ δὲ
Ἄρνα νέον βόσκοντι, τεπραμμένου εἴαρος ἤδη·
Τᾶμος ναυτιλίας μιμνάσκετο θεῖος ἄωτος
Ἡρώων. —

Nonnulla de hoc loco non ita pridem commentatus est Cl. Ernestus ad Callimachi Delum; ubi interpretem castigat, ipse castigandus. Nimirum vis verbi Ἐσχατιὰ virum doctissimum cum Casaubono fefellerat. Ἐσχατιαὶ sunt *agrorum extremitates*, sive *pars agri* INCULTIOR

et remotior. Nos Angli, *the Downs.* Optime Scholiastes nondum editus ad Aeschinis Timarchum. Ἐσχατιαί εἰσι τόποι ἔσχατοι τῆς χώρας, περατάμενοι ἢ εἰς ὄρη, ἢ εἰς θάλατταν. Quod usquequaque rectum est. Confer. Hesych. in V. et Nostrum XXV. 31. Quare dicit Theocritus, *Tum demum navigationis meminisse Argonautas, cum Pleiades orirentur, et extremam sive* INCULTAM *partem agri herba vestiret.* Quod non nisi *exeunte vere,* sive ἀρχομένου τοῦ θέρους, evenit. Sed hunc locum non intellexit Ernestus. Ceterum quoniam de Theocriti HYLA hic agitur, non possum quin tecum communicem Epigramma satis venustum, in quo ad *Hylam raptum* (et cui non dictus Hylas?) eleganter respexit auctor nescio quis, quem primus dedit doctissimus Muratorius; dedit et Cl. Hagenbuchius in Epist. Epigraph. p. 402. et post eum celeberrimus D'Orvillius ad Charit. p. 260. Sed corruptum omnes et inemendatum. Nos carmen integrum, uti scribi debuit, adponemus. Est autem in puellam quinquennem *Philtati* et *Alexandrae* filiam, quae eo abierat, unde negant redire quenquam.

ΑΔΗΛΟΝ.

Οὐχ ὁσίως ἥρπαξας ὑπὸ χθόνα, κοίρανε Πλουτεῦ,
Πενταετῆ νύμφην πᾶσιν ἀταλλομένην.
Οἷα γὰρ ἀρχομένου ῥόδον εὔπνουν εἴαρος ὥρῃ
Ἐξέτεμες ῥίζης πρὶν χρόνον ἐκτελέσῃ.
Ἀλλ' ἄγ' Ἀλεξάνδρα καὶ Φίλτατε μηκέτ' ὀδυρμοὺς
Ἱμέρτῃ κούρῃ σπένδετέ μυρόμενοι.
Εἶχεν γὰρ χάριν εἶχεν ἐπὶ χρυσοῖσι προσώποις,
Αἴθερος ὥστε μένειν ἀθανάτοισι δόμοις.
Τοῖς πάρος οὖν μύθοις πιστεύσατε· παῖδα γὰρ ἐσθλὴν
Ἥρπασαν ΩΣΠΕΡ ΥΛΑΝ Ναΐδες, οὐ θάνατος.

Ita scribendum est istud Epigramma. In postremo pentametro marmor gravissime laborat. Hinc alii aliud, ut fieri solet. Nos ex vestigiis veteris scripturae veram lectionem absque controversia restituimus. Ἥρπασαν ὥσπερ Ὕλαν. *tanquam Hylam*, ut in fabula est, *rapuerunt.* Sed haec obiter.

V. 10. — Ποτ' ἔριν φθονερὸν κακὸν αἰὲν ἐμεῖο.] Nugatur hic editor Lipſienſis. Tu nihil muta. Dicitur πρὸς ἔριν, ut πρὸς χάριν, πρὸς ὕβριν, πρὸς ὀργήν· et ſi quae alia. Senſus eſt: *Id vero agebat ſcilicet homo invidus, ne mihi morem gereret, et ut in omnibus moleſtias crearet.* Optime Scholiaſtes: φθονερὸν δὲ, ἀντὶ τοῦ ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΝ. quod ad mentem Theocriti perquam adcommodatum eſt, In ſequenti verſiculo Editio Florentina, p. 330.

— φίλα ΔΙΝΩΝΑ τοιαῦτα.

Quod mire placet. ΔΙΝΩΝ ſive potius ΔΕΙΝΩΝ eſt nomen mariti Praxinoae. ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. *an overgrown fellow. a Patagonian.* Athenaeus, lib. V. p. 213. Μάνιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκὼς ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον, συνδέτην ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστάρνην ΠΕΝΤΑΠΗΧΥΝ, πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. Quae verba notanda. Prima autem τοῦ τοιαῦτα, quod librario fraudi fuit, nunc brevis, nunc longa eſt. de quo nos ad Suid. V. Ποινή. Theocritus HELEN. ΕΡΙΓΗΑΛ. 32.

Οὔτε τις ἐν ταλάρῳ πανίσδεται ἔργα ΤΟΙΑΥΤΑ.

Ceterum verba Δίων et Δίνων ſive Δείνων non raro permutantur. Schol. ad Theocrit. I. 147. Αἴγιλος δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἀπό τινος ἥρωος Αἰγίλου, ὅτι δὲ αἱ Ἀττικαὶ ἰσχάδες ἡδεῖαι καὶ ΔΙΩΝ μαρτυρεῖ. Legendum, ΔΕΙΝΩΝ. Locus Dinonis, ad quem reſpexit Scholiaſtes, extat apud Athenaeum, Lib. XIV. pag 652.

V. 18. Χὠμὸς ταῦτά γ' ἔχει, φθόρος ἀργυρίου, Διοκλείδας.
Ἑπτὰ δραχμῶν κυνάδας, γραιᾶν ἀποτίλματα πηρῶν
Πέντε πόκως ἔλαβ' ἔχθες, ἅπαν ῥύπος, ἔργον ἐπ' ἔργῳ.

Hic locus et corruptus eſt et parum intellectus. Primum ſcribendum τ' αὐτά γ' ἔχει. *Ita quoque ſe habet noſter Dioclides. My husband is as great a fool as your's.* Deinde libri veteres,

Ἑπταδράχμος κυνάδας. —

Quam lectionem unice probant viri eruditissimi. Sed aliud est, Ἑπταδράχμως, aliud Ἑπτὰ δραχμῶν. Quod Bentleium nostrum ad Phalarin fugisse miror. Πέντε πόκας ἑπτὰ δραχμῶν λαβεῖν, est *Quinque vellera septem drachmis emere.* Πέντε πόκας ἑπταδράχμως λαβεῖν, est *Quinque vellera, singula septenis drachmis, emere.* Herodotus VI. 89. Οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἔσαν γάρ σφι τοῦτον τὸν χρόνον φίλοι ἐς τὰ μάλιστα, Ἀθηναίοισι διδοῦσι δεομένοισι εἴκοσι νέας, διδοῦσι δὲ ΠΕΝΤΑΔΡΑΧΜΟΥΣ ἀποδόμενοι· δωτίνην γὰρ ἐν τῷ νόμῳ οὐκ ἐξῆν δοῦναι. *Corinthii autem per id tempus Athenienſibus amiciſſimis dedere rogantibus naves viginti, ſed dedere vendentes ſingulas quinis drachmis: quoniam eas dono dare lege vetabantur.* Ad quem locum conſulendi interpretes. conſulendus etiam Cl. Weſſelingius Differt. Herod. p. 151. Quare nullus dubito, quin ſatis ſana ſit vulgata lectio, quam et agnoſcit Scholiaſtes: Καὶ ὁ ἐμὸς ἀνὴρ Διοκλείδας ΕΠΤΑ ΔΡΑΧΜΩΝ
P. 331. ἠγόρασε ποκάρια γεγηρακότων προβάτων. Lege, ἠγόρασεν ἑ ποκάρια. *Septem drachmis QUINQUE vellera emit. Itaque dicit Gorgo: The five fleeces coſt my good man ſeven drachms, and are good for nothing.* Quae veriſſima et ſimpliciſſima lectio. Quod ſequitur recte exponit Scholiaſtes: ΚΥΝΑΔΑΣ δὲ, οἷον κύνεια, τραχέα. *Vellera non ovina,* ſed, ſi diis placet, *CANINA.* Κυνάδες ſunt *pili caudae caninae.* qui ſpurciores et aſperiores. hinc τραχέα exponit Scholiaſtes. Κύνεα vocat Lycophro, Alexand. 99. ubi recte Graecus interpres, παρὰ τὰς ΤΡΑΧΕΙΑΣ πέτρας. Quae ſequuntur poetae mentem explanabunt. Sed locus conclamatus eſt. Legebam aliquando,

— Γραιᾶν ἀποτίλματα ΜΗΡΩΝ.

Heſychius: Σμήριγγες. πλεκταὶ σειραὶ, βόστρυχοι, καὶ ΤΩΝ ΚΥΝΩΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΜΗΡΟΙΣ καὶ τοῖς αὐχέσι ΟΡΘΑΙ ΤΡΙΧΕΣ. Hinc pili iſti μήριγγες ſive σμήριγγες dicti. Qui vocem aliunde deducunt, operam ludunt. Et haec ſpeciem quidem habent. Sed libri nonnulli, ἀποτίλματα πυρῶν. quod ad veram lectionem ducit. Audacter reſcribo:

— Γραιᾶν ἀποτίλματα ΠΥΓΩΝ.

Veterum pygarum vellimina. Ruſtici noſtri, *tail - locks.* Theocritus V. 121.

Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις.

Ubi Schol. Ἀπελθὼν τίλλε, φησὶ, τὰς παλαιὰς τρίχας τῆς τάφης σῆς, ἤγεν ΤΗΣ ΠΥΓΗΣ σῆς. Idem ad v. 43. Καὶ Ἀριστοφάνης δὲ Βατράχοις φησὶ περὶ τοῦ Κλέωνος· ἐν ταῖς ταφαῖς τίλλεσθαι. ἤγουν, ἐν καιρῷ συνεσιασμοῦ ΤΑΣ ΤΡΙΧΑΣ ΕΚΤΙΛΛΕΙΝ ΠΥΓΗΣ. Locus Comici, quem tangit Scholiaſtes, eſt in Ran. 426. ubi de *Cliſthene*, non *Cleone*, ſermo eſt. Quod et dudum obſervavit Kuſterus. Huc facit Heſychius: Σπόλια, τὰ παρατιλλόμενα ἐριδια ΑΠΟ ΤΩΝ ΣΚΕΛΩΝ τῶν προβάτων. Hujusmodi ἐριδίων meminit et Syneſius in Calvit. Encom. p. 64. Corrigendus hac occaſione Heſychius: Ἐριδία, ἅμαξα. Idem: Ἐριωδία, ἅμαξα. Idem: Ἐρωδία, ἅμαξα. Nugae nugaciſſimae. Scribendum, Ἐρίδια, ΜΕΤΑΞΑ. de *metaxa*, ſive *mataxa*, Procopius in Gothicis et Cl. Salmaſius ad Vopiſcum in Aureliano. Gloſſae: *Mataxa.* σικά. lege, σηρικά. Verbum autem Τίλλειν, ut ad Theocritum revertar, in hoc negotio uſitatiſſimum et antiquiſſimum eſt. Varro de re ruſtica, Lib. 2. p. 93. *Lanam demptam ac conglobatam alii Vellera, alii Vellumina appellant. ex quorum vocabulo animadverti licet, prius lanae vulſuram quam tonſuram inventam.* Hinc Νακοτίλτης. Heſych. Νακοτίλται, οἱ κείροντες τὰ πρόβατα. Idem: Νάκολον, ἀκάθαρτον. Ad hunc locum ne verbum quidem editores. Tu lege, meo periculo, ΝΑΚΟΤΙΛΤΟΝ, ἀκάθαρτον. et de homine *ſpurco et depilato* intellige. Etymologus: Βάμμα Κυζικηνὸν, τὴν ΑΚΑΘΑΡΤΟΝ ἀσχημοσύνην Ἀττικοὶ λέγουσι ΔΙΑ ΤΟ ΤΙΛΜΑ. ἐσκώπτοντο γὰρ ἐπὶ μαλακίᾳ. Ita legendus iſte locus, de quo nos ad Suid. V. Φακά. Vocem autem Νακότιλτος uſurpat Archippus Comicus apud Polluc. VII. 28.

ΝΑΚΟΤΙΛΤΟΣ ὥσπερ κωδάριον ἐφαινόμην. p. 332.

Ita ſcribendus iſte verſiculus, cujus nec metrum nec ſenſum perſpectum habuerunt editores.

V. 24. — Ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα.] Alii ὀλβίῳ, alii ὀλβίω. neutrum verum. Scribendum unica voce,

— ΕΝΟΛΒΙΩι ὄλβια πάντα.

Nosti illud D. Pauli ad Titum I. 15. Πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς. *Omnia quidem pura sunt puris.* Vox Ἔνολβος, quae paulo rarior est, occurrit apud Maneth. Apoteles. IV. 85.

Παμπλούτους τε τίθησι καὶ ἐντρυφέας καὶ ΕΝΟΛΒΟΥΣ.

Dicitur autem Ἔνολβος et Ἐνόλβιος, ut Ἄνολβος et Ἀνόλβιος. quae vox restituenda est Choerilo poetae apud Athenaeum, Lib. XI. p. 464.

Χερσὶν ΑΝΟΛΒΟΝ ἔχω κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγὸς,
Ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον. —

Ita scribendus videtur iste locus. τρύφος ἄνολβον, *frustum inutile. a broken vessel.* Schol. ad Sophocl. Antig. 1579. Ἄνολβα, ἀνωφέλητα.

V. 28. — Αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήζοντι καθεύδην.] Scribe ex more Dorico, χρήσδοντι καθεύδεν. Noster V. 10.

Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρα τῷ δεσπότῃ ἧς τοι ΕΝΕΥΔΕΝ.

Quae forma redonanda Theocrito in HELEN. EPITH. 12.

ΕΥΔΕΝ μὲν χρήσδοντα, καθ' ὥραν ΕΥΔΕΝ ἐχρῆν τύ.

Quae Danielis Heinsii pulcherrima emendatio. Hujusmodi repetitionibus gaudet Theocritus. Haud aliter V. 52.

— ΟΣΔΟΝΤΙ κακώτερον ἢ τύ περ ΟΣΔΕΙΣ.

Ceterum notanda locutio proverbialis, αἱ γαλέαι μαλακῶς χρήζοντι καθεύδειν. *The cat likes fish, but is afraid to wet her feet.* Quod salsum, et ad Eunoam referendum, hominem mollem, delicatulam, otio atque inertiae deditam. quales mulieres Syracusanae, de quibus nos supra. Nam feles molles et ignavae. Atque hinc vide an lux accendi possit Libanio in Epistola ad Flavianum. ubi agit de Adolescenti nescio quo, molli quidem et laboris impatienti, quem salse admodum nunc *Ulyssem*, nunc ΓΑΛΗΝ vocat. Verba ejus sunt:

ΦΛΑΒΙΑΝΩι.

Ἰοῦ, ἰοῦ, πόση τις ἡ τῶν δώρων ἐπιῤῥοή· ἀλλάντες, οἶνος, χιτὼν, βιβλίον. Εὐθὺς μὲν οὖν ἠπόρουν ὅ,τι τὸ πεποιηκὸς τὸ πλῆθος. Ὡς δὲ ὅτι δεῖ σοι ΤΟΝ ΟΔΥΣΣΕΑ πέμπειν προσέκειτο, μετωνόμασται γὰρ ἤδη, καὶ Η ΓΑΛΗ σεσίγηται, εἶδον ὅτι μηχανὴ ταῦτα ἦν Ὀδυσσέως, μισθῷ με πείσειν ἐλπίσαντος ἃ ἐβούλετο. ἐβούλετο δὲ δραμεῖν ὡς σέ τε, κἀκεῖθεν οἴκαδε.

FLAVIANO.

p. 335.

Heu, heu, quanta est tuorum donorum copia! boṭuli, vinum, tunica, libellus. Primum ego anceps eram quidnam copiam illam tantam fecerit. Cùm vero recogitarem Ulyssem ad te esse mittendum (adolescens enim jam aliud nomen accepit et FELIS *tacetur) perspexi callido Ulyssis consilio id omne fieri, qui speret fore, ut quae velit, praemiis ejusmodi a me consequatur. Ad te enim ille, inde vero domum erat profecturus.* Cl. editor adlusum hic esse putat ad nomen adolescentis, qui *Felinus*, ut pater *Flavianus*, appellatus fuit. Ego vero per vocem γαλῆν hominis *mollitiem* et *ignaviam* denotari putem. Quod omnino verum. Fidem faciet Julianus, optimus Libanii interpres, in Epistola ad Dionysium, p. 444. Ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτήματων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι· τὸν μῦθον ἀκήκοας

Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα.

Τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. *An id putas, quaecunque a te pridem sunt peccata, facile apud omnes excusari purgarique, et nupera fortitudine umbram mollitiei pristinae obduci? Fabulam audivisti:*

„Felis amore capta formosi viri."

Cetera e libro disce. Quae egregia sunt, et Libanium mire illustrant. Confer nos ad Suid. V. Γαλῆ. Versus autem Choliambicus, quem laudat Julianus, est Babrii μυθογράφου, cujus passim mentio apud Suidam. Non raro autem ad antiquos et antiquorum dicta adludit Libanius. Exem-

plum unum dabo, quia illustre est; et viros doctissimos elusit. Est autem in Epistola ad Andronicum. Καὶ φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβιάδου, ποιεῖ δὲ τὰ Σίκωνος. Ὅ,τι δὲ οὗτος ἔδρα, τὸν Ἀριστοφάνην ἔρου. *Et spiritus quidem majores habet quam Alcibiades, mores autem* SICONIS. *Quid vero Sico fecerit, roga Aristophanem.* Ita scribendus et interpretandus est iste locus, ad quem turpissime cespitavit Cl. Wolfius. SICO est nomen servi; hominis nequam et temulenti. Ejus meminit Alexis apud Athenaeum, lib. 8. pag. 336.

Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν, ὦ Σίκων, Σίκων.

Meminit et Eubulus apud Athenaeum, Lib. I. pag. 23.

— ΣΙΚΩΝ ἐγὼ
Βεβρεγμένος ἥκω καὶ κεκωθωνισμένος.
Α. Πέπωκας οὗτος. Σ. Ἐγὼ πέπωκα μὰ τὸν Δία
Μενδαῖον. —

— *SICO ego*
Madidus adsum et appotus probe.
p. 334. A. *Bibisti credo.* S. *Ego vero per Jovem bibi*
Mendaeum. —

Ita scribendus et vertendus est iste locus, quem perperam sollicitavit magnus Animadversor. Hinc fabula Aristophanis ΑΙΟΛΟΣΙΚΩΝ inscripta. de qua Casaubonus ὁ πάνυ ad Athenaeum, et nos nonnulla ad Suid. V. Ἀγοράσαι. Ad hanc fabulam respexit Libanius. Sed in viam tandem redeamus.

V. 36. — Πλέον ἀργυρίῳ καθαρῷ μνᾶν
Ἢ δύο. —

Ad hunc locum, antiquum suum obtinet Cl. Reiskius, ut strenue nugetur. Atqui rem satis dilucidatam dederat, ut Scaligerum taceam, Cl. Bentleius ad Phalaridis Epistolas. Accedit Scholiastes: Πλέον ἀνάλωσα, φησίν, ἢ δυοὶν μνᾶν καθαροῦ ἀργυρίου. *It cost me more than two* minae *of pure silver.* Idem Πλέον δυοῖν μνᾶν et Πλέον ἢ δυοῖν μνᾶν. Huiusmodi pleonasmis delectantur Graeci. Lysias Orat. de Aristoph. p. 349. Ed. Taylor. Στεφάνῳ δὲ τῷ Θαλλοῦ

ἐλέγετο εἶναι ΠΛΕΟΝ Η ΠΕΝΤΑΚΟΝΤΑ ΤΑΛΑΝΤΩΝ. *Stephanus autem Thalli filius dicebatur rem possedisse pluris talentis quinquaginta.* Ad quem locum consulendus doctissimus Marklandus. Quae sequuntur,

— τοῖς δ' ἔργοις καὶ τὰν ψυχὰν προτέθηκα,

exquisita sunt, et omnes interpretes fefellere. Τὴν ψυχὴν τοῖς ἔργοις προσθεῖναι, est *Animam suam in opere ponere;* sive, *ita se cruciare et fatigare, ut vitam suam periclitetur.* Quare dixit Praxinoa: *Ita me totam dedi telae detexendae, ut paene animam meam in opere posuerim It cost me more than two* minae, *and my life almost in the bargain.* Qui sensus optimus est Ita locutus est Polybius in Excerptis Valesii, p. 1402. Διὰ τὴν ἀπληστίαν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς διδοῦσι φθονηθείς, ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ΠΡΟΣΕΘΗΚΕ τῷ χρυσίῳ. *He lost his money and his life together.* Ita legitur iste locus apud Suid. Edit. Mediolan. V. Σκόπας, et in Constantini Collectaneis. quem perperam sollicitarunt viri eruditi. Graecam elegantiam, ut solet, expressit Virgilius:

— *Animasque in vulnere ponunt.*

Ceterum scribendum ex forma Dorica,

— Καὶ τὰν ψυχὰν ΠΟΤΕΘΗΚΑ.

Quod et recte animadvertit vir doctissimus in Epistola ad Röverum. Verbum occurrit apud Erinnam in Epigrammate, quod ob singularem elegantiam hic integrum et emendatum adponam.

ΗΡΙΝΝΗΣ.

Εὐπαλάμων χειρῶν τάδε γράμματα. λῶστε Προμηθεῦ
Ἐντὶ καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.
Ταύταν γοῦν ἑτύμως τὰν παρθένον ὅστις ἔγραψεν p. 335.
Αἰὲ' αὐδὰν ΠΟΤΕΘΗΚ', ἧς Ἀγαθαρχὶς ὅλα.

Ita scribendum est istud Epigramma. Quicquid autem *dextrum* et *ingeniosum* est, Εὐπάλαμον vocant Graeci. de quo Casaubonus ad Athenaeum et ad Aristophanis Equites. hinc Εὐπαλάμων χειρῶν. *ingeniosi artificis.* Nihil verius aut elegantius.

V. 49. — Ἐξ ἀπάτας κεκροτᾰμένοι ἄνδρες ἔπαισδον] De hoc loco celeberrimus D'Orvillius ad Charit. p. 86. et Cl. Reiskius ad Polybium, p. 54. Sed neuter rem adſecutus eſt. Ἐξ ἀπάτης παίζειν eſt *dolo malo ludere.* Ἐξ ἀπάτης ὑβρίζειν vocat Aſclepiades in Epigrammate. Sic ſolebant Alexandrini. ἄνδρες κεκροτημένοι ſcilicet, *ad nequitias inſtructi atque exercitati.* de quibus Scholiaſtes ad Comici Nub. 1128. Hujusmodi homines Κρόταλα et Κροτήματα vocabant Graeci. Ariſtides Tom. 2. p. 266. Ἄνδρας ὀξεῖς καὶ δεινοὺς καὶ ΣΥΓΚΕΚΡΟΤΗΜΕΝΟΥΣ. Διαῤῥαπισμένους exponit Scholiaſtes. qui et Metaphoram eſſe ait ἀπὸ τῶν κεκεντρωμένων χαλκῶν. *a ferramentis quae malleo acuminantur.* Quocum vel facit vel non facit Heſychius: Ἄκροτον, ΑΔΙΑΡΙΠΙΣΤΟΝ, ἀπαίδευτον. Ceterum ut Theocritus παίζειν ἐξ ἀπάτης, ſic Paulus Silentiarius, in Epigrammate, παίζειν ἐξ ἀρετῆς. Carmen ipſum adſcribam. Eſt autem in *Atticum* quendam, qui ne poſt mortem ſepulchro careret, ſibi vivus procuraverat.

Ἀττικὸς εἰς ξυνὴν με παναγρέος ἐλπίδα μοίρης
Θυμῷ θαρσαλέῳ ζῶν ἐλάχηνε τάφον
ΠΑΙΖΩΝ ΕΞ ΑΡΕΤΗΣ θανάτου φόβον· ἀλλ' ἐπὶ δηρὸν
Ἠέλιος σοφίης μιμνέτω ἠελίῳ.

V. 50. — Κακὰ παίγνια, πάντες ἐρεισί.] Locus plurimum et fruſtra divexatus. nam quae hic commentati ſunt viri doctiſſimi, non ſunt unius aſſis. Legendum ſine dubio:

— Κακὰ παίγνια, πάντες ΑΕΡΓΟΙ.

Πάντες ἀεργοί. *a parcel of idle raſcals.* Heſych. Ἀεργὸς, ἀργὸς ἢ κακοῦργος. Epimenides apud Paulum ad Titum I, 12.

— — Κακὰ θηρία, γαστέρες ΑΡΓΟΙ.

Alter ad alterum reſpexit.

V. 59. — Ὄχλος πολὺς ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ] Libri fere omnes,

— — Ὅσος ὄχλος ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ.

Quam lectionem agnoſcit Scholiaſtes ad Idyll. I. 42. cuius verba ſunt: Κατὰ ταῦτά (leg τ'αυτά) ἐστιν ἐλλιπὲς καὶ τό· ΟΣΟΣ ΟΧΛΟΣ ἄμμιν ἐπιῤῥεῖ. τὸ γὰρ ἐντελὲς, βαβαὶ τοῦ ὄχλου, ὅσος ἡμῖν ἐμπίπτει. Quae paulo infra leguntur, ita diſtinguenda ſunt:

— — Ἀπρὶξ ἔχευ, Εὐνόα, ἁμῶν.

Nota locutio, ἀπρὶξ ἔχεσθαι. de qua nos ad Suid. V. Προσκείμενοι. Corrigendus obiter Scholiaſtes: Ἀπρίξ. ἀντὶ τοῦ ἐμπεφυκότως, ὥστε μὴ διαπρῆσαι τὴν συμφυΐαν. Lege ΔΙΑΠΡΙΣΑΙ. Schol. ad Sophocl. Aj. 310. Ἀπρίξ. ὅλῃ δυνάμει, ἰσχυῤῥῶς, ἀσφαλῶς, προσπεφυκότως. ὃ οὐχ οἷόν τε ΠΡΙΣΑΙ διὰ τὴν σύμφυσιν. Atque hinc corrigendus Plutarchus in Dione: quem corruptum viderunt, emendare non poterant viri eruditi. Οὗτος μὲν οὖν εὐθὺς κατελθὼν διεπεφύκει τῆς τυραννίδος. Locus elegantiſſimus unius literulae ope perſanandus eſt. Scribendum, ΔΙΕΜΠΕΦΥΚΕΙ τῆς τυραννίδος. *Tyrannidi ita firmiter inhaeſit, et ſe totum dedit, ut divelli nequiret.* Sermo eſt de *Philiſto* hiſtorico, de quo Nepos in Dione. *Eodemque tempore Dionyſius Philiſtum hiſtoricum Syracuſas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi.* Notandum autem verbum Διεμπεφυκέναι. quod elegans et rariſſimum eſt.

p. 336.

V. 80. — Ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι;] Schol. Ἔριθοί δὲ, οἱ ὑπηρέται, ἤγουν ἱερέργοι. Scribe, ΕΡΙΟΥΡΓΟΙ. Schol. ad Homer. Il. Σ. 550. Ἔριθοι κυρίως μὲν ΕΡΙΟΥΡΓΟΙ, καταχρηστικῶς δὲ καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι. Etymologus: Ἔριθος σημαίνει τὸν ἐργάτην, καὶ τὴν γυναῖκα τὴν ἐργαζομένην τὰ ἔρια. hinc φιλέριθος ἠλακάτη Theocrito in COLO, et Συνέριθος ἄτρακτος in Epigrammate Leonidae, apud Reisk. p. 164. Quod hic, ut ſuum cuique reddam, et quae male divulſa et disjecta ſunt, in locum atque ordinem reſtituam, emendatum adſcribam.

ΛΕΩΝΙΔΑ.

Ἑσπέριον κ' ἠῷον ἀπώσατο πολλάκις ὕπνον
Ἡ γρηῦς πενίην Πλατθὶς ἀμυνομένη.

Καί τι πρὸς ἠλακάτην καὶ τὸν ΣΥΝΕΡΙΘΟΝ ἄτρακτον
Ἧεισεν, πολίου γήρας ἄγχι θυρῶν.
Καί τι παριστίδιος δινευμένη ἄχρις ἀπ' ἠοῦς
Κεῖνον Ἀθηναίης σὺν Χάρισιν δολιχόν.
Ἦ ῥικνὴν ῥικνοῦ περὶ γούνατος ἄρκιον ἱστῷ
Χειρὶ στρογγύλλουσ' ἱμερόεσσα κρόκην.
Ὀγδωκονταέτις δ' Ἀχερούσιον ἠύγασεν ὕδωρ
Ἡ καλὰ καὶ καλῶς Πλατθὶς ὑφηναμένη.

Ita ſcribendum et redintegrandum eſt iſtud Epigramma, quod elegans et venuſtum eſt. Primum libri omnes, πεπίνην ἀμυνομένη. quod verum. Philippus in Epigram. Anthol. p. 156.

Λιμὸν ὀϊζυρὴν ΑΠΑΜΥΝΟΜΕΝΗ πολυγήρως
Νικῶ, σὺν κούραις ἠκρολόγει στάχυας.

Eleganter, ut ſolet, Apulejus Metamorph. IX. *Ego miſera* ET PERNOX ET PERDIA *laniſicio nervos meos contorqueo, ut intra cellulam noſtram ſaltem lucerna luceat.* Deinde recte MSS. Καί τι πρὸς ἠλακάτην — Καί τι παριστίδιος. Nimirum vel ad *colum*, vel ad *telam*, vel ad
p.337. *ſila* denique *glomeranda*, canebat anus jocundiſſima. Quod Cl. editori fraudi fuit. Theocritus XXIV. 74.

Πολλαὶ Ἀχαϊάδων μαλακὸν περὶ γούνατι νᾶμα
Χειρὶ καταστρέψοντι, ἀκρέσπερον ΑΕΙΔΟΥΣΑΙ.

Vocula autem τι eleganter repetitur. Vide Theocritum in Epigrammate quinto, et nos ad Suid. V. Κρέκασα. Reliqua per ſe manifeſta ſunt. Ceterum notanda vox Παριστίδιος, quam fruſtra alibi quaeſiveris.

V. 89. Μᾶ πόθεν ὤνθρωπος] Illud Μᾶ auctoritatis ſuſpectae eſt. Neſcit Scholiaſtes, neſcit Heſychius, neſcit Etymologus. Euſtathius quodammodo agnoſcit, ſed ſolus, quod ſciam, agnoſcit. Adde quod Euſtathius in Theocriteis explicandis non ſemel hallucinatus eſt. de quo alius erit dicendi locus. Quare vehementer ſuſpicor ſcripſiſſe Theocritum:

Πᾷ; πόθεν ὤνθρωπος; —

Gorgo

Gorgo prae ira exclamat, *Ubi natus es? Unde ortus es? Quae patria, qui natales?* Notum illud Homeri,

Τίς; ΠΟΘΕΝ εἶς ἀνδρῶν; ΠΟΘΙ τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Hesych. Πόθι, πᾶ. Idem πᾶ et πᾷ. quam voculam saepius usurpat noster. Literae autem M et Π non raro permutantur. hinc corruptus Théocritus VIII. 74.

Οὐ μὰν οὐδὲ λόγον ἐκρίθην ἄπο τὸν πικρὸν αὐτᾷ.

Lege, τὸν μικρόν. *ne verbulum quidem respondi.* Quod vernile est Idem vero vidit D. Heinsius: et nihil verius hac emendatione. Ceterum, dum in hoc curriculo sumus, corrigendus omnino Hesychii locus, qui omnes interpretes elusit. Πῆι, ποκα. Vox altera ex more et consuetudine Dorum est. quod miror non animadvertisse editores. Tolle vero odiosam interpunctionem, atque ita rescribe; Πῇ ποκα. Nimirum excidit, ut solet, interpretamentum. Respexit autem grammaticus ad Theocritum VIII. 34.

ΠΗι ΠΟΧ' ὁ συρικτὰς πρόσφιλὲς ᾆσε μέλος.

V. 90. — Πασσάμενος ἐπίτασσε] Scribendum

ΠΑΣΑΜΕΝΟΣ ἐπίτασσε. —

De verbo Πάσασθαι elegantissimus Muretus in Variis, et doctissimus Valckenarius ad Ammonium. Euripides apud Stobaeum Grotii p. 235.

Δούλους γὰρ οὐ
Καλὸν ΠΕΠΑΣΘΑΙ κρείσσονας τῶν δεσποτῶν.

Ceterum notanda hic primum vis caesurae. Deinde placet verbi repetitio.

Πασάμενος ΕΠΙΤΑΣΣΕ. Συρακοσίαις ΕΠΙΤΑΣΣΕΙΣ.

Quod Theocrito solenne est. Haud dissimiliter Sophocles p. 338.
Aj. 1127.

Ἀλλ' ὥνπερ ΑΡΧΕΙΣ ΑΡΧΕ, καὶ τὰ σέμν' ἔπη
Κόλαζ' ἐκεῖνα. —

Ita legendus est iste locus. Vulgo Κόλαζ' ἐκείνας. quod fru-

ſtra defendit Scholiaſtes. Senſus eſt: *Servis tuis, non nobis, impera, et ſuperbis iſtis dictis parcius utaris.* Κολάζειν ἔπη eſt *verba caſtigare, retundere, parcius adhibere.* Philoſtratus in Alpaſio. Ὁ δ' αὖ τὸν ἑαυτοῦ ΛΟΓΟΝ, τέως ὑποκυμαινοντα, πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τὴν ἐκείνου ΕΚΟΛΑΣΕΝ. *Hic vero ſuum dicendi genus, quod nimis redundabat, ad accuratam illius formam exegit et caſtigavit.* Ita ſcribendus iſte locus ex emendatione noſtra ad Suidam. Confer etiam Philoſtratum in Epiſtola ad Juliam Auguſtam et Schol. ad Apollon. Rhod. I. 739. Verbum Graecum attigit Virgilius:

PARCIUS *iſta viris tamen objicienda memento.*

V. 95. — Οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς.] Lego et diſtinguo,

Μὴ φυῇ Μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη.
Πλὴν ἑνὸς οὐκ ἀλέγω, μή μοι ΚΟΝΙΑΝ ἀπομάξῃς.

De veſte ſua, ne quid detrimenti capiat ſcilicet, ſollicita eſt, ut ſupra, Praxinoa. Quare ad hominem ſe convertit et dicit: *Unum tantum metuo, ne* pulverem *in me abſtergas.* Quod verum videtur. Idem κόνιν, κονιαν et κονιορτόν. Huc egregie facit Lucas X. 11. Καὶ ΤΟΝ ΚΟΝΙΟΡΤΟΝ τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν ΑΠΟΜΑΣΣΟΜΕΘΑ ΥΜΙΝ. Quod plane geminum germanum eſt.

V 98. Ἄτις καὶ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἀρίστευσε] Hae merae tenebrae viris eruditiſſimis. Primum quis cujusve fuerit iſte *Sperchis*, ignorant Deinde quod reddunt, *Quae Sperchin in cantu lugubri ſuperavit*, a Graecis certe alieniſſimum eſt. Graeci enim ἀριστεύειν τινὸς, non τινὰ, dicunt. Theocritus, XVII. 45.

Κάλλει ΑΡΙΣΤΕΥΟΙΣΑ ΘΕΑΩΝ πότν' Ἀφροδίτα.

Confer Cl. Valckenar. ad Herodot. VII. 106. Recte autem poeta, Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον. SPERCHIS eſt nomen *ialemi*, ſive *carminis lugubris*, quod in honorem *Sperchidis*, qui ſe Perſae pro patria interficiendum obtulerat, cantabatur. Hiſtoria legitur apud Herodot. VII. 134. ubi Σπερ-

χίης vocatur. Sed Plutarchus, Lucianus, Stobaeus, Suidas, Σπέρχιν vocant. Quibuscum facit Syracusanus noster. Verba Suidae sunt: Σπέρχις καὶ Βοῦλις, ἄνορες Ἀθηναῖοι, αὐθαίρετοι ἐς Πέρσας ἦλθον, δίκην δώσοντες Ξέρξῃ τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὑπὲρ τῶν κηρύκων, τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεμφθέντων καὶ καταχωσθέντων ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων. Ubi quos Herodotus *Spartanos*, Suidas *Athenienses* vocat. Sed nostri lexicographi oscitantia doctis jampridem perspecta est. Dicebatur autem *carmen*, quod laudes *Sperchidis* et *Bulidis* continebat, SPERCHIS, ut *Scolium*, quod in honorem *Harmodii* et *Aristogitonis* cantitari solebat, HARMODIUS. Aristoph. Ach. rn. 977.

Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε ΤΟΝ ΑΡΜΟΔΙΟΝ ᾄσεται p 339.
Συγκατακλινείς. —

Quo respexit Antiphanes Comicus apud Athen. Lib. XI. p. 503.

Ἔπειτα μηδὲν τῶν ἀπηρχαιωμένων
Τούτων περάνῃς τόν τε ΤΕΛΑΜΩΝΑ, μηδὲ τὸν
ΠΑΙΩΝΑ, μηδ' ΑΡΜΟΔΙΟΝ. —

Quae tria nomina *Scoliorum* sive *cantilenarum* sunt. Quare locum Theocriti ita demum interpretandum esse censeo: *Quae in canendo Sperchide, quod carmen lugubre est, primas tulit* Quod omnino verum, et cum Graecis concordantissimum est.

V. 101. — Χρυσῷ παίζουσ' Ἀφροδίτα.] Dores παίσδεσα, non παίζεσα. Idem autem Χρυσῷ παίζουσα et Χρυσῷ χαίρουσα. Quae Graecis solennis locutio. Vide nos ad Suid V. Νηφαλίες. Rem egregie illustravit Daniel Heinsius, non pessimus Theocriti interpres. Quare nihil ultra tentandum.

V. 113. Παρ' δ' ἀπαλοὶ κᾶποι. —] Ἀδώνιδος κῆποι in Proverbium abiere. de quo consulendi paroemiographi, et Cl. Upton. ad Arrian. Epictet. p. 262. Ejus meminit Julianus in Caesaribus, loco eleganti, quem, quia ab iis qui de Adonismo scripserunt, praetermissus est, hic integrum subjiciam. Est autem p. 329. Ed. Spanhem. Καὶ ὁ

Σειληνός· Ἀλλ' ἦ ΤΟΥΣ ΑΔΩΝΙΔΟΣ ΚΗΠΟΥΣ ὡς ἔργα ἡμῖν, ὦ Κωνσταντῖνε, ἑαυτοῦ προσφέρεις; (MS. προφέρεις;) Τι δὲ, εἶπεν, εἰσὶν οὓς λέγεις Ἀδώνιδος κήπους; αἱ γυναῖκες (leg. ΟΥΣ αἱ γυναῖκες) ἔφη, τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ φυτεύουσιν ὀστρακίοις ἐπαμησάμεναι γῆν λαχανίαν. Χλωρήσαντα δὲ ταῦτα πρὸς ὀλίγον, αὐτίκα ἀπομαραίνεται. Locus insignis. Primum notanda locutio, γῆν λαχανίαν. quae rarior. Deinde vide illud τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρί. *Veneris marito.* Quomodo locutus est Theocritus infra, 131.

Νῦν μὲν Κύπρις ἔχοισα τὸν αὐτῆς χαιρέτω ΑΝΔΡΑ.

Huc salse adludit Daphnis apud Nostrum, I. 109. versibus lepidissimis, quos hic adponam, ut emendatiores legantur.

Οὔ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἔρπε ποτ' Ἰδαν
Ἔρπε ποτ' Ἀγχίσαν. —
Ὡραῖος χ' ὠδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία τἄλλα διώκει.

Haec nullo modo satisfaciunt. Tentabat Reiskius, sed tentabat frustra. Reponendum omnino,

ΩΡΕΙΟΣ Χ Ὠδωνις. —

Sensus est: *Tu me rides, et de* BUBULCO *triumphos agis. Sed Anchises* BUBULCUS; *sed Adonis* PASTOR; *et uterque* MONTES *colebant.* Idem ὤρειος et ὄρειος. Qua voce utitur Polybius, Lib. X. p. 835. Καὶ ΤΩΝ ΟΡΕΙΩΝ τοὺς ΑΚΟΝΤΙΖΕΙΝ καὶ λιθάζειν δυναμένους, οἵ τινες κατὰ
p. 340. τάξιν μὲν οὐκ ἔμενον. Ita scribendus iste locus, qui cum Nostro conferendus est. Manum suam agnoscit Theocritus III. 46.

Τὰν δὲ καλὰν Κυθέρειαν ἐν ΩΡΕΣΙ ΜΑΛΑ ΝΟΜΕΥΩΝ
Οὐχ οὕτως ΩΔΩΝΙΣ ἐπὶ πλέον ἄγαγε λύσσας,
Ὥστ' οὐδὲ φθίμενόν νιν ἄτερ μασδοῖ τίθητι;

Confer etiam Idyll. XX. 35. Eodem mendo laborat Epigramma, nescio cujus, in Anthol. Cephalae. p. 2. Edit. Reiskii. quod hic emendatum adscribam.

ΑΔΗΛΟΝ.

Γήραϊ δὴ καὶ τόνδε κεκυφότα φαγινὸν ὄσδον
Ὤρεσιν ἀγρῶται βωκόλοι ἐξέταμον.
Πανὶ δέ μιν ξέσσαντες ὁδῷ ἔπι καλὸν ἄθυρμα
Κάτθεσαν, ΩΡΕΙΩΝ ῥύτορι βωκολίων.

V. 115. — Ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνᾳ πονέονται] Diu est quod emendavimus,

— Ἐπὶ πλαθάνᾳ ΠΟΝΕΟΝΤΙ.

Quod verum. Verbum autem Πονεῖν in hoc negotio significantissimum est. Plutarchus in Lucullo. Νεόπλουτα δ' ἦν τοῦ Λεκούλλου τὰ δεῖπνα τὰ καθ' ἡμέραν, οὐ μόνον στρωμναῖς ἀλουργίσι καὶ διαλίθοις ἐκπώμασι καὶ χροῖς καὶ ἀκροάμασιν ἐπεισοδίοις, ἀλλ' ὄψων τε παντοδαπῶν καὶ ΠΕΜΜΑΤΩΝ περιττῶς ΔΙΑΠΕΠΟΝΕΥΜΕΝΩΝ παρασκευαῖς ζηλωτὸν ἀνελευθέρως ποιοῦντος ἑαυτόν. Quod vero scribit Cl. Reiskius, ποιεῦνται, putidissimum est. Deinde legitur,

Πωτῶνται, πτερύγων πειρώμενοι, ὄζον ἀπ' ὄζου.

Quae librarii emendatio est. Tu pristinam formam fac restituas,

— Πτερύγων πειρώμενοι, ΟΣΔΟΝ ΑΠ' ΟΣΔΩ.

Sappho apud Schol. ad Idyll. XI. 39.

— Ὡς γλυκύμαλον ἐρεύθεται ἄκρῳ ἐπ' ΟΣΔΩ.

Ita scribendus iste locus. Eandem formam servat Noster, THYRSIDE 28.

Καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδεῖ καρῷ,
Ἀμφῶες, νεοτευχὲς, ἔτι γλυφάνοιο ΠΟΤΟΣΔΟΝ.

Ut ὄζος et ὄσδος, sic ὄζειν et ὄσδειν. Quod ubique tenendum. Ceterum notanda obiter vox Ἀμφῶες. quod ad *poculi μέγεθος indicandum* addit poeta. Schol. Ἀμφῶες, τὸ ἀμφοτέρωθεν ἔχον ὠτία τινά; Διὰ δὲ τούτου ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ παρίστησι. Recte. Idem dicendum de *Nestoris poculo* apud Homerum, quod *quatuor ansis* et *gemi-*

na βάσει gaudebat. Qui locum aliter accipiunt, falluntur.

V. 125. Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω, μαλακώτεροι ὕπνω· Ἀ Μίλατος ἐρεῖ. —] Distinguo,

p.341. Πορφύρεοι δὲ τάπητες, ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω.

Tapetes ex alia parte ψιλοί, ex alia *villosi*. hinc ἄνω μαλακὰς *superne molles* vocat poeta. Ita locutus est Hesychius: Διακονίς. ἐπὶ ὑφῆς ἱματίου ΑΝΩΜΑΛΛΟΥ, ὅ φαμεν κονίζειν. Καὶ ἄνθρωπος ὁ μὴ πυκνός. Ita scribendus iste locus ex emendatione Scaligeri, quem minus perspectum habuerunt nuperi editores. Inte ligendus autem Hesychius de *veste hirsuta*, et *villis* tanquam *tectorio* oblita. Quin et *homo futilis* et nullius pretii Διακονὶς dicebatur. Τοῖχον κεκονιαμένον vocat D. Paulus. quod perinde est. Ceterum quos ἄνω μαλακοὺς appellat Theocritus, μυιαρούς τάπητας *muscosos tapetas* vocat Antiphilus in Anthologia Cephalae. de quo nos ad Suid. V. Μυιαρόν. et Epist. Crit. p. 156. Huc adlusit Antipater in Epigrammate; quod, quia tenerrimum est, et ex Syracusano nostro magnam partem expressum, hic integrum subjiciam.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἡ καὶ ἔτ' ἐκ βρέφεος κοιμωμένη Ἀντιοδημὶς
ΠΟΡΦΥΡΕΩΝ Παφίης νοσσὶς ἐπὶ ΚΡΟΚΙΔΩΝ·
Ἡ τακεραῖς λεύσσουσα κόραις ΜΑΛΑΚΩΤΕΡΟΝ ΥΠΝΟΥ,
Λυσίδος ἁλκυὼν τερπνὸν ἄθυρμα μέθης·
ΥΔΑΤΙΝΟΥΣ ΦΟΡΕΟΥΣΑ ΒΡΑΧΙΟΝΑΣ· ἦ μόνη ὀστοῦν
Οὐ λάχεν· ἦν γὰρ ὅλη τοὐν ταλάροισι γάλα·
Ἰταλίην ἤμειψεν, ἵνα πτολέμοιο καὶ αἰχμῆς
Ἀμπαύσῃ Ῥώμην μαλθακίνῃ χάριτι.

Carmen elegans et ubique Theocritum redolens. Quod vero legitur, Ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας, ex Siculo nostro manifeste descriptum est, qui ita scribit in COLO.

Σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέτεις ἀνδρεῖοις πέπλοις
Πολλὰ δ' οἷα γυναῖκες ΦΟΡΕΟΙΣ' ΥΔΑΤΙΝΑ ΒΡΑΚΗ.

Ubi inepte interpres, ὑδάτινα βράκη. *aquatiles braccas.* immo vero, *molliculas*, *delicatulas.* quales *Milesiarum* scilicet. Quod ex Antipatro constat. Callimachus,

— ΥΔΑΤΙΝΟΝ καίρωμ' ὑμένεσσιν ὅμοιον.

Theocriti autem veneres libenter imitantur Epigrammatographi. En exemplum non minus illustre:

ΔΩΡΙΕΩΣ.

Τοῖος ἔην Μίλων ὅτ' ἀπὸ χθονὸς ἥρατο βρῖθος,
Τετρακετῆ δάμαλιν ἐν Διὸς εἰλαπίναις,
Ὤμοις δὲ κτῆνος τὸ πελώριον ὡς νέον ἄρνα p.342.
Ἤνεγκεν δι' ὅλης κοῦφα πανηγύρεως.
Καὶ θάμβος μέν· ἀτὰρ τοῦδε πλέον ἤνυσε θαῦμα
Πρόσθεν Πισαίου ξεῖνε θυηπολίου.
Ὃν γὰρ ἐπόμπευσεν βοῦν ἄζυγον, εἰς κρέα τόνδε
Κόψας, πάντα ΚΑΤ' ΟΥΝ ΜΟΥΝΟΣ ΕΔΑΙΣΑΤΟ ΝΙΝ.

Versus postremus, quod nemo vidit, *Theocriteus* est. Nosti illud Idyll. IV. 34.

Αἴγων ὀγδώκοντα ΜΟΝΟΣ ΚΑΤΕΔΑΙΣΑΤΟ μάσδας.

V. 147. — Ἀνάριστος Διοκλείδας.] Hunc locum minus intellexerunt interpretes. Idem ἀνάριστος et ἄγευστος, sive ἀνακράτιστος. Quare dicit Gorgo: *My husband has had no meat for the day.* Hesych. Ἄριστον, τὸν πρωϊνὸν ΑΚΡΑΤΙΣΜΟΝ. Schol. ad Homer. Il. Ω. 124. Ἄριστον δὲ λέγει νῦν τὸ πρωϊνὸν ἔμβρωμα, ὃ ἡμεῖς λέγομεν ΑΚΡΑΤΙΣΜΑ. Ita scribendus iste locus. Confer Plutarch. Sympos. Lib. VIII. p. 726. Athenaeum p. 11. et Schol. ad Homer. Il. B. 381. Atque hinc corrigendus Theocritus in THYRSIDE, loco omnium vexatissimo, et qui viros doctissimos frustra exercuit. est autem v. 50.

— Τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνάσειν
Φατὶ πρὶν ἢ ἀκρατίστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Ubi Schol. Ἐνταῦθα δὲ Ἀκράτιστον ἀντὶ τοῦ Ἄγευστον. quod falſum eſt. Proculdubio ſcribendum,

— — Πρὶν ἢ ΑΝΑΡΙΣΤΟΝ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.

Error ortus videtur ex interpretamento. Ἀνάριστον, ἄγευστον, ἀνακράτιστον. quae vox poſtrema, nonnihil decurtata, in textum irrepſit. hic fons et fundus corruptelae. Quare corrigendus Scholiaſtes: Ἐνταῦθα δὲ ΑΝΑΡΙΣΤΟΝ ἀντὶ τοῦ Ἄγευστον. quod omnino verum. Rem egregie expreſſit Apulejus Metam. IX. p. 219. *Quanto me felicior Daphne vicina, quae* MERO ET PRANDIO MATUTINO *ſaucia, cum ſuis adulteris voluptatur.*

V. 148. Χ'ωνὴρ ὄξος ἄγαν. —] Scribe ὀξὺς ἄγαν. Theocritus in CYNIC. AMOR. 10.

Τοιοῦτος μὲν ἀεὶ τὺ φίλ' Αἰσχίνα, ἄσυχος, ΟΞΥΣ.

Huc imprimis facit Etymolog. V. Ὀξύς. καὶ ΟΞΥΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ τὸν ταχέως θυμούμενον. Automedon in Epigram. Anthol. Lib. II. p. 269.

Εἰπεῖν τὸν καλέσαντα φυλάσσομαι· ἔστι γὰρ ΟΞΥΣ.

Quae ſequuntur ita legenda ſunt cum Caſaubono,

— Πεινᾶντί γε μηδὲ ΠΟΤΕΝΘΗΣ.

Ad eſurientem ne accedito. Noſter Epigram. in Hipponactem.

p. 343. Εἰ μὲν πονηρὸς, μὴ ΠΟΤΕΡΧΕΥ τῷ τύμβῳ.

Eleganter Polybius in Excerptis Valeſii, p. 1324. Τοιαύτην ἐποιεῖτο τὴν φαντασίαν, ὥστε τὸν θεασάμενον πρὸς πᾶν ζῶον ἑτοιμότερον ἂν ΠΡΟΣΕΛΘΕΙΝ ἢ πρὸς ἐκεῖνον. Ceterum, quoniam Automedontis mentio hic facta eſt, hominis in re epigrammataria non infimi nominis, nequeo mihi temperare, quin hic coronidis loco adſcribam Epigramma, quod primus et ſolus publici juris fecit Cl. D'Orvill. in

Siculis, p. 271. idque eo libentius, quod exquisitum est, et vera ejus lectio virum doctissimum fugerit.

ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Ἡμίονοι σύγγηραι ἐμὴν κομέουσιν ἀπήνην,
Ταῖσιν Ὁμηρείοις πάντα λιταῖς ἴκελαι.
Χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλωπές τ' ὀφθαλμῶ,
Ἡφαίστου πομπή, σκύτινα δαιμόνια.
Οὔποτε γευσάμενοι μὰ τὸν ἥλιον οὐδ' ἐν ὀνείρῳ
Οὐ θέρεος κρίθην, οὐκ ἔαρος βοτάνην.
Τοὔνεκ' ἐμεῦ μὲν ἔκητι βίον ζώοιτε κορώνης
Ἡμίονοι, κενεὴν ἠέρα βοσκόμεναι.

Muli coaevi meam vehunt rhedam,
Homereis omnino PRECIBUS *similes.*
Claudi, strigosi, et oculis strabis;
Vulcani pompa, larvae coriaceae.
Qui nunquam gustarunt, ne per somnium quidem,
Vel aestate hordeum, vel vere herbam.
Quare, me quidem volente, vitam vivite cornicis
Muli, et inanem aera, quod facitis, carpite.

Ita scribendum et interpretandum istud Epigramma. In versu postremo vox Ἡμίονοι, quae vulgo deest, tum ad metrum, tum ad sensum necessaria videtur. Vide Leonidam in Epigrammate, de quo nos supra. Recte autem Ἡφαίστου πομπή. *digni qui in Vulcani comitatum admittantur.* quia *claudi* scilicet. Deinde festive, σκύτινα δαιμόνια. *Skin and bones.* δαιμόνια autem vocat, quia aere vescebantur. Notum illud Homeri,

Οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον,
Τοὔνεκ' ἀναίμονές εἰσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται.

Atque hinc emendandus videtur Hesychius: Δίαιτα τοῦ οὐρανοῦ. τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν. Quod falsum et librario imputandum. Legendum omnino Δίαιτα τοῦ οὐρανοῦ. ΟΥΤΕ φαγεῖν ΟΥΤΕ πιεῖν. Sic vivunt coelestes. et sic vivebant muli Automedontis. Sed totum hoc Epigramma longe doctissimum et elegantissimum est.

p. 344. Atque haec dicenda habui ad Theocriti SYRACUSIAS. Poſſem plura, ſed otium deeſt, deſunt libri manuſcripti, ſine quibus nihil fere tentandum in Theocrito. Sed hiſce ferculis Tu nos, ut ſpero, propediem beabis ex penu BODLEIANO, quibus omnes harum cupediarum ſtudioſos aeternum demerebis. Interea deſiderio tuo deeſſe nolui, et hoc publicum amicitiae noſtrae et ſtudii in te mei teſtimonium exſtare volui. Vale, vir doctiſſime, et illuſtrem Academiam OXONIENSEM ornare perge. Dabam S. MARTINI. XX. Decemb. MDCCLXVII.

JOANNIS TOUPII

ADDENDA IN THEOCRITUM.

EXIMIO VIRO

ET

IN ARTE SUA

LONGE CELEBERRIMO

GULIELMO HEBERDEN

M. D.

MUSARUM

AMICO AMICISSIMO

HAEC ADDENDA

IN

THEOCRITUM

ADFECTUS HAUD EXIGUI

EXIGUUM MONUMENTUM

SUMMO STUDIO

ET

SINGULARI OBSERVANTIA

D. D. D.

J. TOUP.

JOANNIS TOUPII
ADDENDA IN THEOCRITUM.

IDYLL. I.

Ver. 3. — Μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.] Huc alludit Longus, Paſtoral. II. p. 80. Ἐσεμνύνετό τις ὡς λύκον ἀποκτείνας· ἄλλος ὡς μόνου ΤΟΥ ΠΑΝΟΣ ΔΕΥΤΕΡΑ ΣΥΡΙΣΑΣ. p. 389. ed. Wart. T. II.

V. 5. — Ἐς τὲ καταῤῥεῖ
Ἁ χίμαρος. —]

Haec nauci non ſunt. Nam τὲ pro σὲ nemo veterum dixit. Obſtare quidem videtur Corinthus, ſive Gregorius, neſcio quis, qui de *Dialectis* ſcripſerat. Sed locus manifeſto ſpurius eſt, et ex corrupta lectione natus. Nec tanti ſane eſt iſte tenebrio, cujus ulla ratio habeatur. Scribendum proculdubio

— Ἐς ΤΥ καταῤῥεῖ
Ἁ χίμαρος. —

Quod Dorum eſt. Sic ſemper noſter. I. 78.

τίς ΤΥ κατατρύχει; — —

Nec non II. 78.

κἠφ' ὅτι Σιμαίθα ΤΥ καλεῖ. — —

Adde III. 19.

Νύμφα, προσπτύξαί με τὸν αἰπόλον, ὡς ΤΥ φιλάσω.

Sed haec ſunt infinita. Ceterum hunc locum in oculis habuit Bio, Epitaph. Adonid. 55.

— τὸ δὲ πᾶν καλὸν ΕΣ ΣΕ ΚΑΤΑΡΡΕΙ.

V. 49. Ἁ δ' ἐπὶ πήρᾳ
πάντα δόλον τευχοισα, τὸ παιδίον οὐ πρὶν ἀνάσειν
φατὶ πρίν —] Ad hunc locum proculdubio respexit Alciphro, III 21. Αὐτὸς δὲ ΟΥ ΠΡΟΓΕΡΟΝ ΑΝΗΣΕΙ, ΠΑΝΤΑ ΜΗΧΑΝΩΜΕΝΟΣ, ΠΡΙΝ τὰς παρὰ τοῦ Λύκου δίκας εἰσπράξασθαι. Ita scribendus iste locus ex emendatione doctissimi Bergleri. Quod ex Theocrito nostro manifestum est. De *Vulpecula* autem *vineae damnum inferente*, de quo supra noster, confer Cantic. Salomonis II. 15. Ad quem locum vel respexit, vel non respexit Theocritus.

V. 5. — Αἶγά τ' ἔδωκα
Ὦνον, καὶ τυρόειντα μέγαν λεύκοιο γάλακτος.]

Recte Scholiastes, Τυρόεντα, ἀντὶ τοῦ τυρόν. Ἄρτον τυρῶντα, vocat Sophro apud Athenaeum, L. III. p. 110. cujus verba, quae corrupta admodum sunt, hic obiter emendabo. Nam viri doctissimi, qui has Musas tractarunt, nihil viderunt. Καὶ τυρῶντος δε αρτου μνημονεύει ο Σώφρων ἐν τῇ επιγραφομένῃ Πενθερᾷ οὕτως· Συμβουλεύω τ' εμφαγεῖν ἄρτου γ' ἄρτι τυρῶντα τοῖς παιδιοισι ΣΥΝ ΑΛΙ. Ita scribendus est iste locus. *Recens caseus* cum sale *comedendus est*. Quod *pueris* recte praecepit Sophro. Ceterum ad hunc Theocriti locum manifesto respexit Longus, Pastoral. III. p. 112. Καὶ ἔριφον αὐτῇ δώσειν επηγγείλατο, καὶ ΤΥΡΟΥΣ ἀπαλοὺς πρωτορρύτου γάλακτος, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Ubi notandum illud γάλα πρωτόρρυτον. Quod haud vulgare est.

V. 105. Οὗ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ Βωκόλος! —] Haec perperam sollicitavit Cl. Reiskius. Nihil falsius, nihil venustius hac Aposiopesi. Ita locutus est Mercurius apud Lucianum, Deor. Dial., XV. Ἐγὼ δε ἠδη ποτὲ τὴν Αφροδίτην· αλλ' οὐ χρὴ αυχειν. Item Aristophanes, Vesp. 1172.

Πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λαμί' ἁλοῦσ' ἐπέρδετο,
Ἔπειτα δ', ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα.

Ita scribendus iste locus, vel metro postulante. Recte ὁ Κορδοπιων, ut supra η Λαμία. Sunt autem haec nequiora et κωμικώτερα. Interpretes non intellexerunt. Haud aliter Virgilius, Ecl. III. 12.

Novimus et qui te. —
Ad quem locum consulendi interpretes.

V. 118. — Χαῖρ' Ἀρέθοισα,
Καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.

Thymbris est *montis* nomen. Quod et recte observavit Casaubonus. Interpretes de *fluvio* acceperunt, in quo falluntur. Ita locutus est Demostratus in Epigr. Anthol. Cephal. p. 172.

Νύμφαι Ναϊάδες καλλίῤῥοον αἳ τόδε νᾶμα
ΧΕΙΤΕ ΚΑΤ' ΟΥΡΕΙΟΥ ΠΡΩΝΟΣ ἀπειρέσιον.
Ὕμμιν ταῦτα πόρεν Δαμοστρατος Ἀντιλα υἱὸς
Ξέσματα, καὶ δοιῶν ῥίνα κάπρων λάσια.

V. 148. — Τέττιγος ἐπεὶ τύγε φέρτερον ᾄδεις.] Scribendum ex more et consuetudine Dorum, ΤΥΓΑ. Noster, v. 69.

— Μήτ' ὦν ΤΥΓΑ τοῦτον ὀνάσῃς.

Idem v. 7.

— Μήτ' ὦν ΤΥΓΑ τῷδε χαρίζῃ.

Atque ad hanc normam corrigendus Etymologus, V. ΣΥΓΕ. οἱ Δωριεῖς σύγα λέγουσι. Scribe ΤΥΓΑ. Nam Dores τὺ pro τύ dicunt. Quae vox restituenda Aristophani in Lysistr. 94. p. 390.

— — Μυσιδδέτω
Ὅ,τι λῇς ποθ' ἁμέ. —

Ubi alius *ωύσιδδέ τοι*, alius *ωύσιδδέ τῳ*. Neuter recte. Quid quod *τῳ* pro *τινι* Atticorum, non Laconum est. Scribendum absque controversia

Μύσιδδε τύ
Ὅ,τι λῇς ποθ' ἁμέ. —

IDYLL. II.

Ver. 3. Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα] Ita proculdubio scribendus iste locus, quem pessime accepit Cl. Reiskius. Τὸν ἐμοὶ βαρὺν ὄντα φίλον. *Hominem*

cariſſimum qui me excruciat. Nimirum τὸ γλυκύπικρον amoris neſcivit vir doctiſſimus. Ceterum quod hic ſcribit Scholiaſtes, Ἵνα καταθυσομαι ὁριστικὸν ἀντὶ ὑποτακτικοῦ, ὡς ἐν τῷ, ἵνα εἴδομεν ἄμφω, referendum eſt ad Homer. Iliad. α. 363.

Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ΙΝΑ ΕΙΔΟΜΕΝ ΑΜΦΩ.

V. 33. Κινήσαις Ῥαδάμανθα. —] Lectio ineptiſſima. Scribendum proculdubio

Κινήσαις ἀδάμαντα. —

Notum proverbium, Πάντα κινεῖν λίθον. Noſter VI. 18.

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς ΚΙΝΕΙ ΛΙΘΟΝ. —

Lapidis autem *Adamantis* apud inferos meminit Propertius, mythologiae Graecae mirus amator, IV. 2.

Quum ſemel infernas intrarunt funera leges,
Non exorato ſtant ADAMANTE viae.

Ita ſcribendus iſte locus. *Infernas leges. The rules of the Dead.* Confer Henricum Stephanum in Theocritum.

V. 46. Ἐν Δίᾳ λασθῆμεν ἐϋπλοκάμου Ἀριάδνας.] Hunc locum fruſtra ſuſpectum habuit Cl. Reiskius. Idem λασθῆμεν et λασθῆναι ſive λασθήμεναι. Sic ſolent Dores. Callicratides, Laco, Pythagoreus apud Stobaeum p. 593. Καὶ γὰρ εὔπλαστοι καὶ εὐάγωγοι τυγχάνοντι πρωτόνυμφοι, καὶ ποτὶ τὸ μαθὲν εὐφυῶς ἔχοντι, καὶ ποτὶ τὸ ΦΟΒΗΘΗΜΕΝ, καὶ ἀγαπάξαι τὸν αὐτῶν ἄνδρα. Ubi notanda vox Πρωτόνυμφος, quae rarior et lexicographis ignota. Archytas in Epiſtola ad Platonem, apud Laertium: τὰ μὲν ὧν περὶ Νόμων, καὶ Βασιληΐας, καὶ Ὁσιότατος, καὶ τᾶς τοῦ παντὸς Γενέσιος, αὐτοί τε ἔχομες, καί τιν ἀπεστάλκαμες· τὰ δὲ λοιπὰ οὔτοι νῦν γε δύναται ΕΥΡΕΘΗΜΕΝ. Ita ſcribendus eſt iſte locus. Quod et recte attigiſſe jam video virum doctiſſimum ad Corinthum. Vulgo male legitur, καί τινα ἀπεσταλκαμες. Graeca ita vertenda ſunt. *Scripta autem Ocelli de Legibus, de Regno, de Pietate, ac de Mundi Generatione, jam nacti ſumus, et ad te mittenda curavimus. Reliqua ejus opera adhuc reperiri non poſſunt.* Ceterum

de

de Ariadna in insula a Theseo derelicta, et deinde a Baccho compressa, vide quae scripsimus in Epist. Crit. p. 177.

V. 78. Τοῖς δ' ἦν ξανθοτέρα. —] Scribe τοῖς δ' ΗΣ. Quod Dorum est. Confer nos infra X. 32. In iis quae sequuntur, πολὺ πλέον ἢ τύ, σελάνα, nihil muto. Bio, in Epitaph. Adonid. 93.

— — Πολὺ πλέον ἢ τύ, Διώνα.

Qui locus notandus.

V. 139. Χειρὸς ἐφαψαμένα μαλακῶν ἔκλιν' ἐπὶ λέκτρων.] Repono ΑΝΕΚΛΙΝ'. Quod suavius et numerosius est. Verbum autem ἀνακλίνειν huic commercio accommodatissimum est. Achilles Tatius in Amor. p. 19. Τὸν πατέρα κατεφίλησα, ὅτι μου κατ' ὀφθαλμοὺς ΑΝΕΚΛΙΝΕ τὴν κόρην.

V. 151. — — Ἀτὰρ τόσον αἴεν ἔρωτος
Ἀκρατῳ ἐπεχεῖτο. —] Omnino mecum rescribe,
Ἄκρατον ἐπεχεῖτο. — —

Quid sit ἄκρατον ἐπιχεῖσθαι, optime explicat Scholiastes. Syllaba autem postrema τὲ Ἄκρατον ob caesuram producitur. Noster XXV. 69.

ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ, ὀδμῇ τε χροὸς, δούπῳ τε ποδοῖϊν.

Ita scribendus iste locus. Quod et H. Stephano visum. Confer Nostrum, III. 12. X. 30. Verbum autem ἐπιχεῖσθαι in hoc negotio solenne est. Noster, XIV. 18.

Ἤδη δὲ προϊόντος ἔδοξ' ΕΠΙΧΕΙΣΘΑΙ ΑΚΡΑΤΟΝ
Ὥτινος ἤθελ' ἕκαστος, ἔδει μόνον ὥτινος εἰπεῖν.

Ubi vide Scholiastam. Ad utrumque locum egregie nugatur Reiskius. Dicebatur etiam ista libatio Ἐπίχυσις· quam vocem Polybio restituendam recte vidit doctissimus Valesius in Excerptis, p. 1417. Ὁ δὲ πυνθανόμενος τὸν γινόμενον ἐκ πάντων ἔπαινον ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ ΤΑΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΠΟΤΟΙΣ ΕΠΙΧΥΣΕΙΣ, εἰς τέλος ἐχαυνοῦτο, καὶ μᾶλλον ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐξετυφοῦτο. Athenaeus lib. X. p. 427. Ἦσαν δὲ ΤΩΝ ΑΚΡΑΤΟΠΟΤΩΝ ΕΠΙΧΥΣΕΙΣ, ὥς φησι Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ μέθης, οὐ παλαιαί. Ita scribendus iste lo-

cus, in quo fruſtra fuit magnus Caſaubonus. Vulgo inepte legitur, τῶν ἀκροατῶν ἐπιχύσεις. Eleganter Plutarchus in Demetrio. Ἐκεῖνος δὲ χλευάζων καὶ γελῶν τοὺς ἄλλον τινὰ πλὴν τοῦ πατρὸς καὶ αὐτοῦ βασιλέα προσαγορεύοντας, ἡδέως ἤκουε τῶν ΠΑΡΑ ΠΟΤΟΝ ΕΠΙΧΥΣΕΙΣ λαμβανόντων, Δημητρίου βασιλέως, Σελεύκου δὲ ἐλεφαντάρχου, Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ γαζοφύλακος, Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικελιώτου, νησιάρχου. Quae ex Phylarcho totidem verbis deprompta ſunt, ut nos docet Athenaeus, Lib. VI. p. 261. Confer etiam Plutarchum in Bruto, p. 995. Quod vero ſequitur apud noſtrum,

— Καὶ ἐς τέλος ᾤχετο φεύγων
Καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν,

parum intellexerunt interpretes. Senſus eſt. „*Tandem ſe proripiebat Delphis, et dixit ſe amaſii ſui aedes coroilis redimitum ire.*“ Quod amatores facere ſolebant. Catullus in Atti

Mihi floridis corollis redimita domus erat.

Lucretius IV. 1171.

At lacrimans excluſus amator limina ſaepe
Floribus et ſertis operit, poſtesque ſuperbos
Ungit amaracino, et foribus miſer oſcula figit.

p. 391. Iam vero quod amplius attinet ad illud ΟΥΝΕΚ', quod ſupra repoſui, ita etiam locutus eſt noſter, III. 32.

Εἶπε καὶ Ἀγροιὼ τ' ἀλαθέα, ΟΥΝΕΚ' ἐγὼ μὲν
Τὶν ὅλος ἔγκειμαι. —

IDYLL. III.

Ver. 33. Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις. — Quod ad hunc locum ſcripſit Cl. Reiskius, longe futiliſſimum eſt. Sed nihil mutandum. Ἁ πρὰν ποιολογεῦσα παραιβάτις, *quae mihi adſtabat, et ſpicas excipiebat.* Nempe *meſſor* hic loquitur. Dicebatur autem παραιβάτις, *quae meſſori adſtabat, et ſpicas excipiebat et componebat.* Optime Scholiaſtes ΠΑΡΑΙΒΑΤΙΣ, ἡ ἑπομένη καὶ παρακολουθοῦσα τοῖς θερισταῖς. Quod indubitate verum. Confer nos ad Suid. V. ΠΟΙΗΝ.

V. 41. Μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν. —] „Μᾶλα hic ſunt *oves*, nam ſententia ſic poſtulat, ubi exempla affert paſtorum a deabus adamatorum.“ REISKIUS. Nugae. Cui non dicta *Mala* Hippomenis et Atalantae? Confer Schol. ad II. 120.

IDYLL. IV.

V. 7. Καὶ πόκα τῆνος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπει; Verba notanda. Haud aliter locutus eſt Plutarchus in Alcibiade. Ευδοκιμῶν δὲ δημοσίᾳ καὶ θαυμαζόμενος, οὐχ ἧττον ἰδίᾳ τοὺς πολλοὺς τότ' ἐδημαγώγει καὶ κατεγοήτευσε τῇ διαίτῃ Λακωνίζων· ὥσθ' ὁρῶντας ἐν χρῷ κουριῶντα καὶ ψυχρολουτοῦντα καὶ μάζῃ συνόντα, καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον ἀπιστεῖν καὶ διαπορεῖν εἴποτε μάγειρον ἐπὶ τῆς οἰκίας οὗτος ἀνὴρ ἔσχεν, ᾗ ΠΡΟΣΕΒΛΕΨΕ ΜΥΡΕΨΟΝ, ᾗ Μιλησίας ἠνέσχετο θίγειν χλανίδος. Qui locus eximius eſt.

V. 32. Αἰνέω τάν τε Κρότωνα· καλὰ πόλις ἁ Ζάκυνθος.] Editio Commelini ἅ τε Ζάκυνθος. Recte: nam Ζάκυνθος primam corripit. Homer. Odyſſ. I. 24.

Δουλίχιόν τε, Σάμη τε, καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

Quem et ſecutus eſt Virgilius, Aen. III. 270.

— Nemoroſa Zacynthus,
Dulichiumque, Samusque. —

Zacynthum πόλιν ἀξιόλογον vocat Strabo. Ceterum quod hic ſcribit Scholiaſtes de Crotone, Διέφερε δὲ ἡ Κρότων τῶν ἐπὶ Ἰταλίᾳ πόλεων ΕΥΑΝΔΡΙΑι, καὶ τῇ λοιπῇ εὐδαιμονίᾳ, verum eſt. Marcianus Heracleota, in Perieg. 323.

ΕΥΑΝΔΡΟΤΑΤΗ πόλις τε γενομένη Κρότων.

V. 49. Εἴθ' ἦν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ παταξω.] Scribendum ΑΙΘ ΗΣ. Quod ex more et conſuetudine Dorum eſt. Huc facit elegans epigramma in Anthologia Cephalae, p. 127. Edit. Reisk. Quod quia *Bucolicum* eſt, hic integrum et emendatum ſubjiciam. Nam editores, nec gratiae, nec Graeciſmi memores, in alia omnia abierunt.

ΜΟΥΚΙΟΥ.

Αἱ Χίμαροι τί ποτ' ἄρα τὰ μὲν θύμα καὶ τιθύμαλλα
Λείπετε καὶ χλοερὴν αἰγίνομον βοτάνην,
Πὰρ δὲ ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε,
Ἀμφὶ τὸν ὑλοβάτην ἀλλόμεναι Νόμιον;
Οὐκ ἀπὸ πυγμαχίης ἀποπαύσετε; μή ποτ' ἀπεχθὴς
Ἀντήσῃ κορύνῃ χειρὸς ἀπ' αἰπολικῆς.

V. 59. — Τὸ γεροντιον ἦ ῥ' ἔτι μύλλει
Τήναν τὰν κυανόφρυν ἐρωτίδα, τᾶς ποτ' ἐκνίσθη;

Doctiſſimus Hemſterhuſius legendum cenſebat

— — τᾶς ΠΟΚ' ΕΚΝΙΣΘΗΣ.

Prius verum; de altero non liquet. Mihi ſecus videtur cum Scholiaſta. Rectiſſime interpres, *Num ſenecio ille ADHUC molit ſcortillum illud, quod OLIM deperibat? Does the old fellow follow the ſame trade STILL?*

V. 61. Ἀκμάν γ' ὦ δειλαῖε. πρὰν γὲ νὲν αὐτὸς ἐπενθὼν,
Καὶ ποτὶ τὰν μάνδραν κατελάμβανον, ἅμος ἐνάργει.]

Numeri innumeri. Scribendum cum Editione Florentina πρώαν. Quod et monuiſſe jam video Danielem Heinſium. Quae ſequuntur nemo interpretum intellexit. Πρὸς τὴν μάνδραν ἐνεργεῖν, eſt *ad caulae parietem ſubagitare.* Πρὸς τοῖχον κινεῖν vocat Archilochus apud Harpocrationem. De quo nos in Epiſt. Crit. p 53. Quare removenda diſtinctio poſt κατελάμβανον, quae omnes editiones occupavit. Verbum autem Ενεργεῖν in iſto ſenſu uſurpat Alciphro III. 55. Ὁ Κύων δὲ πρῶτα οὔρει κατὰ τὴν κυνικὴν ἀδιαφορίαν, εἰς σύρμα χαλάσας καὶ καθεὶς τὸ τριβώνιον, ἔπειτα καὶ Δωρίδα τὴν μουσουργὸν οἶος ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς ἁπάντων ὁρώντων ΕΝΕΡΓΕΙΝ, φάσκων ἀρχὴν γενέσεως εἶναι τὴν φύσιν. Quae κυνικώτατα et feſtiviſſima ſunt.

IDYLL. V.

Ver. 10. Οὐδὲ γὰρ Εὐμάρᾳ τῷ δεσπότῃ ἧς τοι ἐνεύδεν.] EUMARAS eſt nomen *heri.* Quod ex Theocrito conſtat. Scholiaſtes pro *pelle* accepit, in quo falſus eſt. Subintelli-

gendum autem hic νάκος· quae vox modo praeceſſit. Eſt autem νάκος *pellis caprina.* Scholiaſtes ſupra, Νάκος, τὸ τῆς αἰγὸς δέρμα. *Pellem* autem *caprinam* nunc pro *amictu*, nunc pro *veſte ſtragula* uſurpabant ruſtici. Longus Paſtor. lib. III. p. 121. Ἤδη ποτὲ καὶ γυμνοὶ συγκατεκλίθησαν, καὶ ἓν δέρμα αἰγὸς ἐπεσύραντο. Καὶ ἐγένετο ἂν γυνὴ Χλόη ῥᾳδίως, εἰ μὴ Δάφνιν ἐτάραξε τὸ αἷμα. Quem locum non intellexerunt Interpretes. Aliud eſt δέρμα ἀνασύρεσθαι, aliud δέρμα ἐπισύρεσθαι. Ἀνασύρεσθαι eſt *veſte ſublata partes inferiores denudare.* Diodorus Siculus, I 85. Αἱ γυναῖκες δεικνύουσιν ΑΝΑΣΥΡΑΜΕΝΑΙ τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια. Hinc *meretrix*, ſive *mulier proſtrati pudoris*, Ἀνασυρτόπεπλος dicta. de qua nos in *Epiſt. Critic.* p. 84. Ἐπισύρεσθαι eſt *veſte ſuperinducta partes pudendas velare.* Quo ſenſu intelligendus Longus. Ἐπισπᾶσθαι vocat Apoſtolus I. Corinth. VII. 18. Quod perinde eſt. Quae ſequuntur apud Longum, Καὶ ἐγένετο ἂν γυνὴ Χλόη ῥᾳδίως, εἰ μὴ Δάφνιν ἐτάραξε τὸ αἷμα, feſtiviſſima ſunt, et quae minus percepiſſe videntur viri eruditi. Nimirum Daphnis et Chloë ſub una pelle ambo concumbebant; ſed puer ita *pudore ſuffundebatur, ut nihil poſſet.* Haec mens Longi. et notanda locutio utraque, ἐπισύρεσθαι τὸ δέρμα — ἐτάραξε τὸ αἷμα. nam rariſſimae et exquiſitiſſimae elegantiae ſunt. Ceterum ut *Eumarae* ne pellis quidem erat, in qua cubaret, ſic Diogenes Cynicus, quod veſtem ſtragulam non haberet, pallio ſuo indormire ſolebat, de quo Laërtius: Τρίβωνα διπλώσας πρῶτος κατά τινας, διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν καὶ ΕΝΕΥΔΕΙΝ αὐτῷ.

p. 392.

V. 41. Ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι
Αἷδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη.

Huc egregie facit Artemidorus Oneirocrit. I. 18. Ὁ μὲν γὰρ διὰ τὸ παιδικὸν τῆς ἡλικίας πρὸ τῆς ὥρας περαινόμενος, διὰ τὸ ΑΛΓΕΙΝ, νοσήσει. Confer etiam Lucian. *Ver. Hiſtor.* l. 8. Ceterum ad hunc locum Theocriti manifeſto reſpexit nebulo neſcio quis in elegantiſſimo Epigrammate apud *Stratonem;* quod hactenus *ineditum*, hic luci publicae emendatum donabo.

ΑΔΗΛΟΝ.

Χαίρω τὸν λακέρυζον ὁρῶν θεὸν εἰς τὸ φάλαντον
Βρέγμ' ὑπὸ τᾶν αἰγᾶν, αἰπόλε, τυπτόμενον.
Αἰπόλε, τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα· τοὶ δὲ τραγίσκοι
Εἰς ἐμὲ δερκόμενοι, τὰς χιμάρας ἔβλεπον.
Οὕτω σ' Ἑρμαφρόδιτε πεπύγικα· καὶ μὰ τὸν Ἑρμᾶν,
Αἰπόλε, καὶ σαυτόν· αἰπόλε, κἀπιγελῶν.

V. 47. — Ταὶ δ' ἐπὶ δένδρω
Ὄρνιχες λαλαγεῦντι.] — Scribendum omnino Ἐπὶ δένδρων. Quod et vidit Cl. Reiskius. Nofter XV. 121.

Οἷον ἀηδονιῆες ἐφεζόμενοι ΕΠΙ ΔΕΝΔΡΩΝ.

V. 89. Τὰς αἶγας παρελῶντα. —] Ad hunc locum refpexit Longus, Paftoral. III. p. 109. Αὕτη ὁρῶσα τὸν Δάφνιν ΠΑΡΕΛΩΝΤΑ ΤΑΣ ΑΙΓΑΣ, ἕωθεν εἰς νομὴν, νύκτωρ ἐκ νομῆς, ἐπεθύμησεν ἐραστὴν κτήσασθαι, δώροις δελεάσασα. Quae Theocriti lectionem vulgatam unice confirmant.

V. 90. Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
Ἐκμαίνει. —] Vir doctiffimus in *Epift. ad Cl. Valcken.* legendum cenfebat, λεῖος ὑπάνκν. Epift. Crit. I. p. 35. Sed nihil neceffe. Λεῖος eft *imberbis*, de qua voce nos nonnulla ad Suid. V. Σωρανός. Strato in venuftiffimo Epigrammate, quod hic ὁλόκληρον fubjiciam, ut emendatius legatur.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Εὐκαίρως ποτὲ παιδοτρίβης ΛΕΙΟΝ προδιδάσκων
Εἰς τὸ γόνυ κάμψας μέσσον ἐπαιδοτρίβει,
Τῇ χερὶ τοὺς κόκκους ἐπαφώμενος. ἀλλὰ τυχαίως
Τοῦ παιδὸς χρήζων ἦλθεν ὁ δεσπόσυνος.
Ὃς δὲ τάχος τοῖς ποσσὶν ὑποζώσας ἀνέκλινεν
Ὕπτιον, ἐμπλέξας τῇ χερὶ τὸν φάρυγα.
Ἀλλ' οὐκ ὢν ΑΠΑΛΑΙΣΤΡΟΣ ὁ δεσπόσυνος προσέειπε,
Παῦσαι. ΠΝΙΓΙΖΕΙΣ, φησί, τὸ παιδάριον.

Ita fcribendum eft iftud Epigramma, cujus partem pofteriorem dedit Cl. Salmafius *ad Lampridii Commodum.* Notanda autem ἀμφιβολία in Verbo πνιγίζειν. in qua vis et acu-

leus Epigrammatis consistit. Nam πνίγειν sive πνιγίζειν, quod viros doctissimos fefellit, est verbum praetextatum, et de *utraque palaestra* usitatum. Hinc jocus scilicet, et lux Epigrammati. Atque hinc intelligendus Aristophanes in Nub. 1378.

— Εἶθ' οὗτος ἐπαναπηδᾷ,
Κἄπειτ' ἔφλα με, κἀσπόδει, ΚΑΙΠΝΙΓΕ, κ'ἀπέτριβεν.

Quae omnia verba *ludicra* sunt, et nunc *honesto*, nunc *inhonesto* sensu usurpantur. Sic solet Comicus ad movendum risum. Quod omnes Interpretes latuit. Sed haec paulo obsceniora sunt, et quae explanari nolunt. Ceterum ut Λεῖος est *imberbis*; sic Ἀωρόλειος de eo usurpatur, *qui praeter aetatem est imberbis*, sive, *qui vir factus, barbam non habet*. Cratinus apud Hephaest. περὶ μέτρων, p. 50.

Ἐρασμονίδη Βάθιππε ΤΩΝ ΑΩΡΟΛΕΙΩΝ.

Quam vocem aliter exponit Scholiastes, aliter noster Suidas. Adscribam eximium locum Aeliani *de Nat. Animal.* XIII. 27. unde de vi et potestate hujus vocis apertissime constabit. Μειρακίου γε μὴν δεομένου ἐπὶ μήκιστον τριχῶν ἀπορίας τῶν ἐπὶ τοῦ γενείου, αἷμα ἐπιχρισθὲν θύννου ΑΩΡΟΛΕΙΟΝ τὸ μειράκιον ἐνεργάζεται. Quae verba sedulo notanda; nam Interpres hic nihil agit.

V. 94. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἀκύλοις ὀριμαλίδες. — —] Scribe, Ὀρομαλίδες, quod melius. Τὰ ὀρεῖα μῆλα recte exponit Scholiastes. Huc respexit Corinthus sive Gregorius *de Dialect.* p. 120. ed. nuper. Ὀρομαλίδες λέγονται παρ' αὐτοῖς τὰ ὀρεῖα μῆλα. Deinde recte Edit. Romana,

ΛΕΠΡΟΝ ἀπὸ πρίνοιο λεπύριον. — —

Quod et vidit Cl. Reiskius. *Tunicam scabram* vocat Plinius. Nihil verius.

V. 131. — Πολλὸς δὲ καὶ ὡς ῥόδα κισσὸς ἐπανθεῖ.] Libri nonnulli veteres, una voce, ῥοδάκισσος. Scribendum proculdubio, idque eleganter admodum,

— — πολλὸς δὲ καὶ ὁ ΡΟΔΟΚΙΣΣΟΣ ἐπανθεῖ.

Recte ὁ ῥοδόκισσος, ut ſupra ἁ μελίτεια. Librarii autem, verſui conſulentes, omnia peſſumdederunt. Vide nos ad Suid. V. Καββαλών. Notanda autem locutio, πολλὸς ἐπανθεῖ. Quod rarioris et elegantioris Graeciſmi eſt. de quo nos nonnulla ad *Demoſthenem Taylori*, Vol. II. p. 697. De *rhodociſſo* conſulendus Scholiaſtes.

V. 144. Ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν· ἐς οὐρανὸν ὕμμιν ἀλεῦμαι.] Verſus claudicat. Scribendum

— — ΕΙΣ ὠρανὸν ὕμμιν ἀλεῦμαι.

p. 393. Nempe prima Syllaba nunc brevis nunc longa eſt. De quo nos ad Suid. V. ΔΕΚΑΤΕΥΕΙΝ. et V. ΣΕΜΝΟΠΡΟΣΩΠΕΙΣ. Confer etiam Cl. Musgravium, Exercit. Euripid. p. 3.

IDYLL. VI.

Ver. 11. — Τὰ δέ νιν καλὰ κύματα φαίνει·
Ἄσυχα καχλάζοντα, ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.] Editio Florentina καχλάζοντες. Quod vero proximum eſt. Scribendum proculdubio,

Ἄσυχα ΚΑΧΑΛΑΖΟΝΤΟΣ ἐπ' αἰγιαλοῖο θέοισαν.

Quae vulgatis haud paulo ſuaviora ſunt. Noſtram lectionem agnoſcit Scholiaſtes; ἡσύχως κινουμένου τοῦ αἰγιαλοῦ. Quod notandum. Ceterum verbum φαίνει viris doctiſſimis minus arridebat. Hinc alius ῥαίνει, alius σαίνει. Quam et *elegantem correctionem* vocat vir eruditiſſimus ad Euripidis Hippolytum. Sed vulgata lectio veriſſima eſt. Huc facit, ut taceam Scholiaſtem, Paulus Silentiarius, in Epigr. Anthol. lib. VII p. 594. Quod ita ſcribendum eſt.

Σὴν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα ΦΑΙΝΕΙ,
Καὶ ποταμῶν δῖναι, καὶ δέπας οἰνοχόου.

IDYLL. VII.

Ver. 4. — Εἴτι περ ἐσθλὸν
Χαῶν τῶν ἔπ' ἄνωθεν. Recte, ut videtur, Reiskius,

Χαῶν τῶν ἐπάνωθεν. — —

Noſter in epigrammate *De Piſandro*,

Πρῶτος ΤΩΝ ΕΠΑΝΩΘΕ μουσοποιῶν.

Idem autem Χαὸς et Χαιός. Heſych. Χαιός, ἀγαθός. Idem: Χάσιος, ἀγαθὸς, χρηστός. Scribe, Χαιὸς, ſive Χαΐος. Quam formam uſurpat Ariſtophanes in Lyſiſt. 90.

Τίς δ' ἡ τέρα παῖς; Χαΐα μὲν ναὶ τὼ σιὼ,
Κορινθία δ' αὖ. —

Ubi recte Schol. Χαΐα ἀντὶ τοῦ, ἀγαθή. Sed prior verſiculus una ſyllaba longior eſt. Quod miror non animadvertiſſe editores. Scribendum proculdubio,

— — Χαΐα μὲν, ΝΑΙ ΣΙΩ,
Κορινθία δ' αὖ.

Sic Comicus, ſupra 81.

— μάλα γὰρ, οἴω, ΝΑΙ ΣΙΩ,
Γυμνάδδομαί γε καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι.

Atque hinc Βαθυχαΐος. quae vox occurrit apud Aeſchylum in Supplic. 865.

Ἅγιος ἐγὼ ΒΑΘΥΧΑΙΟΣ
Βαθρείας βαθρείας
Γέρον. — —

Ubi Schol. Βαθυχαΐος, ἢ μεγάλως εὐγενής· ΧΑΟΙ γὰρ οἱ εὐγενεῖς. Addam alteram vocem, ΕΥΧΑΙΟΣ. Heſychius: Εὐχατότερον, πλουσιώτερον. Scribendum, praeeunte aliquantum Kuſtero, ΕΥΧΑΙΟΤΕΡΟΝ, πλουσιώτερον. Ut a Χαΐος, Χαϊώτερος, quam vocem uſurpat Ariſtophanes, ſic ab Εὐχαΐος, Εὐχαιότερος. Quae vera lectio. Dicitur autem Βαθυχαΐος et Εὐχαΐος, ut Βαθυκτεανος et Εὐκτέανος. Βαθύπλουτος et Εὔπλουτος. Eadem fere forma et poteſtate gaudet ΕΥΟΛΒΟΣ. Quae vox itidem Heſychio redonanda eſt. Heſych. Εὔολον, συνετόν. Vox prior nulla eſt. Legebat Cl. Ruhnkenius, ΕΥΒΟΥΛΟΝ, συνετόν. Sed vera lectio ſine controverſia eſt ΕΥΟΛΒΟΝ, συνετόν. Cui opponitur Ἄνολβον. Sophocles Aj. 1176.

Τοιαῦτ' ΑΝΟΛΒΟΝ ἄνδρ' ἐνουθέτει παρών.

Ad quem locum Scholiastes, Ἄναλβον, ANOHTON. ὄλβος γὰρ κυρίως ἡ φρόνησις. Quae verba notanda.

V. 6. — — Βούρειαν ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν.] Scribe Βέριναν sive Βέρινναν. Antimachus apud Galen. *de Antidot.* lib. I. p. 429. ad Aesculapium:

Εἴτε σε Τρικκαῖοι, δαῖμον, ἔχουσι λόφοι,
Ἢ Ῥόδος, ἢ ΒΟΥΡΙΝΝΑ. —

Βερίνην vocat Philetas apud Scholiastam. Quod perinde est. Inepte autem noster Interpres, *Qui Buream fontem ab imo confecit.* Immo, *ictu pedis confecit.* Hujusmodi fontes ποδοῤῥάγέας vocant Graeci. Onestes in eleganti Epigrammate apud Holsten. ad Stephan. Byzant. V. Ἀκροκόρινθος.

ΟΝΕΣΤΟΥ.

Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασὶς, ὕδατ' ἀδελφά,
Ἵππου καὶ ποταμοῦ δῶρα ΠΟΔΟΡΡΑΓΕΑ.
Χὠ μὲν ἔκοψ' Ἑλίκωνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου
Ἔπληξ. ὦ πτέρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη.

Ita scribendum est istud Epigramma, cujus tum metrum, tum sensum flagitiosissime violavit Cl. Reiskius in Anthol. Cephal. p. 162. Nimirum Asopis et Pegasis, quae *fontium* nomina, similem ortum habuerunt; haec ex ungula *equi* Pegasi, illa ex calce Asopi, qui nunc vir, nunc *fluvius* scilicet. de quo nonnulla Pausanias in Corinthiacis. Haec est mens Epigrammatis, quo nihil planius.

V. 18. — Γέρων ἐσφίγγετο πέπλος
Ζωστῆρι πλακερῷ —] Ad hunc locum nugatur Scholiastes, nugatur et Cl. Reiskius. Quid sit autem Ζωστὴρ πλακερὸς, nemo Interpretum intellexit. Idem πλακερὸς et πλοκερός. Etymologus: Λιπαίνω, παρὰ τὸ λίπος. ἀπὸ δὲ τοῦ Λιπᾶναι, γίνεται λιπαρός. τὰ γὰρ εἰς ναῖ ἀπαρέμφατα ποιοῦσιν εἰς ος ὀνόματα ἰσοσύλλαβα τοῖς ῥήμασι· καὶ ἢ τῷ ᾱ παρακλίγεται, ἢ τῷ ᾱ· μιᾶναι, μιαρός· μυσᾶναι, μυσαρός· χλῖναι, χλιαρός· θλιβῆναι, θλιβερός· συγῆναι, συγερός· τακῆναι, τακερός. Ut a τήκω, τακῆναι, τακερὸς, sic a πλέκω, πλακῆναι, πλακερός. Est autem Ζωστὴρ πλακερὸς, Cingu-

lum ſparteum, ſive *funiculus ex ſparto plexus.* Qualia ſunt hominum ruſticorum. Ζῶμα μελαγκράνιον vocat Philetas apud Strabon. lib. III. p. 256.

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος, ἀμφὶ δ' ἀραιὴν
Ἰξὺν εἱλεῖται ΖΩΜΑ μελαγκράνιον.

Ita legendus iſte locus. Vulgo Κόμμα μελαγκράνιον. quod nihili eſt. Salmaſius ad Solinum, p. 186. legebat, ἄμμα μελαγκράνιον. Sed noſtra emendatio proculdubio vera eſt. Quod ex ſequentibus patet. Ceterum notandum illud p. 394.
Theocriti, γέρων πέπλος. *an old coat.* Quomodo locutus eſt Sophocles, Oedip. Col. 1252.

— ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον
Ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδε· τῆς ὁ δυσφιλὴς
ΓΕΡΩΝ γέροντι συγκατῴκηκεν ΠΙΝΟΣ.

Quae nonnihil corrupta ſunt. Nam iſtud τῆς ab Atticorum auribus alienum eſt. Locus ita ſcribendus eſt:

— ἐνθάδ' ἐκβεβλημένον
Ἐσθῆτι σὺν τοιᾷδέ γ', ἧς ὁ δυσφιλὴς
Γέρων γέροντι συγκατῴκηκεν πίνος.

Confer nos ad V. ΕΠΑΝΑΒΑΛΕΣΘΕ. ubi Ariſtophanem ſimili mendo liberavimus. Corrigendus etiam, dum hoc agimus, Sophocles Oedip. Col. 910. ubi hodie legitur,

Ἄγεις τὰ χρήζεις, καὶ παρίστασαι βίᾳ.

Sed vera lectio eſt,

Ἄγεις θ' ἃ χρήζεις. —

Quomodo recte legitur apud Suid. V. Παρίστασαι. Quod miror viros doctos, qui ad Sophoclem commentati ſunt, non vidiſſe. Recte autem Scaliger γέρων πίνος, non πόνος. Sophocles Oedip. Col. 1593.

— εἶτ' ἔλυσε ΔΥΣΠΙΝΕΙΣ ΣΤΟΛΑΣ.

Philetas ſupra,

Λευγαλέος δὲ ΧΙΤΩΝ ΠΕΠΙΝΩΜΕΝΟΣ. —

Antipater in Epigram. Anthol. lib. II. p. 274.

Καὶ τὸ χυδὴν ῥυπόωντι ΠΙΝΩι πεπαλαγμένον ΕΣΘΟΣ.

V. 21. — Πᾷ δὴ τὺ μεσάμεριον πόδας ἕλκεις.] Editor Lipsiensis πόδα ἕλκεις. Nihil minus. Scribendum utique, quod et alibi monuimus,

— Πᾷ δὴ τὺ ΜΕΣΑΜΕΡΙΟΣ πόδας ἕλκεις;

Sic noster XIII. 33.

— Κατὰ ζυγὰ δαῖτα πένοντο
ΔΕΙΕΛΙΝΟΙ.

Idem XXI. 39.

ΔΕΙΛΙΝΟΣ ὡς κατέδαρθον ἐν εἰναλίοισι πόνοισι.

Ita legendum, non Δειλινόν. Sic Latini, *Matutinus*, *Vesspertinus*. Horatius,

— VESPERTINUS pete tectum.

Ceterum et huc respexit, ut videtur, Virgilius.

Quo te, Moeri, PEDES?

V. 37. Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα. —] Haec frustra suspecta sunt viro doctissimo. Epigramma nescio cujus, Anthol. lib I. p. 134.

Πίνδαρε, ΜΟΥΣΑΩΝ ΚΑΠΥΡΟΝ ΣΤΟΜΑ. —

Idem Μοισᾶν στόμα, et Μουσάων ὑποφητής. Quomodo noster XVII. 115.

ΜΟΥΣΑΩΝ ΥΠΟΦΗΤΑΙ ἀείδοντι Πτολεμαῖον.

Horatius *Musarum Sacerdos*. Quod perinde est. Atque hinc intelligendus Theocritus XXII. 116.

— Ἐγὼ δ' ἑτέρων ΥΠΟΦΗΤΗΣ.

Quem locum perperam sollicitavit Cl. Reiskius.

V. 112. Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ,
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτου.

Haec male interpuncta sunt. Distingue,

Ἕβρον πὰρ ποταμὸν, τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτου.

Idem τετραμμένος ἐγγύθεν ἄρκτου, et τετραμμένος πρὸς ἄρκτον. *Septentrionem versus*. Hinc lux et salus sententiae.

V. 115. Ὑμμες δ' Ὑετίδος, etc.] Quae ad hunc locum ſcripſit Cl. Reiskius, nugatoria ſunt plane, et omnino inducenda. Senſus eſt, *Vos Cupidines, qui relicta Hyetidis et Byblidis unda colitis excelſam ſedem Diones.* Nimirum *Byblidis undam* deſeruiſſe dicuntur Cupidines, ob infandum et infelicem amorem Cauni et Byblidis. Quod et recte tangit Scholiaſtes. Deinde per ἕδος αἰπὺ Διωνας intelligenda eſt Cyprus, quae Veneris et Amorum domicilium. Orpheus, Argon. 30.

ΑΙΠΕΙΝΗΝ τε Κύπρον, καὶ Ἀδωναίην Ἀφροδίτην.

V. 123. — Ὁ δ' ὄρθιος ἄλλος ἀλέκτωρ
Κοκκύσδων νάρκαισιν ἀνιηρῆσι διδοίη.]

Haec minus recte intelligunt. Νάρκαι ἀνιηραὶ ſunt *frigora matutina*, quae ſub galli cantum graviora eſſe ſolent. Horatius,

MATUTINA parum cautos jam FRIGORA mordent.

Quare dicit Theocritus, *Ad amati fores alius per totam noctem excubet, et frigora matutina patiatur.* Qui ſenſus optimus.

V. 137. Νυμφᾶν ἐξ ἄντροιο. — —] Huc adludit Syneſius, Epiſt. 114. Τὸν δὲ τῶν Νυμφῶν ἄντρον οὐκ ἐπαινέσομαι. Θεοκρίτου γὰρ δεῖ. Quod et pridem obſervaverat Ioannes Meurſius.

IDYLL. VIII.

Ver. 40. — Κἦν τι Μεναλκας
Τῇδ' ἀγάγοι, χαίρων ἄφθονα πάντα νέμοι.]

Scribendum, adſentiente Scholiaſta, Τῇδ' ἀγάγῃ. Noſter ſupra,

— Ἦν δέ ποκ' ΕΝΘΗι
Δάφνις ἔχων δαμάλας, μηδὲν ἔλασσον ἔχοι.

Quod ſequitur minus ceperunt viri doctiſſimi. Χαίρων eſt *gratis*, *impune*. Eupolis apud LONGINUM NOSTRUM, Περὶ Ὕψ. §. XVI.

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
ΧΑΙΡΩΝ τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Quem locum neutiquam adſecuti ſunt interpretes.

V. 57. Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακὸν, ὕδασι δ' αὐχμός.] Haec male ſollicitarunt viri doctiſſimi. Ὕδατα ſunt *fontes aquarum*, quibus inimicus eſt αὐχμός. Recte Schol. Πρὸς τὰ δένδρα μέν ἐστι κακὸν φόβον ἔχον ὁ χειμών· πρὸς τὰ ὕδατα δὲ ἡ ἀνομβρία, ὅτι ἀποξηραίνει καὶ ἀφανίζει αὐτά. Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. XV. Ἔστιν αὐτοῖς ἀνακειμένη ἄμαξα χαλκῆ, ἣν, ὅταν ΑΥΧΜΟΣ ᾖ, σείοντες ΥΔΩΡ αἰτοῦνται τὸν θεὸν, καὶ φασὶ γίνεσθαι. Qui locus notandus. Atque hac occaſione monitus, luculentiſſimum fragmentum Euripidis in CHRYSIPPO, quod extat apud Sextum Empiricum, p. 360. quodque *eximium* et *nulla parte de-*
p. 395. *fectum* vocat vir doctiſſimus, *Diatrib. Euripid.* p. 18. hic integrum et emendatum adſcribam. Nam quod vulgo legitur aperte mendoſum eſt.

Γαῖα μεγίστη, καὶ Διὸς αἰθὴρ,
Ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
Ἡ δ' ΥΓΡΟΒΟΛΟΣ, ἡ σταγόνας νοτίους
Παραδεξαμένη, τίκτει θνατοὺς,
Τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν·
Ὅθεν οὐκ ἀδίκως
Μήτηρ πάντων νενόμισται.

Ita ſcribendi iſti verſiculi. Vulgo inepte legitur ὑγροβόλους. Dicitur autem γαῖα ὑγρόβολος, ut ὄρεα νιφόβολα. Plutarchus in Sertorio. Ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ ἄρκτου ῥέων ἄνεμος, ὃν καικιαν ἔνιοι καλοῦσιν, ἐπέχει μάλιστα, καὶ πλεῖστός ἐστι τῶν ἐκεῖ πνευμάτων, ἐξ ὑγρῶν πεδίων καὶ ΝΙΦΟΒΟΛΩΝ συμφυσώμενος ΟΡΩΝ. Rem egregie expreſſit Virgilius, Georg. II. 325.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether
Conjugis in gremium laetae deſcendit, et omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fetus.

V. 92. Κ'ᾠκ τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο.] Hunc verſum laudat Syneſius, Epiſt. 127.

IDYLL. IX.

V. 4. Χ' οἱ μὲν ἁμᾶ βόσκοιντο —] Illud ἁμᾶ vox nulla eſt. Scribendum ἅμα. Librarii autem, verſui metuentes, iſtam formam nobis procuderunt. In quo fruſtra fuerunt. Idem vitium, XI. 39.

— Ἁμᾶ κ' ἡμαυτὸν ἀείδων.

Scribe ἅμα. Quae forma reſtituenda Pindaro, Olymp. III. p. 32.

Καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν
Καὶ πενταετῆρίδ' ἅμα
Θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.

Ita ſcribendum, non ἁμᾶ. Quod ex praecedenti ſtropha patet. Heſychius Ἅμα, ὁμοῦ.

V. 13. Τοῦ δὲ θέρους φρύγοντος ἐγὼ τόσσον μελεδαίνω
Ὅσσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων καὶ ματρὸς ἀκούειν.]

Editio Florentina, ἐρῶντα. Neutrum verum. Scribendum ΕΡΩΝΤΕ. *Puer* ſcilicet et *puella*. Senſus eſt, *Mihi vero aeſtatis aeſtus non magis curae eſt, quam puero et puellae, qui ſe invicem amant, parentum praecepta.* Viris doctiſſimis ſaepius frandi fuit numerus dualis. De quo nos ad Suid. Emendat. I. p. 135.

V. 21. — Ἢ νωδὸς καρύων —] Scribendum ἦν νωδός. Conſtructio hujus loci, quam nemo vidit, haec eſt. *Equidem non tantam curam habeo hyemis, quanta ea eſt, quam habet edentulus nucum, pulte adpoſita.* Nimirum litera ν abſorpta erat a ſequenti. Hinc alii ἢ, alii ἦ. Sed noſtra lectio veriſſima et planiſſima eſt.

V. 29. — Φαίνετε δ' ᾠδὰν
Τάν ποκ' ἐγὼ τήνοισι παρὼν ἄεισα νομεῦσι.]

Vox παρὼν neminem non offendit. Scribendum, idque ne litera quidem mutata,

Τάν ποκ' ἐγὼ τήνοισι ΠΡΩΑΝ ἄεισα νομεῦσι.

Theocritus, V. 4.

Τόν μευ τὰν σύριγγα ΠΡΩΑΝ κλέψαντα Κομάταν.

Idem autem ποκα πρώαν et πράν ποκα. Quomodo non semel locutus est Theocritus. Nempe II. 115.

ΠΡΑΝ ΠΟΚΑ τὸν χαρίεντα τρέχων ἔφθαξα Φιλῖνον.

Idem v. 81.

— Χιμάρως δύο ΠΡΑΝ ΠΟΚ' ἔθυσα.

Nihil verius hac emendatione. Confer omnino nostrum, VII. 51.

IDYLL. X.

V. 31. Ἁ γέρανος τῶροτρον —.] Hinc explicandus Callimachi versiculus apud Apollon. Lex. MSS. Ὀψείοντες, ὀπτικῶς ἔχοντες. ὁ δὲ τύπος τῆς λέξεως Ἀττικός. Κλαυσείοντες γὰρ λέγουσι, ἀντὶ τοῦ κλαυστικῶς ἔχοντες. Καὶ Καλλίμαχος.

Οἵ κεν βρωσείοντες ἐμὸν παριῶσιν ἄροτρον

ἀντὶ τοῦ βρωτικῶς ἔχοντες. in Callimachi versiculo vitium non leve est. Scribendum παρίωσιν, atque ita vertendum.

Qui esurientes meum aratrum praetervolant.

Sermo est de *gruibus*, quae aratrum praeter propter volant. Optime Scholiastes. Ἀρχομένου γὰρ σπόρου αἱ γέρανοι φαίνονται. Vide Cl. Alberti ad Hesych. V. ΟΨΕΙΟΝΤΕΣ. Et Cl. Ernesti ad Callimach. p. 573.

V. 32. Αἴθε μοι ἦσαν ὅσα Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι.] Edit. Florentina, Αἴθε μοι ἦν. omnino recte. Quare iste versiculus ita rescribendus est,

Αἴθε μοι ΗΣ ΌΣΣΑ Κροῖσόν ποκα φαντὶ πεπᾶσθαι.

Poteris etiam scribere, Αἴθε μοι ἧς ἂν ὅσα. Sed illud verius. Theocritus, IV. 49.

Εἴθ' ἦν μοι ἑοικὸν τὸ λαγωβόλον. —

Scribe Αἴθ' ἧς. Quod ex more et consuetudine Dorum est. Noster, II. 140.

Καὶ ταχὺ χρὼς ἐπὶ χρωτὶ πεπαίνετο, καὶ τὰ πρόσωπα Θερμότερ' ΗΣ ἢ πρόσθε. —

Idem,

Idem, VII. 1.

ΗΣ χρόνος ἀνίκ' ἐγών. —

Ita ſcribendum, non ἐγώ. Vid. VII. 131. Theodoridas in Epigram. Anthol. MS.

Μνασάλκεος τὸ σᾶμα τῶ Πλαταΐδα
Τῶ 'λεγειοποιῶ.
Ἁ μῶσα δ' αὐτῶ τᾶς Σιμωνίδα πλάταις
ΗΣ ἀποσπάραγμα.
Κενά τε καὶ γὰρ ἀ'πιλακυθίστρια,
Διθυραμβοχώνα.
Τέθνακε, μὴ βάλωμες· εἰ δέ κε ζόῃ,
Τύμπανόν γ' ἐφύση.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma, quod omnes Interpretes eluſit. Πλάτη Σιμωνίδα eſt *Simonidis tabella*, ut πλάται Παλαμήδους *Palamedis tabellae*. de quibus Ariſtophanes in Theſmoph. 777. ad quem locum reſpexiſſe videtur Theodoridas. Erat autem Mneſalces iſte Πλαταΐδας, *Plataeenſis*. hinc ἀποσπάραγμα τᾶς πλάτας qui jocus ſcilicet. Sic ſolent nonnulli. de quo nos alibi. Feſtive autem *Mneſalcem* iſtum ſive *Mneſalcis muſam* Διθυραμβοχώναν vocat Epigrammatarius. Nam χώνη *infundibulum* eſt. Vulgo legitur Διθυραμβοχάνα. quae vox nihili eſt. Atque hinc κενὴ καὶ ἐπιληκυθίστρια. quae verba finitima, et ejusdem *tumoris*, *bombi* et *inanitatis* ſunt. Nam λήκυθος res comica et ridicula eſt. de qua viri docti ad Ariſtophanis Ranas. *Ampullam* vocat Horatius. Hinc ληκυθίζειν et μῶσα Ληκύθειος apud Hephaeſtion. de qua Cl. Bentleius ad Callimachum, et Κομπολακύθης apud Ariſtoph. in Acharn 589. ubi Schol. Ἀπὸ τοῦ Λακεῖν ἐν παραγώγῳ γέγονε τὸ Ληκύθιον. Ληκυθίζειν γὰρ τὸ μεῖζον βοᾶν καὶ ψοφεῖν. ἦχον γὰρ ἀποτελεῖ καὶ ἡ λήκυθος, ἐπεὶ καὶ αὕτη ΠΕΦΥΣΗΤΑΙ. πάντα γὰρ τὰ πεφυσημένα κόμπον ποιεῖ. Quae verba notanda. nam Theodoridam noſtrum plurimum illuſtrant. Confer etiam Etymol. V. Κομπολακύθης. Quod ſequitur perperam ſollicitavit Pierſonus. Dicitur Τύμπανον φυσᾶν, ut ἀσκὸν φυσᾶν, λήκυθον φυσᾶν. de quo ſupra. Quod hominis *magnum* quid et *inane* ſpirantis eſt. Eandem locutionem uſurpat Noſter infra XIX. 3. Sed has veneres et facetias, quae plane

p. 396.

ſingulares ſunt, non cuiusvis eſt adſequi. Ceterum ut Theodoridas ἧς pro ἦν, ſic Epicharmus ἀπῆς pro ἀπῆν, ἐνῆς pro εἰῆν. Epicharmus in *Nuptiis Hebes* apud Athenaeum, lib. VII p. 326.

Ἦν δ' ὑαινίδες τε, βούγλωσσοί τε, καὶ κίθαρος ΕΝΗΣ.

Ita ſcribendus iſte locus. Καὶ κίθαρος ἐνῆς. ubi *tribrachys* pro *trochaeo*. Quod doctiſſimo *Corinthi* editori fraudi fuit. Idem Epicharmus in *Muſis* apud Athenaeum lib. VII. p. 312.

Οὔτε γόγγρων τι παχήων, οὔτε μυραινᾶν ΑΠΗΣ.

Ita legebat vir doctiſſimus ad Corinth. de *Dialect.* p. 119. Sed Siculi trochaicus, quod Cl. editorem fugit, uno pede claudicat, atque ita ſublevandus eſt,

Οὔτε γόγγρων τις παχήων, οὔτε μυραινᾶν ἀπῆς.

V. 34. Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα καὶ ἢ ῥόδον ἢ τύγε μᾶλον·
Σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλας.]

Scribe ἢ ΤΥΓΑ μᾶλον. Quod Dorum eſt. Vide quae ſcripſimus ad I. 148. Quod ſequitur, σχῆμα δ' ἐγὼ, aliter exponit Caſaubonus, aliter Berglerus ad Alciphron. p. 141. Quocum et facit Scholiaſtes. Mihi hic locus nonnihil ſuſpectus eſt, atque ita fortaſſe reſtituendus:

Τὼς αὐλὼς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγα μᾶλον·
ΣΤΕΜΜΑ δ' ἐγὼ, καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτεροισιν ἀμύκλας.

Ac tu quidem ſtares, in una manu tibiam tenens, in altera roſam vel malum: ego vero coronam gerens, *et Laconicum in modum calceatus.* Noſtram emendationem unice commendat Suidas. ΑΜΥΚΛΑΙ. κόσμιον τι ὅπερ ἐν ποσὶν εἶχεν Ἐμπεδοκλῆς. εἶχε γὰρ χρυσοῦν ΣΤΕΜΜΑ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ ΑΜΥΚΛΑΣ ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς. Quem locum perperam ſollicitavit Joannes Meurſius.

Atque haec ſcripſeram: ſed nihil temere mutandum. Videor enim in ipſum locum incidiſſe ad quem re-

ſpexit Theocritus. Reſpexit autem ad Ariſtoph. Veſp. 1152 — 1155.

Β. Ἄγε νῦν ἀποδύου τὰς καταρράτους ΕΜΒΑΔΑΣ,
Τασδὶ δ' ἀνύσας ὑπόδυθι ΤΑΣ ΛΑΚΩΝΙΚΑΣ.
Ἄνυσόν ποθ' ὑποδυσάμενος· εἶτα πλουσίως
Ὠδὶ προβᾶς, τρυφερόν τι διασαλακώνισον,
Φ. Ἰδού· θεῶ τὸ ΣΧΗΜΑ, καὶ σκέψαι μ' ὅτῳ
Μάλιστ' ἔοικα τὴν βάδισιν τῶν πλουσίων.

Qui locus diligenter perlegendus eſt. Nam ad Theocritum intelligendum plurimum facit.

IDYLL. XI.

V. 13. — Ὁ δὲ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων,
Αὐτῶ ἐπ' αἴονος κατατάκετο φυκιοέσσας] Haec perperam ſollicitavit Heinſius. Αὐτῶ ἐπ' αἴονος eſt in *ſolo litore*. Virgilius, Georg. IV. 465.

— Te SOLO IN LITORE ſecum,
Te veniente die, te decedente CANEBAT.

Ad Theocritum manifeſto reſpexit Maro.

V. 31. Οὔνεκά μοι λασίᾳ μὲν ὀφρῦς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θἤτερον ὡς μία μακρά,
Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι — —] Legebat interpres ὕπεστι. Ita enim reddit, *Unus vero oculus* SUBEST. Callimachus in Dian. 52. ubi de *Cyclopibus* agit.

— Πᾶσι δ' ὑπ' ΟΦΡΥΝ
Φάεα μουνόγληνα. —

Sed nihil mutandum. Dicit Theocritus, *Polyphemo in fronte unum ſupercilium, unum oculum ineſſe.* Quod planum eſt. Ceterum huc reſpexit Herodes Atticus apud Philoſtrat. Vit. Sophiſt. L. II. p. 552. Διαγράφει δὲ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἐν μιᾷ τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν ἐπιστολῶν, κομᾷν τε συμμέτρως, καὶ ΤΩΝ ΟΦΡΥΩΝ ΛΑΣΙΩΣ ἔχειν, ὡς καὶ συμβάλλειν ἀλλήλαις οἷον ΜΙΑΝ.

V. 71. — Καὶ θαλλὸν ἁμάσας
Τοῖς ἀρνεσσι φέροις. —] Quidquid *herbarum*

vel *fruticum viret*, Θαλλὸν vocant Graeci. Vide Schol. ad IV. 45. Hinc elegans locutio, Θαλλὸν προσείειν, *ramum pecori ostendere*. De quo plena manu, ut solent, viri doctissimi ad Timaei Lexicon. Atque hinc explicandum Epigr. Anthol. l. VII. p. 587.

Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπασεν· ὤμοι· ἐγὼ δὲ
Τήκομαι, ὡς κηρὸς παὶ πυρὶ, κάλλος ὁρῶν.
Εἰ δὲ μέλαινα, τί τοῦτο; καὶ ἄνθρακες· ἀλλ' ἂν ἐκείνους
Θάλψωμεν, λάμπουσ' ὡς ῥόδεαι κάλυκες.

τῷ θαλλῷ συναρπάσαι est, *Illecebris suis*, tanquam *ramo ovem*, *abducere*. Interpretes non intellexerunt. Optime Augustinus in Joannis Evangel. Serm. XXVI. *Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illam.* Confer etiam nos ad Suid. V. ΣΕΙΡΗΝΑΣ.

IDYLL. XII.

V. 2. — Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι.] Hunc locum laudat Julianus in Epistola ad Libanium. Ἀλλὰ καὶ τούτων με τῶν τριῶν ἡμερῶν ἴσθι συντρίψας, εἴπερ ἀληθῆ φησιν ὁ Σικελιώτης ποιητὴς, ΕΝ ΗΜΑΤΙ φάσκων ΠΟΘΟΥΝΤΑΣ ΓΗΡΑΣΚΕΙΝ. p. 397.

V. 32. Ὅς δέ κε προσμάξῃ γλυκερώτερα χείλεσι χείλη.] Huc respexit Julianus in Misopog. p. 338. Ὑπὲρ δὲ τοῦ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν ἥκιστα ἀλγῶ. Καίτοι καὶ τοῦτο ἔχειν ἔοικεν ὁ πώγων, ὥσπερ τὰ ἄλλα, λυπηρόν· οὐκ ἐπιτρέπων καθαρὰ λείοις, καὶ διὰ τοῦτο, οἶμαι, ΓΑΥΚΕΡΩΤΕΡΟΙΣ ΧΕΙΛΕΣΙ ΧΕΙΛΗ ΠΡΟΣΜΑΤΤΕΙΝ. Ὅπερ ἤδη τις ἔφη τῶν ἐργασαμένων σὺν τῷ Πανὶ καὶ τῇ Καλλιόπῃ εἰς Δάφνιν ποιήματα. Ceterum hoc Idyllium Theocrito abjudicavit D. Heinsius. Sed invito, ut videtur, Juliano.

V. 37. — Χρυσὸν ὁποίῃ
Πευθονται μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον ἀργυραμοιβοί.]

Hunc locum non intellexit Reiskius. Ἐτήτυμον πεύθεσθαι est, *vere et accurate* explorare. Hesychius, Ἐτήτυ-

μον, ἀληθὲς vel ἀληθῶς. Quare nihil mutandum in Theocrito.

IDYLL. XIII.

V. 24. Ἀιετὸς ὡς, μέγα λαῖτμα. —] „Ita dant „omnes editiones. Pro quo ſcripſi, Αἰετὸς ὡς μεγάλαι„χμος. *Ut aquila magnis unguibus praedita.*" REISKIUS. Quae haec intemperies omnia corrigendi? Nihil verius aut venuſtius vulgata lectione. Quid quod μέγα λαῖτμα elegans et poetis familiare eſt. Homer. Odyſſ. ε. 174.

— Σχεδίη περάαν ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ θαλάσσης.

Idem, Odyſſ. η. 34.

Νηυσὶ θοῇσιν τοίγε πεποιθότες ὠκείῃσι
ΛΑΙΤΜΑ ΜΕΓ' ἐκπερόωσιν. —

Heſiod. Oper. 164.

Τοὺς δὲ καὶ ἐν νήεσσιν ὑπὲρ ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ θαλάσσης
Ἐς Τροίην ἀγαγών. —

Apollon. Rhod. IV. 980.

Πεῖρον ἁλὸς ΜΕΓΑ ΛΑΙΤΜΑ. —

Illud vero μεγάλαιχμος, quae vox plane nova et inaudita eſt, nihil huc facit, et proinde omnibus Muſis exſibilandum eſt.

V. 40. — Περὶ δὲ θρία πολλὰ πεφύκει
Κυάνεόν τε χελιδόνιον, χλοερόν τ' ἀδίαντον.] Editio Florentina, θρύα. Recte omnino. θρύον eſt *juncus*, ſive *herba*, quae in locis ἡμένοις et paluſtribus naſcitur. Θρύον et ἀδίαντον conjungit Orpheus, Argon. 913.

— Εὐειδὴς ΑΔΙΑΝΤΟΣ,
Καὶ ΘΡΥΟΝ.

Quare nullus dubito, quin ita ſcripſerit Theocritus. Confer nos ad Suid. V. ΤΕΘΡΙΑ. Ubi ſimilis error.

V 68 Ναῦς μένεν ἄρμεν' ἔχοισα μετάρσια — —
Ἰστία δ' ἠίθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον] De priori verſiculo alii viderint. Poſterior autem manifeſto vitio corruptus eſt, atque ita emendandus,

ΟΥΡΟΝ δ' ἠίθεοι μεσονύκτιον ἐξεκάθαιρον.

Οὖρον ἐξεκάθαιρον. *Alveum expurgabant ad navem deducendam.* Reſpexit noſter ad Homer. Il. β. 153.

— Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον
Ἅπτεσθαι νηῶν, ἠδ' ἑλκέμεν εἰς ἅλα δῖαν,
ΟΥΡΟΥΣ Τ' ΕΞΕΚΑΘΑΙΡΟΝ. — —

Ubi Schol. ΟΥΡΟΥΣ. ταφροειδῆ ὀρύγματα, δι' ὧν αἱ νῆες καθέλκονται εἰς τὴν θάλασσαν.

IDYLL. XIV.

V. 14. Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν. — Nihil muta. Χῶρος eſt *ager* ſive *villa ruſtica.* Heſych. Χῶρος, τόπος, ἀγρὸς ἀνθρώπου ἢ χωρίον. Ita ſcribendus iſte locus. Hinc Πρόσχωρα, *loca vicina*, ſive *quae villae adjacent.* Heſych. Παραύλια, τὰ παρὰ τὴν αὐλήν, οἷον πρόχωρα. lege, ΠΡΟΣΧΩΡΑ. Photius in Lex. MS. Παραύλια, ΠΡΟΣΧΩΡΑ. Suidas, ΠΡΟΣΧΩΡΟΙ, περίοικοι, *circumvicini.* Deinde ſequitur apud Noſtrum,

— Δύο μὲν κατέκοψα νεοσσώς.

Ubi verbum κατακόπτειν appoſitiſſimum eſt. Heraclides Comicus apud Athenaeum, lib. XII. p. 532.

Ἀλεκτρύονα τὸν τοῦ Φιλίππου παραλαβὼν
Ἀωρὶ κοκκύζοντα καὶ πλανώμενον,
ΚΑΤΕΚΟΨΕΝ. —

V. 25. Οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες. — Ad hunc locum, qui venuſtus in primis eſt, reſpexit ſcriptor neſcio quis apud Suidam, cujus verba adponam. Λυκον εἶδες. ἐπὶ τῶν αἰφνίδιον ἀχανῶν γινομένων. Σὺ δ' οὐκ ἂν δύναιο πρὸς αὐτὸν ἀντιβλέπειν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, ΟΥ ΦΘΕΓΞΗ; ΛΥΚΟΝ ΕΙΔΕΣ, εἴπερ ἄλλοθί που καὶ ταῦθα δόξει κυρίως εἰρῆσθαι. Ita diſtinguendus iſte locus ex Edit. Mediolanenſi. Dum

haec ſcribo, Suidam noſtrum in praecedenti articulo graviter adfectum eſſe video, quem hic una opera inſtaurabo. Λυκομήδειος. Τῇ τοῦ Λυκομήδους παιδὶ φιλαστραγάλῃ. Ad hunc locum ne verbum quidem Kuſterus. Res ita ſupplenda et reſtituenda eſt: Λυκομηδείῳ· τῇ τοῦ Λυκομήδους παιδί,

Τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φιλαστραγάλῃ.

Confer Suid. V. ΙΟΤΗΤΙ. ubi integrum diſtichon legitur. Epigramma ipſum non exſtat. De *Lycomedis* autem *filiabus*, Leonides in Epigram. apud Reisk. p. 45.

V. 24. — Λάβα τοῦ γείτονος υἱὸς,
Εὐμάκης χ'ἁπαλός. —] Verſus poſterior laborat. Scribendum,

Εὐμάκης, ἁπαλός. — —

Ceterum ad hunc locum reſpexiſſe videtur Longus *Paſtoral.* lib. III. p. 110. Ed. Junger. Τῆς ἐπιούσης ὡς παρὰ τὴν γυναῖκα ΛΑΒΑ τὴν τίκτουσαν ἀπιοῦσα φανερῶς ἐπὶ τὴν δρῦν, ἐν ᾗ ἐκαθέζετο Δάφνις καὶ Χλόη, παραγίνεται. Ita ſcribendus iſte locus, qui viros eruditiſſimos admodum torſit. Τὴν γυναῖκα Λάβα eſt *Uxorem vicini Labae. Neighbour Laba's wife.* Τὴν τίκτουσαν ΓΕΙΤΟΝΑ ſupra vocat Longus. Vulgo nullo ſenſu legitur λαβήν. Quod fruſtra defendit Cl. Albert. ad Heſychium. Ad Theocritum autem paſſim adludit Longus.

V. 35. — ἀνειρύσασα δὲ πέπλως,
Ἔξω ἀπῴχετο θᾶσσον. — —] Hunc locum, quo nihil elegantius aut expreſſius, inſigniter violavit Cl. Reiskius. Ita locutus eſt Noſter XXVI. 16. p. 398.

— — αἱ δ' ἐδίωκον
ΠΕΠΛΩΣ ἐκ ζωστῆρος ἐπ' ἰγνυ' ΑΝΕΙΡΥΣΑΣΑΙ.

Huc facit egregie Apollonius Rhodius IV. 940.

Αὐτίκ' ανασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας
Ὑψοῦ ἐπ' αὐτάων σπιλάδων καὶ κύματος ἀγῆς
Ῥώοντ' ἔνθα καὶ ἔνθα.

Ubi Schol. Εὐθέως ΑΝΕΛΚΥΣΑΣΑΙ ἐπὶ τῶν λευκῶν γονάτων ΤΑ ΙΜΑΤΙΑ ἄνωθεν τοῦ ζωναρίου, καὶ ΑΝΑΣΥΡΑΣΑΙ ΑΥΤΑ, ἐρρωμένως ἄνωθεν τῶν πετρῶν καὶ τῆς τοῦ κύματος ἀνακλάσεως ἐκινοῦντο. Confer Joannem Meurſium in Spicilegio ad Theocritum.

V. 37. Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος; ἄλλον ἰοῖσα
Θάλπε φίλον. —] Ad hunc locum manifeſto reſpexit Paulus Silentiarius in Epigrammate, quod quia ſatis feſtivum eſt, et Bucolici noſtri veneres non ſemel expreſſit, hic integrum et ex Cod. MS. emendatum ſubjiciam.

Δειελινῷ χαρίεσσα Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ
Κεῖτο περὶ κροτάφους πῆχυν ἑλιξαμένη.
Τολμήσας δ' ἐπέβην λεχέων ὑπέρ· ὡς δὲ κελεύθου
Ἥμισυ Κυπριδίης ἤνυον ἀσπασίως,
Ἡ παῖς ἐξ ὑπνοῖο διέγρετο, χερσὶ δὲ λευκαῖς
Κράατος ἡμετέρου πᾶσαν ἔτιλλε κόμην.
Μαρναμένης δὲ τὸ λοιπὸν ΑΝΥΣΣΑΜΕΝ ἔργον ἔρωτος,
Ἡ δ' ὑποπιμπλαμένη δάκρυσιν εἶπε τάδε·
Σχέτλιε, νῦν μὲν ἔρεξας ὅ τοι φίλον, ᾧ ἔπι πουλὺν
Πολλάκι σῆς παλάμης χρυσὸν ΑΠΩΜΟΣΑΜΗΝ.
ΟΙΧΟΜΕΝΟΣ Δ' ΑΛΛΗΝ ΥΠΟΚΟΛΠΙΟΝ εὐθὺς ἑλίξεις,
Ἐστὲ γὰρ ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίναι.

Ita ſcribendum eſt iſtud Epigramma, cujus tum metrum, tum Graeciſmum minus perſpectum habuerunt eruditiſſimi editores. Vocem Ὑποκόλπιος uſurpat etiam Automedon in Epigrammate apud *Stratonem*; quod hactenus *inditum*, hic, ob ſingularem elegantiam, in lucem publicam proferam.

ΑΥΤΟΜΕΔΟΝΤΟΣ.

Πρὸς τὸν παιδοτρίβην Δημήτριον ἐχθὲς ἐδείπνουν,
Πάντων ἀνθρώπων τὸν μακαριστότατον.
Εἷς αὐτοῦ κατέκειτ' ΥΠΟΚΟΛΠΙΟΣ, εἷς ὑπὲρ ὤμων,
Εἷς ἔφερεν τὸ φαγεῖν, εἷς δὲ πιεῖν ἐδίδου·
Ἡ τέτρας ἡ περίβλεπτος. ἐγὼ παίζων γε πρὸς αὐτὸν
Φημί, etc.

Atque hic, quod attinet ad *Decubitum Graecorum*, plura poſſent adſcribi.

V. 38. — — Τήνῳ τὰ σὰ δάκρυα μᾶλα ῥέοντι.] Locutio vernilis. Quicquid *gratum* et *perjucundum* eſt μᾶλα vocat poeta. Sic nos Angli, *This is nuts and figs to him.* Editor autem *Lipſienſis*, quod mireris, μάλα ſcribendum contendit. Quo pacto tum *metrum* tum *ſenſum* peſſundedit. Sed in Theocrito jugulando artifex eſt Cl. Reiskius. Haud aliter Noſter III. 34.

Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.

Qui locus notandus.

V. 39. Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἄψορρον ταχινὰ πέτεται βίον ἄλλον ἀγείρειν.] Hunc locum minus perſpectum habuerunt Interpretes. Senſus eſt: *Quemadmodum hirundo celeriter avolat ad aliud et aliud pabulum pullis ſuis comparandum; ita quoque ſine mora Cyniſca a nobis avolabat.* Quare locus ita diſtinguendus eſt,

Μάστακα δ' οἷα τέκνοισιν ὑπωροφίοισι χελιδὼν
Ἄψορρον ταχινὰ πέτεται, βίον ἄλλον, ἀγείρειν·

Et hoc verum. Quod vero ſequitur ᾧ πόδες ἄγον, eleganter vertit Horatius

— *Ferebar* INCERTO PEDE.

V. 46. — Οὐδὲ Θρᾳκιστὶ κέκαρμαι.] Legebat Scholiaſtes,

— — οὐδὲ ΚΑΡΙΣΤΙ κέκαρμαι.

Quod ex interpretatione ejus liquet. Ψηφίζει τὰς ἡμέρας, ἀφ' οὗ ἀπ' ἀλλήλων κεχωρισμένοι εἰσὶ, καὶ ἀφ' οὗ οὐκ ἐκάρη ΚΑΤΑ ΚΑΡΑΣ τὰς τρίχας. Quae lectio ſane pulcherrima eſt.

V. 47. Ἃ δὲ Λύκῳ νῦν πάντα. —] Edit. Florentina, Οἷδε Λύκος νῦν πάντα. Repono certiſſime,

Οἱ δὲ Λύκος νῦν πάντα. —

Illi vero omnia nunc Lycus est. Lucianus *de Dea Syria.* Ὡς δέ οἱ τὸ κακὸν μεῖζον ἡσυχίης ἐγένετο, ὡς ἐμφανὲς ἐτρύχετο, κλαιεσκέ τε δι' ἡμέρης, καὶ Κόμβαβον ἀνεκαλέετο, ΚΑΙ ΟΙ ΠΑΝΤΑ ΚΟΜΒΑΒΟΣ ΗΝ. *Verum ubi malum hoc factum est majus quam ut silentio tegi posset, palam conficiebatur, interdiu flebat, et Combabum accersebat.* ET QUE OMNIA COMBABUS ERAT. Quae ex Theocrito manifesto adumbrata sunt. Confer nos ad XXVII. 49.

V. 55. — — Οὔτε κάκιστος,
Οὔτε πρᾶτος ἴσως, ὁμαλὸς δέ τις ὁ στρατιώτης.]

Notandum illud, ὁμαλὸς στρατιώτης. *Miles nec primus nec postremus.* Quomodo locutus est Plutarchus in Cat. Major. Φαινεται δ' ὁ μὲν Ἀριστείδης, οὔπω τότε μεγάλων οὐσῶν τῶν Ἀθηνῶν, καὶ τὰς οὐσίας ἔτι ΣΥΜΜΕΤΡΟΙΣ ΚΑΙ ΟΜΑΛΟΙΣ ἐπιβαλὼν δημαγωγοῖς καὶ στρατηγοῖς, ἐπιφανὴς γενέσθαι.

IDYLL. XV.

V. 25. Ὧν εἴδες, χὢν εἶπας ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.] Libri nonnulli, ὧν ἴδες. Rescribo,

Ὧν ἴδες ὧν εἴπαις ἂν ἰδοῖσα τὺ τῷ μὴ ἰδόντι.

Recte Schol. Ἐξ ὧν ἐθεάσω, ἐκ τούτων ΔΙΗΓΗΣΑΙΟ ΑΝ τῷ μὴ θεασαμένῳ. Est autem ὧν pro ἓν. Quod Dorum est. Noster v. 69.

— Μήτ' ΩΝ τύγα τοῦτον ὀνάσῃς.

V. 58. Ἵππον καὶ τὸν ψυχρὸν ὄφιν. —] Huc facit egregie Scholiastes ad Aeschyli Sept. c. Theb. 387. Φύσει γὰρ ΨΥΧΡΟΣ ΩΝ Ο ΟΦΙΣ ἐν μεσημβρίᾳ ἀκμάζοντος τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος, εὐκίνητός ἐστι καὶ συριγμοῖς προσέχει.

p. 399. V. 73. Ὠθεῦντ' ὥστε ὕες] Editio Florentina, ὥσπερ ὕες. Quae lectio non contemnenda. Sed hujusmodi hiatus haud infrequens est. Alcaeus Comicus apud Athenaeum, IX. p. 396.

Οἶδεν γὰρ αὐτὸς, εἴ τι γρύξομαι μόνον,
Ὧν σοι λέγω πλέον τι γαλαθηνοῦ ὑός.

Enim vero ille, si tibi grunniam modo, me statim intelligit magis quam matrem suam porcellus. Ita scribendus et vertendus iste locus, qui insignis est, et magnum Animadversorem elusit.

V. 88. — Πλατυάσδοισαι. —] Scribendum πλατυιάσδοισαι. Τὸ ι epentheticum. Quod Graecis usitatissimum est.

IDYLL. XVI.

Ver. 9. — Ὅτ' ἀληθίην ὁδὸν ἦνθον.] Editio Aldina ὅτ' ἀλητείην ὁδὸν ἦνθον. Quod et in textum admisit Cl. Reiskius. Atqui ἀλητείην ἔρχεσθαι ne Graecum quidem videtur. Quid quod versus scaber, et sensus nullus. Neque enim poetae vitio vertebant Charites, quod *viam erraticam iviſſent*, sed quod *frustra* et *nullo fructu* iter illud peregissent. Recte Schol ΑΛΙΘΙΗΝ. ἤγουν ματαίαν ὁδόν. *Iter infructuosum. A fruitless journey.* Quod non raro faciunt poetae.

V. 30. Ὄφρα κε, κ'εἰν ἀΐδαο κεκρυμμένος, ἐσθλὸς ἀκούσης.] Ita scribendus est iste versiculus, quem perperam administravit Cl. Reiskius. Aliud est ἐσθλὰ ἀκούσης, aliud ἐσθλὸς ἀκούσης. quae verissima et antiquissima lectio. Ita locutus est Noster, XXIX. 21.

Αἰ γὰρ ὧδε ποῆς, ΑΓΑΘΟΣ ΜΕΝ ΑΚΟΥΣΕΑΙ —
Ἐξ ἀστῶν. — —

Huc non nihil facit auctor epigrammatis ἐπιταφίου in *Theodotum*, nescio quem, *Sostrati* filium, quod post alios publicavit Cl. Chishullus in *Itinerario*, p. 168. et non ita pridem doctissimus d'Orvillius ad *Charit.* 523. Sed corruptum uterque et parum perspectum. Carmen integrum, quod purae et priscae elegantiae est, hic emendatum adscribam.

Ἤλυθες οὐκ ἀβόατος ἐνὶ τρισσαῖς δεκάδεσσι,
Θεύδοτε, τὰν ζώοις οἶμον ὀφειλομέναν.
Καί σε τὸν ἐν σπονδαῖσι γεγαθότα πουλὺ μετ' ἀστῶν
Μάτηρ αἰάζει μυρομένα πρύτανιν.

Πέτρος ὅδε ξείνοισι βοάσεται, ὡς αἴδαλος
Ἀσφαλὲς ἀνθρώποις οὐδὲν ἔνειμε τύχη.
Εἴης τοι σὺν πατρὶ κεχαρμένος, ΟΦΡ ΑΝ ΕΣ ΑΙΩ
Σώστρατος ἐν φθιμένοις μυρίον αἶνον ἔχῃ.

Ita legendum et diſtinguendum iſtud Epigramma. Idem ἐς αἰῶ et εἰς αἰῶνα. Lexicon *Sangerm. ineditum* apud Cl. Ruhnkenium: Αἰῶ, τὸν αἰῶνα κατ' ἀποκοπὴν Αἰσχύλος εἶπεν. Eleganter, ut ſolet, Longinus Περὶ ὕψους. ζ. 4. Ἀλλ' οὐδ' ἐκ τοιούτων προσώπων διὰ μικροψυχίαν καλὸν ἀσχημονεῖν ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΙΩΝΑ.

V. 32. Ὡσεί τις μακέλᾳ τετυλωμένος ἔνδοθι χεῖρας,
Δεινὴν ἐκ πατέρων πενίην ἀκτήμονα κλαίων.] Legendum, κἀκτήμονα ſive καὶ ἀκτήμονα. Πενίην δεινὴν καὶ ἀκτήμονα. *Pauperiem duram et anguſtam.* Notandum autem illud, τετυλωμένος χεῖρας. Quod hominis *foſſoris*, et *manibus* victum quaeritantis eſt. Lucianus in *Somnio.* Ἡ μὲν ἐργατικὴ, καὶ τῷ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως. Hinc Callimachus *in Dian.* 213 de virginibus, Dianae aſſeclis, pharetramque *laevo humero* geſtantibus,

— ΑΤΥΛΩΤΟΙ δέ φιν ὦμοι
Δεξιτεροὶ, καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.

Ita ſcribendus iſte locus. de quo nos ad Suid. V. Τύλα. Atque hic nequeo mihi temperare, quin inſignem locum D. Pauli ſubjiciam, ut emendem. Nam quod vulgo legitur, viris doctiſſimis neutiquam ſatisfacit. Eſt autem in Epiſtola ad Epheſios, IV. 28. Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Ubi quid ſit ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν ταῖς χερσὶν, equidem non intelligo. Ἐργάζεσθαι τὸ ἀγαθὸν eſt *benefacere*, quod huic loco non convenit. Paulus ad Galat. VI. 10. Ὡς καιρὸν ἔχομεν, ΕΡΓΑΖΩΜΕΘΑ ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ πρὸς πάντας, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Quare locus Apoſtoli ita tandem reſcribendus videtur: Ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος ΤΟΝ ΑΡΤΟΝ ταῖς χερσὶν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. Quae planiſſima ſententia. Ἐργάζεσθαι τὸν ἄρτον eſt *Victum ſibi comparare. to*

earn ones bread. Ἐργάζεσθαι τὴν βρῶσιν vocat Ioannes, VI. 27. Quod tantundem eſt Opportune ſuccurrit Paulus in Epiſtola Secunda ad Theſſal. III. 11 12. Ἀκουομεν γάρ τινας περιπατοῦντας ἐν ὑμῖν ἀτάκτως μηδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. Τοῖς δὲ τοιούτοις παραγγέλλομεν καὶ παρακαλοῦμεν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετὰ ἡσυχίας ΕΡΓΑΖΟΜΕΝΟΙ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΑΡΤΟΝ ΕΣΘΙΩΣΙ. Quae plane affinia ſunt.

V. 41. — Εὑρεῖαν σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος.] Legebat Dionyſius Lambinus, vir doctiſſimus, ad Horatium στυγνοῖο Χαρόντος. Proculdubio legendum

— Εὑρεῖαν σχεδίαν στυγνοῖο ΓΕΡΟΝΤΟΣ.

Στυγνὸς γέρων eſt *Charon.* Στυγνὸν πορθμῆα vocat infra Theocritus. Nihil verius hac emendatione. Virgilius de Charone,

Et ferruginea ſubvectat corpora cymba
Iam SENIOR. — —

Ceterum quam εὑρεῖαν σχεδίαν Theocritus, κοίλην ἄκατον vocat Hermeſianax apud Athenaeum, XIII. p. 597.

Ἔνθα Χάρων ΚΟΙΛΗΝ ἕλκεται εἰς ἄκατον
Ψυχὰς οἰχομένων. — —

Quod perinde eſt. Vulgo inepte legitur ἀκοήν. Eſt qui legat κοινὴν, quod argutum eſt. Sed nos veram lectionem reſtituimus. Homer. Odyſſ. γ. 344.

Ἄμφω ἱέσθην ΚΟΙΛΗΝ ἐπὶ νῆα νέεσθαι.

V. 69. — Χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ἀοιδᾶν
Μουσάων, ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.]

Editio Florentina Κουράων. Recte. Locus ita legendus et diſtinguendus eſt,

Δίζημαι δὲ τίνι θνατῶν κεχαρισμένος ἔνθω
Σὺν Μοίσαις. Χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν ΑΟΙΔΩΝ,
Κουράων ἀπάνευθε Διὸς μέγα βουλεύοντος.

Ὁδοὶ ἀοιδῶν ſunt *poetarum ad divites acceſſus*, quos abs-

p.400. que Musis *difficiles* atque *irritos* esse dicit. Recte autem Musas Διὸς κούρας vocat poeta. Noster supra 1.

Αἰεὶ τοῦτο ΔΙΟΣ ΚΟΥΡΑΙΣ μέλει, αἰὲν ΑΟΙΔΟΙΣ.

V. 77. — Ἐρρίγασιν] MSS nonnulli ἐρρίγαντι. Quod verum, et ut solent Dores. Noster, I. 43.

Αἱ δέ οἱ ΩΔΗΚΑΝΤΙ κατ' αὐχένα πάντοθεν ἶνες.

Idem XV. 82.

— Ὡς ἔτυμ' ΕΣΤΗΚΑΝΤΙ. —

Quare Theocrito nostro Dorismus suus restituendus est.

IDYLL. XVII.

Ver. 17. Ἀθανάτοις, καὶ οἱ, etc.] Versus laborat. Scribendum Ἀθανάτοισι. Simile peccatum infra XXI. 11.

Ὁρμειαὶ, κύρτοι, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι.

Scribendum,

Ὁρμειαὶ, κύρτοὶ τὲ καὶ — — —

V. 52. — Κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας.] Hunc locum frustra sollicitavit Cl. Reiskius. Ποθέοντι est *Amanti*. Noster XII. 2.

— οἱ δὲ ΠΟΘΕΥΝΤΕΣ ἐν ἤματι γηράσκουσι.

Quare dicit poeta, *Berenicen amantium curas allevare*. Quod alibi Κουφίζειν τὸν ἔρωτα vocat Theocritus. Sed haec non intellexerunt Interpretes.

V. 122. — ποδῶν ἐκμάσσεται ἴχνη.] Inepte Interpres, *detergit vestigia*. Immo, *exprimit*, *refert*. *Walks in the steps of his father*. Leonidas in Epigram. Anthol. L. IV. p. 466.

Τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι,
Ἀφρῷ τε μορμύρουσαν εὐλέχη Κύπριν
Ἰδὼν Ἀπελλῆς κάλλος ἱμερωτατον
Οὐ γραπτὸν ἀλλ' ἔμψυχον ΕΞΕΜΑΞΑΤΟ.

Idem ἐκμάσσεσθαι et ἀπομάσσεσθαι. Cyrus in Epigram. Anthol. lib. III. p. 334.

Τρεῖς ἐτέων δεκάδες Μαίης χρόνος· ἐς τρία δ' ἄλλα
Ἔτρεχεν, ἀλλ' αἴδης πικρὸς ἔπεμψε βέλος·
Θηλυτέρην δ' ἥρπαξε ῥόδων καλύκεσσιν ὁμοίην,
Πάντ' ΑΠΟΜΑΞΑΜΕΝΗΝ ἔργα τὰ Πηνελόπης.

Ut Maja Penelopen, ſic Ptolemaeus parentes ſuos vita et inſtitutis referebat. Ceterum quae ad hunc locum commentatus eſt Cl. Reiskius, una litura corrigenda ſunt.

IDYLL. XVIII.

Ver. 12. — Καθ' ὥραν αὐτὸν ἐχρῆν τυ.] Miſerum hunc verſiculum, qui nonnihil mendoſus eſt, penitus diſperdidit Cl. Reiskius. Legendum alibi monuimus, cum Heinſio,

— — Καθ' ὥραν ΕΥΔΕΝ ἐχρῆν τυ.

Quod verum et elegans. Hujusmodi repetitionibus gaudet Theocritus. Recte etiam ἐχρῆν τυ. Quae vox reſtituenda Lyſidi Pythagoreo, apud Iamblich. Vit. Pythag. cap. XVII. Γευσάμενος, ὦ γενναῖε, Σικελίας πολυτελείας, ἃς οὐκ ΕΧΡΗΝ ΤΥ ΓΕΝΕΣΘΑΙ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. Ita ſcribendus iſte locus. Vulgo inepte legitur ἐχρῆν τοι γεύεσθαι. Illud autem γενέσθαι δεύτερον, Graeciſſimum et elegantiſſimum eſt. Aphthonius Sophiſt. Progymn. Cap. V. Πῶς δὲ διώκων τὴν κόρην ὁ Πύθιος, θνητῆς ΕΓΕΝΕΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

V. 17. — Ἀγαθός τις ἐπέπταρεν ἐρχομένῳ τοι
Ἐς Σπάρταν, ὅποι ᾧ ἄλλοι ἀριστέες, ὡς ἀνύσαιο.]

Aliud eſt ἀνύσαι, aliud ἀνύσασθαι. Quod miror non animadvertiſſe Interpretes. Noſter, V. 144.

ΑΝΥΣΑΜΑΝ τὸν ἀμνόν. —

Agnum conſecutus ſum. I have got the prize. Ariſtoph. Plut. 196.

Κἂν ταῦτ' ΑΝΥΣΗΤΑΙ, τετταράκοντα βούλεται.

Si haec conſecutus fuerit, quadraginta appetet. Ita ſcribendus iſte locus. Quod, et recte obſervavit Cl. Daweſius.

Polybius, IX. 4. Ὑπέλαβε γὰρ, εἰ καθαρὰν ποιησάμενος τὴν πορείαν αἰφνιδίως ἐπιφανείη τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην τόποις, ἴσως μὲν ἂν καὶ περὶ τὴν πόλιν ΑΝΥΣΑΣΘΑΙ τι τῶν χρησίμων, ἐκπλήξας τῷ παραδόξῳ τοὺς ἐνοικοῦντας. Ubi ἀνύσασθαί τι τῶν χρησίμων, est, *Commodi quid consecuturum. to gain some advantage.* Interpretes non intellexerunt. Quare locus Theocriti ita demum interpretandus videtur: *Fortunate sponse, bonus tibi quispiam adsternutavit ad Spartam proficiscenti, ut tu, aliis posthabitis, has nuptias consequerere.* Quod verum et rectum est. Huc accedit Suidas: ΑΝΥΣΑΣΘΑΙ ΤΙ, παρὰ τοῖς ἄρχουσι διαπράξασθαι. Ad Polybii locum proculdubio respexit Lexicographus.

V. 26. Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον
Πότνια νὺξ ἄτε —] Horum versuum transpositionem recte vidit Heinsius. Locus ita legendus et distinguendus est,

Πότνια νύχθ' ἄτε, λευκὸν ἔαρ χειμῶνος ἀνέντος,
Ἀὼς ἀντέλλοισα καλὸν διέφαινε πρόσωπον,
Ὧδε καὶ ἁ Χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν.

Recte πότνια Ἀὼς, ut πότνια Ἥβη, πότνια Ἥρη, et si quae alia. Illud autem νυκτὶ perquam necessarium est. Apollonius Rhod. II. 672.

Ἧμος δ' οὔτ' ἄρ πω φάος ἄμβροτον, οὔτ' ἔτι λίην
Ὀρφναίη πέλεται, λεπτὸν δ' ἐπιδέδρομε ΝΥΚΤΙ
ΦΕΓΓΟΣ. — —

V. 39. Ἄμμες δ' ἐς δρόμον ἦρι. — —] Hunc locum perperam sollicitavit Cl. Reiskius. Δρόμος est *gymnasium*, sive *ambulacrum publicum.* Suidas, Δρόμοις, τοῖς γυμνασίοις, κατὰ Κρῆτας. Laërtius, in Platone Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. Τὸ δὲ ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες, ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησίν,

Ἐν εὐσκίοις ΔΡΟΜΟΙΣΙΝ Ἀκαδήμου θεοῦ.

Stadia Platonis vocat Propertius, III. 20.

Illic

Illic vel STADIIS animum emendare Platonis
Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.

Eſt autem ἦρι, *mane*, ſive *tempore matutino*. Quomodo noſter infra XXIV. 19.

p.402.

ΗΡΙ δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις.

Ubi recte interpres, *ſub auroram*. Callimachus in Jov. 85.

Ἑσπέριος κεῖνός γε τελεῖ τά κεν ΗΡΙ νοήσῃ.

Ita legendus iſte locus. Quod et dudum viderunt eruditi. Extra dubium ponet Aratus Phaenom. p. 34.

Αἱ μὲν ὅμως ὀλίγαι καὶ ἀφεγγέες, ἀλλ' ὀνομασται
ΗΡΙ ΚΑΙ ΕΣΠΕΡΙΑΙ, Ζεὺς δ' αἴτιος, εἰλίσσονται.

Ad quem locum conſulendus Scholiaſtes. Ceterum iſti Arati verſiculi laudantur Athenaeo XI. p. 490.

V. 48. Ἀνγνοίη Δωριστί. —] Hic locus ſatis ſanus videtur, et non eſt. Nam verbum Ἀνγνοίη, quod nemo vidit, eſt purum putum gloſſema, quod ex margine libri, ut fieri ſolet, in textum irrepſerat. Editio Florentina, Ἀννείμη Δωριστί. Quod omnino verum et egregium. Heſychius, ΑΝΝΕΜΕΙΝ. Ἀναγινώσκειν. Suidas, ΑΝΑΝΕΜΕΙΝ. ἴσον τῷ ἀναγινώσκειν. Ἐπίχαρμος. Ἡρόδοτος δὲ ΑΝΑΝΕΜΕΣΘΑΙ ἐπὶ τοῦ καταλέγειν τέθεικεν. Qui locus neutiquam ſollicitandus eſt. Pindar. Iſthm. Od. II.

Ταῦτα Νικάσιππ' ΑΠΟΝΕΙΜΟΝ, ὅταν
Ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

Ubi Schol. Ἰστέον ὅτι τὸν εἰς Ξενοκράτην ὕμνον εἰς Ἀκράγαντα διὰ Νικασίππου πέμπει πρὸς Θρασύβουλον τὸν Ξενοκράτους ἀδελφόν. Τὸ γὰρ ΑΠΟΝΕΙΜΟΝ ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ,

Σὺ δ' ἐν θρένοισι γραμμάτων πτύχας ἔχων,
ΑΠΟΝΕΙΜΟΝ. — —
ΝΕΜΕΙ τίς οὐ πάρεστι, τίς ξυνώμοσε.

Καὶ Παρθένιος ἐν τῇ Ἀρήτῃ τὸ ΑΝΝΕΙΜΕ, ἀντὶ τοῦ ἀνέγνω. Καὶ ΑΝΝΕΙΜΗ, ΔΩΡΙΣΤΙ Βουκόλος. Ita ſcribendus iſte locus, qui exquiſitiſſimus eſt, et parum hactenus

intellectus. Ad Theocritum autem, qui veteribus ΒΟΥΚΟΛΟΣ dictus, manifesto respexit Pindari Scholiastes.

IDYLL. XX.

V. 5. Μὴ τύ γέ μευ κύσῃς τὸ καλὸν στόμα. —] Verbum κύσαι primam semper corripit. Quare legendum

Μὴ τύ γά μευ ΚΥΣΣΗιΣ τὸ καλὸν στόμα. —

Homerus Odyss. II. 15.

ΚΥΣΣΕ δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φαεὰ καλά.

V. 15. Χείλεσι μυθίζοισα. —] Scribendum μυχθίζοισα. Quod et vidit Reiskius. Vidit et doctissimus Hemsterhusius ad Lucianum: qui de hoc verbo consulendus. Addam elegantissimum locum Polybii lib. XV. cap. 24. Ὧν οἱ Μακεδόνες ἀκούοντες ουχ οἷον ἠλέουν αυτὸν, ἀλλὰ πρὸς οὐδενὶ προσεῖχον τῶν λεγομένων· καὶ ΜΥΧΘΙΖΟΝΤΕΣ δὲ καὶ διαψιθυριζοντες ἐξελήρησαν οὕτως, ὥστε μηδ' αὐτὸν εἰδέναι μήτε πῶς τοπαράπαν ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπελύθη. *Haec loquentem Macedones quum audirent, adeo nulla ejus misericordia tangebantur, ut nulli eorum quae dicerentur attenderent: quin et hominem* sannis sibilisque exceptum *ita dementarunt, ut ipse nesciret quo pacto ex illa concione esset dimissus.* Ita scribendus et vertendus iste locus, quem minus perspectum habuit magnus Interpres.

V. 17. Χά μὲν ἔβα με λιποῖσα —] Imperitissime Reiskius, λυποῖσα. Quod contra versum est. Verba enim Λύπη et Λυπεῖν, cum tota familia, primam semper producunt. Noster, VIII. 90.

— Κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα ΛΥΠΑι.

Idem, XXIII. 22.

— Οὐκ ἔτι γάρ σε,
Κῶρε, θέλω ΛΥΠΗιΝ κεχολωμένον.

Quem locum illotis manibus contrectavit editor Lipsiensis. Ceterum quod dixit Theocritus dixit etiam Euripides Phoeniss. 210.

Τύριον οἶδμα ΛΙΠΟΤΣ' ΕΒΑΝ
Ἀκροθίνια Λοξίᾳ
Φοινίσσας ἀπὸ νάσου.

Sed hoc tritum et ſolenne eſt.

IDYLL. XXI.

V. 10. — Φυκιόεντά τε λῆδα.] Corrigunt viri docti φυκιόεντά τε ΛΙΝΑ. Sed vox Λίνον hoc infortunio laborat, quod primam ſemper corripiat. Quod contra verſum eſt. At vero huic obſervationi obſtare videntur loca nonnulla, quae hic operae pretium fuerit ſubjicere, ut emendatiora legantur. Nicander, Alexiph. 450.

— Ῥοδέοιο νέον θύος εὔτριχι λίνῳ.

Ubi recte codex Mediceus, εὔτριχι ΛΗΝΕΙ. Quocum facere videtur Scholiaſtes. Heſychius, Λήνει ἐρίῳ. Apollinarius, Metaphraſ. Pſalm. X. 13.

Οὐρανόθεν χαλεποῖς λῖνα φθισίμβροτα πέμπει.

Lege χαλεποῖσι λίνα. Nonnus, Dionyſ. XVIII. 459.

Αὐχένα λιναίῃ ὀφιώδεα τύψεν ἱμάσθλῃ.

Qui verſus non una macula deformatus eſt. Scribendum ſine dubio,

Αὔρης δ' ἐγγὺς ἵκανεν ἀγήνορος, ὑψινόου δὲ
Αὐχένα ΛΑΙΝΕΗΝ ὀφιώδεϊ τύψεν ἱμάσθλῃ.

Nonnus ut ſupra, v. 435.

ΛΑΙΝΕΗΣ ἀτίνακτον ἀμειβομένης δέμας ΑΥΡΗΣ.

Confer Cl. D'Orvill. ad Charit. p. 768. ubi de hoc loco agit, ſed fruſtra agit. Atque haec hactenus. Theocriti autem lectio, ut ad Noſtrum revertamur, neutiquam ſollicitanda eſt. Idem λῆδος, λῆδον, et λήδιον ſive λήδιον. Ejus meminere Pollux, Heſychius, Suidas, alii. Etymologus: ΛΗΔΙΟΝ, Φιλήμων φησὶ σημαίνειν εὐτελὲς χιτώνιον, ἢ χλανίδα παλαιάν. *Veſtem vilem et detritam.* Λεπτὸν λήδιον vocat Clearchus Solenſis apud Athenaeum. Sunt autem λῆδα φυκιόεντα, *retia lacera et uſu detrita.* a

parcel of old nets. Quae pars ſupellectilis piſcatoriae. Dicitur autem λῆδα φυκιόεντα, ut χλαίνα λινοῦλκος, χιτὼν τριγλοφόρος, et ſi quae alia ejusmodi. de quibus nos in Epiſt. Crit. p. 106. Sed haec ſunt paulo exquiſitiora, et non niſi paucis perſpecta.

p.402. V. 15. Οὐδεὶς δ' οὐ χύτραν εἶχ', οὐ κύνα —] Quid piſcator cum *cane?* Revocanda lectio, quam tantum non agnoſcunt libri veteres,

Οὐδεὶς δ' οὐ ΧΥΤΡΟΝ εἶχ' ΟΥΧ ΕΝΑ. —

Nemo vero ne unam quidem ollam habuit. Theophraſtus Charact. cap. X. Περὶ Μικρολογίας. Καὶ οἰκέτου ΧΥΤΡΟΝ ΕΝΑ ἢ λοπάδα κατάξαντος, εἰσπράξαι ἀπὸ τῶν ἐπιτηδείων. Ita ſcribendus iſte locus ex MSS. antiquiſſimis. *Si ſervus unam modo ollam aut patinam fregerit, de ejus demenſo tantum detrahet, quanti erat quod fractum eſt.* Quod hominis μικρολόγου eſt. Huc facit Cn. Matius apud Aul. Gell. X. 25.

Aquarium URCEUM UNICUM *domi fregit.*

Vide quae ſcripſimus, ad II. 151.

V. 26. Ἀσφαλίων, μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος. οὐ γὰρ ὁ καιρὸς
Αὐτομάτως παρέβα τὸν ἑὸν δρόμον. —] Ad hunc locum commentatus eſt, ut alios bene multos taceam, Bernardus Martinus, *Var. Lect.* III. 19. Sed fruſtra, et aliud agens vir doctiſſimus. Equidem legebam,

Ἀσφαλίων, μέμφῃ τί καλὸν θέρος; — —

Sed articulus τὸ neutiquam rejiciendus eſt. Quare vide an ita redintegrari poſſit,

Ἀσφαλίων, τί μέμφῃ τὸ καλὸν θέρος; —

Aſphalio, cur accuſas pulchram aeſtatem? Non eſt quod incuſes aeſtatem; neque enim aeſtas, ſed tute incuſandus es. Quae quidem lectio ſimplicitate ſua ſe nobis commendat. Haud aliter locutus eſt Nonnus *Dionyſ.* lib. XXXIX. p. 1018.

— Τί με μέμφεαι, ἄτρομε Μοῤῥεῦ;

Prima autem τᾶ Μέμφη, quod librariis fraudi fuit, nunc *brevis*, nunc *longa* est. de quo docte, ut solet, Cl. Salmasius ad *Herod. Attici Inscript.* p. 87. Sed *Liquidarum* natura a viris doctissimis parum hactenus perspecta fuit. Nos paucis exemplis allatis rem in apricum proferemus. Simonides in Epigrammate apud *Cephalam*, a Cl. Salmasio laudatus,

Ἄνθημεν τόδ' ἄγαλμα Κορίνθιος, ὅσπερ ἐνίκα
Ἐν Δελφοῖς ποτε Νικοκλείδας.
Καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' ἀέθλοις
Ἑξήκοντ' ἀμφορεῖς ἐλαίου·

Ubi prima τοῦ Ἀμφορεῖς, ut prima τοῦ Μέμφη, ob versum necessario corripitur. Aristophanes *in Nub.* 130.

Λόγων ἀκριβῶν σκινδαλάμους μαθήσομαι.

Ubi non male Bentleius σκινδαλάμας. Sed nihil opus. Pronuntiabatur scilicet, σκινδάμας. quod notandum. Leonides in *Epigram. Anthol.* lib. VI. p. 547.

Εὐκάμπες ἀγκιστρον, καὶ δούρατα δουλιχόεντα.

Solon in *Elegiis.*

Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο,
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.

Sappho apud *Hephaest.* p. 23.

Θυρωρῷ πόδες ἑπτάοργυιοι,
Τὰ δὲ σάμβαλα πενταβόεια,
Πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνασαν.

Ad quem locum consulendus Cl. D'Orvill. in *Crit. Vann.* p. 436. Atque hinc nescio an vindicandus Euripides in *Medea* 282. ad quem locum, tanquam ad scopulum, naufragium fecerunt viri doctissimi.

Δέδοικά σ'. οὐδὲν δεῖ περιάμπισχειν λόγους.

Sed de hoc judicent eruditi. Quae sequuntur apud Nostrum,

— ἀλλὰ τὸν ὕπνον
Ἃ φρεντὶς κόπτοισα, μακρὰν τὰν νύκτα ποιεῖ τιν.

haud diſſimiliter expreſſit Apollodorus Comicus in *Galatea*, apud Stobaeum, p. 788.

> Τοῖς γὰρ μεριμνῶσίν τε καὶ λυπουμένοις
> Ἅπασα ΝΥΞ ἔοικε φαίνεσθαι ΜΑΚΡΑ.

Ita ſcribendus iſte locus. Quod et recte obſervavit doctiſſimus Grotius. Notandus autem hic Apollodorus ἐν Γαλατείᾳ. Nam quod exhibet Stobaeus ἐν Γαλάταις, proculdubio corruptum eſt. Cl. Grotius ἐν Γάλακτι. Sed unice verum eſt ἐν Γαλατείᾳ. Quo titulo fabulas conſcripſerunt Alexis, Nicochares, Poſidippus, de quibus Athenaeus, Pollux, Photius, alii. In eodem etiam argumento verſatus eſt Philoxenus, cujus *Galateam* laudat Scholiaſtes ad Ariſtophanis *Plutum*. laudat et Phanias apud Athenaeum, lib. I. p. 6. cujus verba integriora leguntur apud Suidam V. Φιλόξενος. Quod magnum Animadverſorem fugiſſe miror. Huc accedit Schol. ad Theocritum, XI. 1. Καὶ Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ ἔρωτι, καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῷ (leg. αὐτῇ,) ὅπως ταῖς μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται. Plena autem inſcriptio hujus operis fuerat: ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ ΚΥΚΛΩΨ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑ. Hinc nunc ἐν Κύκλωπι, nunc ἐν Γαλατείᾳ laudatur Philoxenus. Quod neſcio an ab aliis animadverſum. Libenter autem Comici fabulas ſuas muliercularum nominibus inſigniebant. de quo nos ad Suidam V. Ἀνάριστος, in quibus, ut de aliis nihil dicam, Philemonis *Neaera*, et Menandri GLYCERA, ex qua pulcherrimos verſus nobis conſervavit Priſcianus:

> ΓΛΥΚΕΡΑ, τί κλαίεις; ὀμνύω σοι τὸν Δία
> Τὸν Ὀλύμπιον, καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, φιλτάτη,
> Ὀμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.

Atque hinc corrigendus inſignis locus Heſychii, qui jam in mendo cubat, et medicorum opem implorat. Ἀριστόδημος. Ἀριστόδημον οἱ κωμικοὶ τὸν πρωκτὸν, καὶ Θεόδωρον, καὶ Τιμησιάνακτα ἔλεγον ἀπὸ τῶν ἡταιρηκότων. Φορμισίους δὲ τὰ γυναικεῖα αἰδοῖα, καὶ Βασιλίδας καὶ λωχάρας. Vox ultima manifeſto depravata eſt. Scribendum abſque contro-

verſia: Βασιλίδας καὶ ΓΛΥΚΕΡΑΣ. *Baſilis* et *Glycera* ſunt nomina *meretricum*. Hinc — ſed pudet dicere. Nihil verius hac emendatione, nihil SUAVIUS. *Baſilidis* meretricis mentionem facit Anaxandrides apud Athenaeum, lib. XV. p. 691.

> Ἀλλ' οἵα νύμφη ΒΑΣΙΛΙΣ ὠνομασμένη
> Μύροις Μεγαλλιοισι σῶμ' ἀλειφεται.

Ubi νύμφη ὠνομασμένη eſt *ſponſa genere et opibus clara*. Interpres hic graviter hallucinatur. Diodorus Sicul. XI. 78. Δευκέτιος ὁ τῶν Σικελῶν βασιλεὺς ὢν, ΩΝΟΜΑΣΜΕΝΟΣ τὸ γένος. De *Phormiſio* autem, cujus ſupra mentio, conſulendus Suidas, et Scholiaſtes ad Ariſtophanis *Eccleſiazuſas*. Φορμήσιον vocat Plato Comicus apud Athenaeum, lib. VI. p. 229. et Philetaerus apud Athenaeum lib. XIII. ubi mortis ejus ſuaviſſimae meminit, verſibus ſane lepidiſſimis, quos hic ſubjiciam, ut emendatiores legantur. Nam Interpres hic nihil vidit. p. 403.

> Παῦσαι γέρων ὢν τοὺς τρόπους· οὐκ οἶσθ' ὅτι
> Ἥδιστόν ἐστιν ἀποθανεῖν βινοῦντ' ἅμα,
> Ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν ΦΟΡΜΗΣΙΟΝ.

V. 52. Ἤνυσ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον. —] Haec fruſtra ſuſpecta ſunt viris doctiſſimis. Vox ἰδὼν ſignificantiſſima eſt. Locus ita vertendus eſt: *Ut piſcem vidi, certamen illico confeci.* Quod ex ſequentibus patet. Haud diſſimiliter Auctor II. Reg. XXIII. 29. Καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν ἐν Μαγεδδὼ ἐν τῷ ΙΔΕΙΝ αὐτόν. *And he ſlew him in Megiddo, when he had ſeen him*, i. e. AS SOON AS HE HAD SEEN HIM. Qui locus inprimis notandus. Ceterum ſcribendum, ut Doriſmo ſuus honos habeatur, ΑΝΣ' ἰδὼν τὸν ἄεθλον. Quomodo non ſemel locutus eſt Theocritus. Poteris etiam vertere, *Certamen mihi viſus ſum confeciſſe.* Quo ſenſu verbum ἰδεῖν ab Artemidoro, ceterisque Ὀνειροκριτικῶν Scriptoribus, uſurpatur. ſed illud, opinor, verius.

IDYLL. XXII.

V. 32. — Καὶ ὑπήνεμον ἀκτήν.] Interpres, *ventosam maris oram.* Immo, *oram placidam et tranquillam. Under the wind.* Hesych. Ὑπηνέμιον ἄνεμον, ὑετὸν, καὶ τὰ ὅμοια. Quae corrupta sunt, atque ita videntur reformanda. Ὑπήνεμοι, ὑπὸ τὸν ἄνεμον, ὑετὸν, καὶ τὰ ὅμοια. Sophoclis in Antig. 418.

Καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ΥΠΗΝΕΜΟΙ,

Ubi Schol. Ὑπήνεμοι, ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τὸν ἄνεμον. Ad hunc locum respexisse videtur Hesychius.

V. 69. Ἐγγὺς ὁρᾷς. οὐ γύννις ἐὼν κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.] Haec est Henrici Stephani lectio. Ingeniose Cl. Reiskius ex libris antiquis,

Ἐγγὺς ὁρᾷς οὐ σύ μ'; ΑΜΥΚΟΣ κεκλήσεθ' ὁ πύκτης.

Ita scribendus iste locus. Sed vim τοῦ καλεῖσθαι minus cepit vir doctissimus. Graeca ita vertenda sunt: *Nonne me coram vides? Amycus erit pugil.* Vide Cl. Casaubon. ad Theocrit. cap. III. ubi de *hoc verbo* agit. Vocula etiam σὺ ante *liquidam* non raro producitur. De quo nos ad Suid. V. Καββαλών.

V. 75. — Κόχλον ἑλὼν μυκάσατο κοῖλον.] Reiskius, *Insonabat cavum quid.* Nihil minus. Κόχλος κοῖλος est *cava concha.* Respexit, ut videtur, Virgilius Aen. VI. 171.

Sed tum forte CAVA *dum personat aequora* CONCHA
Demens, et cantu vocat in certamina Divos.

Vocem Κόχλος usurpat Noster supra IX. 25.

— Ὁ δ' ἐγκαναχήσατο κόχλῳ.

Ubi ridicule Scholiastes: Ὁ δὲ Μενάλκας τὸν κόχλον λαβὼν, ἐπὶ πρύτῳ ἡδέως ἐγέλασεν.

V. 120. — Ἑτέρᾳ δ' ἐπιβαίνων
Δεξιτερῆς ἤνεγκεν ἀπαὶ λαγόνος πλατὺ γυῖον.]

Graeca depravata ineptam versionem, ut par erat, pepe-

rerunt. Scribendum, ἑτέρῳ. Scil. ποδί. Eſt autem ἑτέρῳ ποδὶ ἐπιβαίνειν, *Siniſtro pede inniti.* Quod hominis *pugilis* eſt, et jam *ictum intentantis.* Τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνειν vocat Xenopho. de quo nos ad Suid. V. Καρδέχσι. Confer etiam Philoſt. Icon. XV. p. 887. Huc facit Lucianus Dial. Meret. p. 288. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτό με σφόδρα κατὰ τῆς Φοιβίδος τὸ μίσηθρον ἐδιδάξατο, τηρήσασαν τὸ ἴχνος ἐπὰν ἀπόλιποι, ἀμαυρώσασαν ΕΠΙΒΗΝΑΙ μὲν ΤΩι ΑΡΙΣΤΕΡΩι ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιὸν, τῷ δεξιῷ δὲ τὸν ἀριστερὸν ἔμπαλιν. Deinde Edit. princeps Aldina, ἀπὸ λαγόνος. Quod verum. Sed poſteriores *vim caeſurae* minus perſpectam habuerunt. Hinc plurima loca in poetis Graecis corrupta, et in primis elegantiſſimum Callimachi Epigramma, quod integrum et emendatum adſcribam. Nam viri eruditiſſimi hic aliud agentes fruſtra fuerunt.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ.

Οἶδ' ὅτι μοι πλούτου κενεαὶ χέρες, ἀλλὰ, Μένιππε,
Μὴ λέγε πρὸς Χαρίτων τοὔμὸν ὄνειρον ἐμοί.
Ἀλγέω τὸ διὰ παντὸς ἔπος τόδε πικρὸν ἀκούων,
Ναί, φίλε, τῶν παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀνεραστότατον.

V. 149. Ὑμεῖς δ' οὐ κατὰ κόσμον ἐπ' ἀλλοτρίοις λεχέεσσι
Βοῦσι καὶ ἠμιόνοισι καὶ ἀλλοτρίοις κτεάτεσσιν
Ἄνδρα παρετρέψασθε, γάμον δ' ἐκλέψατε δώροις.]

Vox ἀλλοτρίοις repetita aliis placet, aliis non placet. Scribendum videtur,

— Καὶ ΑΜΕΤΕΡΟΙΣ κτεάτεσσιν.

Quod fortius, et ad rem magis. Ceterum ἀλλότρια λέχη ſunt *alienae uxores. other mens wives.* quas permolere haud aequum eſſe dicit Horatius. Confer nos in Epiſt. Crit. p. 96. ubi Dioſcoridis Epigramma, quod, neſcio quomodo, minus recte adminiſtratum eſt, ita tandem integritati ſuae reſtituendum eſt. Sc. in v. 1. pro ἀντιπρόσωπος, lege ΑΝΤΙΠΡΟΣΩΠΟΝ. In v. 5. pro πάλιν στρέψας, lege ΠΕΡΙΣΤΡΕΨΑΣ.

IDYLL. XXIII.

V 16. Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε τά σύμφορα τᾶς Κυθερείας.] Locus depravatissimus. Editio princeps Aldina

— Τοσαμφαότατος Κυθερείας.

Scribendum sine dubio,

Λοίσθιον οὐκ ἤνεικε ΤΟΣΑΝ ΦΛΟΓΑ τᾶς Κυθερείας.

Quae Cl. Eldikii elegans emendatio est: ut me per literas monuit amicissimus Ruhnkenius. Noster, II. 134.

— Ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου
Πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας ΦΛΟΓΕΡΩΤΕΡΟΝ αἴθει.

p.404. V. 23. — Ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπόν,
Ξυνὸν τοῖσιν ἐρῶσι τὸ φάρμακον, ἔνθα τὸ λᾶθος.]

Lego et distinguo,

— ὅπῃ λόγος ἦμεν ἀταρπὸν
ΞΥΝΑΝ, τοῖσι Δ' ἐρῶσι τὸ φάρμακον ἔνθα τὸ λᾶθος.

Quo viam esse ajunt, omnibus communem, et ubi amantibus medicina est oblivio. Qui sensus optimus. Via leti omnibus calcanda est. Hinc ξυνὰν ἀταρπὸν vocat poeta. Noster, VII 35.

— ΞΥΝΑ γὰρ ΟΔΟΣ, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς.

Bio *Idyll.* IX.

Ὄλβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν Ἀξείνοισιν Ὀρέστης,
Οὐνεκά οἱ ΞΥΝΑΣ Πυλάδας ἤρητο ΚΕΛΕΥΘΟΥΣ.

V. 46. — Τό σοι στίχοισι χαράξω.] Versus laborat. Nam στίχος primam corripit. Sed res nullo negotio restituenda est. Scribendum,

— Τὸ τοῖσι στίχοισι χαράξω.

Et hoc verum.

V. 55. — Ἀλλ' ἐπὶ νεκρῷ
Εἵματα πάντ' ἐμίκνεν ἐφαβικά. —] Locus illustris, sed quem nemo interpretum intellexit. Reiskius

autem, vir doctissimus, hic egregie hallucinatus est. Vestes sanguine polluit iste juvenis, ut caedem quodammodo prae se ferens, et inimicum suum ultus. Opportune succurrit Esaias, XIII. 3. Καὶ κατεπάτησα αὐτοὺς ἐν θυμῷ μου, καὶ κατέθλασα αὐτοὺς ἐν ὀργῇ μου, καὶ κατήγαγον τὸ αἷμα αὐτῶν εἰς γῆν, ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΕΝΔΥΜΑΤΑ ΜΟΥ ΕΜΟΛΥΝΑ. Ubi nostri Interpretes, *I will tread them in mine anger, and trample them in my fury, and their blood shall be sprinkled upon my garments,* AND I WILL STAIN ALL MY RAIMENT. Qui locus in primis notandus: nam ad Theocritum intelligendum unice facit.

IDYLL. XXIV.

V. 18. — Ἀπ' ὀφθαλμῶν δὲ κακὸν πῦρ
Ἐρχομένοις λάμπεσκε. —] Multus est in hoc loco corrigendo Cl. Piersonus. Sed vox Ἐρχομένοις haud temere repudianda est. Huc spectat Apollonius Rhod. IV. 1541.

Ὡς δὲ δράκων σκολίην εἰλιγμένος ΕΡΧΕΤΑΙ οἶμον,
— — ἐν δέ οἱ ΟΣΣΕ
Σπινθαρύγεσσι ΠΥΡΟΣ ἐνάλιγκια μαιμώοντι
ΛΑΜΠΕΤΑΙ. — —

Quae ex Theocrito nostro adumbrata videntur.

V. 99. — Ἐλεφάντινον ὤχετο δίφρον
Τειρεσίας. —] Notandus δίφρος ἐλεφάντινος. *Sella eburna. an ivory chair.* quae Veteribus in pretio et honore scilicet. Meminit Polybius apud Athenaeum, lib. V. p. 193. et Horatius in *Epistolis.* Hinc ἱπνὸς ἐλεφάντινος. *an ivory close-*STOOL. apud Aristophanem in *Pluto.* de quo nos ad Suid. V. ΙΠΝΟΣ. Nihil verius aut facetius. *Sellam familiaricam* vocat Varro de R. R. I. 13. ad quem locum consulendus Josephus Scaliger. Dum hoc agimus, restituendus Scholiastes ad Lucian. *Deor. Dial.* VI. qui corruptus manifesto est, et viros in hac arte primarios penitus elusit. Ἰξίων Λαπίθης τὸ γένος ὢν, ἠγάγετο Δίαν τὴν Οἰονέως (leg. Δηιονέως.) Τὸν δὲ πενθερὸν αὐτοῦ,

ἐλθόντα ἐπὶ τὰ ἔδνα, συνεσκευάσατο. ὄρυγμα γὰρ ποιήσας, καὶ γεμίσας πυρὸς, ἔνθα αὐτὸν ἐνέβαλεν· ἐφ' ᾧ οἱ θεοὶ ἀγανακτήσαντες ἔμελλον αὐτὸν τιμωρεῖν. ὁ δὲ Ζεὺς μόνος ἠλέησεν αὐτὸν, καὶ λαβὼν ἰδίῳ ἰθρῷ ἀφῆκε μεταδιδοὺς αὐτῷ τῆς ἀθανασίας. Vox ἰθρῷ nec Graeca, nec Latina eſt. Scribendum ſine controverſia, καὶ λαβὼν ἰδίῳ ΔΙΦΡΩι. *Took him up into his Chariot.* Callimachus *Lavac. Pall.* 65.

Πολλάκις ἁ δαίμων μιν ΕΩι ἐπεβάσατο ΔΙΦΡΩι.

De *Ixione* autem atque ejus *raptu* abunde Scholiaſtes ad Pindar. *Pyth.* II. p. 205. ubi recte Δῖαν τὴν Δηϊονέως legitur. Quocum facit et Schol. ad Homer Il. A. 268.

V. 125. — Λόχον τ' ἀναμετρήσασθαι
Δυσμενέων ἐπιόντα. —] Hunc locum nemo interpretum intellexit. Nam quod reddunt, *Insidias disponere hoſtes aggredientem*, a Graecis toto coelo aberrarunt. Λόχον ἀναμετρήσασθαι eſt *Agmen* ſive *Aciem hoſtilem metiri. To meaſure the Enemy's ground.* Quod periti et prudentis imperatoris eſt. Sed de hoc viderint tactici. Recte autem λόχον ἐπιόντα. Onoſander, Strateg. cap. XXVIII. Δεινότεροι γὰρ οἱ ΕΠΙΟΝΤΕΣ φαίνονται ΛΟΧΟΙ τοῖς τῶν ὅπλων αἰθύγμασιν.

IDYLL. XXV.

V. 63. — Χειροπληθῆ τε κορύνην.] Penultimam τοῦ Κορύνη apud veteres ſemper brevem eſſe contendit Cl. Clarkius ad Homer. Il. η. 141. Quocum et facere videtur Cl. Erneſtus. Sed, quod viris doctiſſimis fraudi fuit, litera ν, pro Liquidarum natura, non raro geminatur. Hinc ſecunda τοῦ Κορύνη nunc brevis nunc longa eſt. Euripides, in Supplic. 715.

Αὐτός θ' ὅπλισμα τοὐπιδαύριον λαβὼν
Δεινῆς ΚΟΡΥΝΗΣ. —

Quem ſecutus eſt Nicander Alexiph. 409.

ΔΕΙΝΗΝ βρωμήεντος ἐναλδήσασα ΚΟΡΥΝΗΝ.

Eadem quoque ratio verbi Ἑλινύειν. De quo nos ad Suid. V. ΣΤΡΑΓΓΕΥΕΙ.

V. 267. — Μὴ σαρκὸς ἀποδρύψῃ ὀνύχεσσι.] Scribendum videtur,

— — Μὴ ΣΑΡΚΑΣ ἀποδρύψῃ ὀνύχεσσι.

Ne corpus unguibus laceraret. Apollon. Lex. MS. Ἀποδρύψει, καταξύσει. Hesych. Ἀμύχεσθαι, τὸ ξέειν ΤΑΣ ΣΑΡΚΑΣ ΤΟΙΣ ΟΝΥΞΙ. Quod perinde est. Haud dissimiliter Silenus apud Suid. V. Σαρδάνιος γέλως. Τὰς σιαγόνας καὶ ΤΑΣ ΣΑΡΚΑΣ ΑΥΤΩΝ ΑΠΟΔΑΚΝΕΙΝ. Atque hac occasione corrigendus Hesychius, loco vexatissimo, et qui principes in his literis viros elusit. Λιγδαρεοχύται. οἱ ἐν ταῖς λίγδαις τὰς σάρκας ἔχοντες. Vox primaria corrupta est. Scribendum, ne literula mutata, ΛΙΓΔΕΑΡΟΧΥΤΑΙ. οἱ ἐν τοῖς λίγδοις τὰς σάρκας ἔχοντες. *Artifices, qui succum et sanguinem suum in caminis exhauriunt.* Ἔαρ est *sanguis*, sive *succus corporis.* Hesych. Ἔαρ, αἷμα. Εἰαροπότης, αἱμοποτης, ψυχοπότης. Rufinus in Epigrammate Anthol. lib. VII. p. 616.

Αὕτη πρόσθεν ἔην ἐρατόχροος, ΕΙΑΡΟΜΑΣΘΟΣ.

Ubi Interpres, *vernantibus mamillis.* Immo, *tumidis et succi plenis. Papillas sororiantes* vocant Latini. Idem autem mendum apud Suid. V. Ἄξεινος.

— ἤχι κονίστραι
Ἄξεινοι λυθρῷ τε καὶ Ἄρεϊ πεπλήθωσι.

Ubi scribendum, καὶ εἴαρι. Quomodo recte legitur apud Suid. V. Ἔαρ. Confer et *Biblioth. Coislin.* p. 233. Ceterum de locutione ista, τὰς σάρκας ἔχειν ἐν τοῖς λίγδοις. quae haud protrita est, vide quae scripsimus ad Suid. V. Λάπτειν.

IDYLL. XXVI.

V. 7. Ἱερὰ δ' ἐκ κίστας πεπονημένα χερσὶν ἑλοῖσαι.] Notandus locus. nam hic sacra res agitur. Est autem Κίστη *vas mysticum*, in quo τὰ ἱερὰ recondebantur scilicet. — Meminit Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, et Catullus in *Nuptiis Pelei.*

Pars obscura cavis celebrabant orgia cistis.

Ad quem locum consulendi Interpretes. 'Quae vero *cistas* ferebant, Κιστοφόροι dicebantur. de quibus viri eruditi, sed minus accurate, ad Suidam, Harpocrationem, et Demosthenem in *Orat. pro Corona.* Aliud est κιστοφορεῖν, aliud κισσοφορεῖν. hoc *virorum*, illud *mulierum* est. Quod et recte animadvertit vir exquisitae doctrinae Henricus Valesius. Hinc Aeschines κισσοφόρος, non κιστοφόρος. de quo nos ad Suid. V. Στρεπτούς. Idem autem κίστη, κιστὶς, et κιστάς. Hesych. Κιστὰς, κύρτος. Quem locum frustra sollicitarunt viri eruditi. Callimachus in Epigram. XLIX.

Ἔσθ' ἁμῖν χ' ἁ ΚΙΣΤΑΣ ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα.

Ita scribendus iste versiculus. *Est et nobis remedium contra amorem.* Κιστὰς sive κίστη est φαρμακοπώλου ἀγγεῖον. *vas pharmacis recondendis adcommodum.* Quo sensu usurpat Theopompus Comicus apud Polluc. X. 180.

Τὴν οἰκίαν γὰρ εὗρον εἰσελθὼν ὅλην
ΚΙΣΤΗΝ γεγοννῖαν φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ.

Hinc Simaetha apud Nostrum in *Pharmaceutria*,

Τοῖά οἱ ΕΝ ΚΙΣΤΑι κατὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν,
Ἀσσυρίω, δέσποινα, παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα.

Atque hinc intelligendus Callimachus.

V. 25. — Καὶ Αὐτονόας ῥυθμὸς ὠυτός.] Editio Florentina Αὐτονόα. Recte. Noster supra, XVIII. 22.

— Ἧις δρόμος ὠυτός.

Quod geminum est. Ceterum haud dissimiliter locutus est Dionysius, Perieg. 271.

ΩΥΤΟΣ καὶ Λιβύης (al. Λιβύη) ΡΥΣΜΟΣ πέλει. —

Ubi Schol. Ῥυσμὸς, ῥυθμός. Huc facit Pempelus Pythagoreus apud Stobaeum, p. 680. Ὥστε αἴκα δεόντως τις χρῆται πατέρι, καὶ ματέρι, καὶ προπάτορι, καὶ οὔλως τοῖς ΟΜΟΙΟΡΥΣΜΟΙΣ, πάντων ποτὶ θεοφιλῆ μοῖραν πεπάσεται ἀγαλμάτων κυριώτατα. Ubi notanda vox Ὁμοιόρυσμος. quam non agnoscunt Lexicographi. Cui opponitur Ἑτερόρυσμος. Hesych. ΕΤΕΡΟΡΥΣΜΑ, ἀνόμοια.

IDYLL. XXVII.

V. 49. Μᾶλα τεὰ πρώτιστα τάδε χνοάοντα διδάξω.] Monuimus alibi legendum, χλοάοντα ΜΑΛΑΞΩ. Quod verum eſt. Vide alliterationem, μᾶλα μαλάξω. Quod amat Theocritus. Idem, XIV. 46.

— οὐδὲ ΚΑΡΙΣΤΙ κέκαρμαι.

De quo nos ſupra. Idem in *Bacchis*, 27.

Ἐξ ὄρεος ΠΕΝΘΗΜΑ καὶ οὐ ΠΕΝΘΗΑ φέροντες.

Quin et Idyll. V. 128. Καὶ αἴγιλον αἶγες ἔδοντι. Quod pulcherrimum eſt. Sic ſolent optimi ſcriptores. Confer nos ad Suid. V. ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ.

V. 54. Φεῦ φεῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀπέσχισες. —] Hoc ne Graecum quidem eſt. Henricus Stephanus ἀπέσχισας. quod melius. Sed vera lectio eſt ΑΠΕΣΧΑΣΑΣ. Eſt autem τὴν μιτραν ἀποσχάσαι, *Zonam puellae ſolvere.* Quod hominis prurientis, et tangere non tangenda feſtinantis eſt. Heſych. Ἀποσχάται, διαῤῥῆξαι, διαλῦσαι. Idem: Ἀπέσχας, ΑΠΕΣΧΑΣΑΣ.

V. 68. Χὴ μὲν ἀνεγρομένη διέστιχε μᾶλα νομεύειν.] Verſus uno pede claudicat. Edit. Florentina, ἀνεγρομενη γε. quod verum. Ceterum quae ad hunc locum ſcripſit Reiskius, *nova* ſunt, et digna ſcilicet quae poſteris tradantur. „Poetae tyrannidem in metrum exercebant, neque me„trum admodum callebant, neque magnopere curabant, „aut ulla ejus religione tenebantur." Huic homini poetas Graecos edendos committas, ſi quid recte curatum velis.

Partem aliquam, venti, Divum referatis ad aures!

IDYLL. XXVIII.

V. 1. Γλαυκᾶς ὦ φιλέριθ' ἁλακάτα δῶρον Ἀθανάας,
Γυναιξὶ νοος οἰκωφελέεσσι σὸς ἐπήβολος] Haec ſenſu carent. Libri nonnulli, Γυναιξὶ πόνος. recte. Lego itaque et diſtinguo,

Γυναιξὶν πόνος οἰκωφελέεσσιν, ΣΕΤ ΕΠΗΒΟΛΟΙΣ.

Γυναιξὶ σεῦ ἐπηβόλοις. *Mulieribus quae tui compotes sunt. quae te possident.* Homer. Odyss. B. 319.

— Οὐ γὰρ νηὸς ΕΠΗΒΟΛΟΣ οὐδ' ἐρετάων
Γίνομαι. —

I have neither ship nor men. Ceterum de voce Ἐπήβολος, vide, si te amas, Porphyr. in *Quaest. Homericis.* Confer etiam Cl. Wesseling. ad *Diodor.* I. 19. ubi de hac voce agit.

V. 15. Οὐ γὰρ εἰς ἀκιρὼς οὐδ' ἐς ἀεργὼς μὲν ἐβαλλόμαν.] Ed. Rom. et Flor. ἐβολλάμαν. Ed. Commel. ἐβολλόμαν. Quod verum et egregium. Idem ἐβολλόμαν et ἐβκλόμην. ut βκλὴ et βολὰ sive βόλλα. de quo antiquissimo scribendi
p.406. more vir doctissimus ad Corinth. de Dialect. p. 82. Dicebatur autem βόλεσθαι et βόλλεσθαι. Hesych. Ἐβόλοντο, ἐβούλοντο, ἐβουλεύσαντο. Respexit lexicographus ad Homer. Odyss. A. 234.

Νῦν δ' ἑτέρως ΕΒΟΛΟΝΤΟ θεοί, κακὰ μητιόωντες.

Ubi hodie male legitur, ἐβάλοντο. Atque ad hanc normam corrigendus Homerus Odyss. Π. 387.

Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ ΒΟΛΕΣΘΕ
Αὐτόν τε ζώειν καὶ ἔχειν πατρῴϊα πάντα.

Ita legendus iste locus ex libris MSS. Huc facit Monumentum antiquissimum Teiorum apud Cl. Chishul Antiq. Asiat. p. 98. Ὅς ἂν ἢ κιξαλλεύοι, ἢ κιξάλλας ὑποδέχοιτο, ἢ λῃΐζοιτο, ἢ λῃϊστὰς ὑποδέχοιτο, εἰδὼς, ἐκ γῆς τῆς Τηίης ἢ θαλάττης φέροντας, ἢ τὸ κακὸν ΒΟΛΕΥΟΙ περὶ Τηίων τοῦ ξυνοῦ, εἰδὼς, ἢ πρὸς Ἕλληνας, ἢ πρὸς βαρβάρους, ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ γένος τὸ ἐκείνου. Verbum autem βόλλεσθαι deprehendisse videor apud Dium Pythagoreum, cujus fragmentum nobis conservavit Joan. Stobaeus, p. 563. Τούτως οὖν εὐδαίμονας οἶδα ὡς ἔμμεν δοκοῦντι τοῖς τὰν ὥραν αὐτῶν ΒΟΛΛΟΜΕΝΟΙΣ ὀπωρίζασθαι. Ita scribendus est iste locus, cujus structuram minus perspectam habuerunt viri eruditissimi. Vulgo nullo sensu legitur, βαλλομένοις.

V. 21.

V. 21. Οἰκήσεις κατὰ Μίλατον ἐρατεινὰν μετ' Ἰαόνων.] Versus laborat. Legendum ex Edit. Florentina, Μίλατον ΕΡΑΝΝΑΝ. Quod et Reiskius vidit. Homer. Il. I. 573.

— Πιότατον πεδίον Καλυδῶνος ΕΡΑΝΝΗΣ.

IDYLL. XXIX.

V. 16. Καί μὴν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσαι.] Ed. Florentina, Καί κεν. Repono,

Καί κεν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσῃ.

Noster, I. 61.

ΑΙΚΕΝ μοι τὺ φίλος τὸν ἐφίμερον ὕμνον ἀείσῃς.

Idem, VII. 55.

ΑΙΚΕΝ τὸν Λυκίδαν ὀπτεύμενον ἐξ Ἀφροδίτας
Ῥύσηται.

Est autem ῥέθος αἰνεῖν, *faciem laudare*. Quod et recte vidit Interpres. Hesych. Ῥέθος, πρόσωπον, παρειά. Vocem usurpat Noster, XXIII. 39.

— καὶ ἀμφίθες ἐκ ΡΕΘΕΩΝ σῶν
Εἵματα. — —

Huc facit Schol. ad Hom. Il. X. 68. Ῥέθεα λέγουσι τὰ τοῦ σώματος μέλη, ἐπειδὴ κατὰ παντὸς μέλους τὸ ζωτικὸν καὶ ψυχικόν ἐστι. Ῥέθη δὲ τὰ ζῶντα μέλη, δι' ὧν ῥέζομέν τι. Αἰολεῖς δὲ Ῥέθος, ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ· καὶ Ῥεθομαλίδας, ΤΑΣ ΕΥΠΡΟΣΩΠΟΥΣ. Quae nota elegans. Confer Etymolog. in V. et quae nos scripsimus ad Suid. V. Ῥέθος.

V. 20. Φίλει δ'; ὥς κε ζώης, τὸν ὅμοιον ἔχειν ἀεί.] Ed. Florentina, ἆς κε ζώης. *Dum vivas*. Recte et eximie. Hesych. Ἆς, ἕως. μέχρις οὗ. Ad quem locum consulendus Cl. Kusterus. Consulendus et vir doctissimus ad Corinth. de Dialect. p. 81. ubi hanc voculam Epicharmo reddit. Locus autem Epicharmi, qui legitur apud Athenaeum, VI. p. 236. ita scribendus est:

Ἐπεὶ δ' ἱκανὸν οἰκάδες καταφθαρεὶς,
Ἄστρωτος εὕδω, καὶ τὰ μὲν πρῶτ' οὐ κοῶ,
ΑΣ κά μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

Recte ſcripſimus, *με ἀμφέπῃ φρένας.* quod elegans inprimis eſt. Ita locutus eſt Homer. Il. A. 362.

— Τί δέ ΣΕ ΦΡΕΝΑΣ ἵκετο πένθος;

Nihil autem verius illo, *ἵκανον οἴκαδες.* Theocritus, XXII. 60.

— *ξενίων γε τυχὼν πάλιν* ΟΙΚΑΔ' ΙΚΑΝΟΙΣ.

V. 31. Ταῦτα χρὴ νοέοντα πέλειν ποτιμώτερον.] Elegans locutio, πέλειν ποτιμώτερον, *miliarem eſſe et ſuaviorem.* Metaphora a *vinis*, quae quo *leniora*, eo *gratiora*, et *potui matura* eſſe ſolent. Philoſtratus, Icon. I. 20. Μὴ ἐπαινει τὸ ὕδωρ. καὶ γὰρ εἰ ΠΟΤΙΜΟΝ καὶ γαληνὸν γέγραπται, ΠΟΤΙΜΩΤΕΡΩι ἐντεύξῃ ΤΩι ΟΛΥΜΠΙΩι. *Olympus* eſt nomen pueri. Ad Theocritum autem proculdubio reſpexit Philoſtratus.

EPIGR. I.

Ταὶ δὲ μελάμφυλλοι δάφναι τὶν Πύθιε Παιάν,
Δελφὶς ἐπεὶ πέτρα τοῦτό τοι ἀγλαΐσε.

Legendum,

ΔΕΛΦΙΔ' ἐπεὶ ΠΕΤΡΑΝ τοῦτό τοι ἀγλαΐσε,

Delphicam enim petram hae tibi ornarunt. Τοῦτο, τὸ δένδρον ſcilicet. Epigramma, neſcio cujus, exquiſitiſſimum tamen, in Anthol. lib. III. p. 306.

Γαῖα φίλη, τὸν πρέσβυν Ἀμύντιχον ἔνθεο κόλποις,
Πολλῶν μνησαμένη τῶν ἐπὶ σοὶ καμάτων.
Καὶ γὰρ ἀεὶ πρέμνον σοι ἀνεστήριξεν ἐλαίης,
Πολλάκι δὲ Βρομίου κλήμασί σ' ΗΓΛΑΙΣΕΝ.

EPIGR. III.

Εὕδεις φυλλιστρῶτι πέδῳ, Δάφνι, σῶμα κεκμακὸς
Ἀμπαύων, στάλικες δ' ἀρτιπαγεῖς ἀν' ὄρη.
Ἀγρεύει δέ τυ Πὰν, καὶ ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,
Ἄντρον ἔσω στείχοντες ὁμόῤῥοθοι. ἀλλὰ τὺ φεῦγε,
Φεῦγε, μεθεὶς ὕπνου κῶμα, κατεγρόμενος.

Ita ſcribendum iſtud Epigramma. In tertio pentametro

vulgo legitur, κῶμα καταγρόμενον. Quod inepte defendit Reiskius. Nos, ſenſu jubente, repoſuimus κατεγρόμενος. Eſt autem κατεγείρεσθαι *e ſomno te ipſum excitare, idque ocyus et ſine mora.* Verbum elegans et Lexicographis ignotum. Locus ita vertendus eſt: *Tu vero, ſomno remiſſo, ſurge demum, et fugam capeſſe.* Quod omnino verum. Notanda autem verba Εὕδεις — Ἀμπαύων — Κατεγρόμενος. Haud diſſimiliter Matthaeus XXVI. 45. Τότε ἔρχεται πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, καὶ λέγει αὐτοῖς· ΚΑΘΕΥΔΕΤΕ τὸ λοιπὸν, καὶ ΑΝΑΠΑΥΕΣΘΕ — ΕΓΕΙΡΕΣΘΕ, ἄγωμεν· ἰδού, ἤγγικεν ὁ παραδιδούς με. De quo loco, qui longe vexatiſſimus eſt, nos aliquando fortaſſe in *Exercitationibus* noſtris *Sacris.* Sed haec obiter. Quod vero legitur in noſtro Epigrammate, p.407.

— ὁ τὸν κροκόεντα Πρίηπος
Κισσὸν ἐφ' ἱμερτῷ κρατὶ καθαπτόμενος,

non intellexerunt Interpretes. Κισσὸν κροκόεντα eſt *hederam croceas baccas* ſive *corymbos ferentem.* Καρπὸν κροκόεντα vocat Theocritus, I. 31. Qui locum aliter accipiunt, falluntur. Confer Dioscor. II. 210. Atque hinc eleganter Niceratus in Epigrammate apud Athenaeum, lib. II. p. 39. quod, quia haud invenuſtum eſt, hic integrum, idque paulo emendatius quam vulgo legi ſolet, ſubjiciam.

Οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ,
Ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις.
Ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν, οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ,
Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδωδὼς πίθου.
Τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν, εἶχε δὲ κιττῷ
Μέτωπον οἷα καὶ σὺ ΚΕΚΡΟΚΩΜΕΝΟΝ.

Ita legendum et diſtinguendum iſtud Epigramma, quod perperam ſollicitavit Cl. Caſaubonus. Huc accedit Andreas, medicus antiquiſſimus apud Athenaeum, lib. XV. p. 675. Τούτῳ οὖν βοηθήματι πρὸς τοὺς πότους χρώμενοι, τοῖς παραπίπτουσι τὴν κεφαλὴν ἐδέσμευον. καὶ ἐπὶ ΤΟΝ ΚΙΣΣΙΝΟΝ ΣΤΕΦΑΝΟΝ ἦλθον αὐτόματόν τε καὶ πολὺν ὄντα, καὶ κατὰ πάντα τόπον γεννώμενον, ἔχοντα καὶ πρόσοψιν οὐκ ἀτερπῆ, χλωροῖς πετάλοις καὶ ΚΟΡΥΜΒΟΙΣ ΣΚΙΑΖΟΝΤΑ ΤΟ

ΜΕΤΩΠΟΝ. Ceterum quod dicit Niceratus in tertio hexametro,

Τοιγάρτοι στεφάνων δόμος ἔβρυεν —

desumptum videtur ex Theocrito. II. 153.

Καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδεν.

de quo nos supra.

EPIGR. IX.

Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο, μηδὲ παρ' ὥρην
Ναυτίλος ἴσθ', ὡς ἐστ' οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
Δειλαῖε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θασον ἐλθεῖν
Ἠπείγευ, κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης.
Ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτὴν
Ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέβης.

Epigramma hoc integrum edidit ex codice Palatino Cl. Graevius in Lectionibus Hesiodeis. Primum pentametrum, qui uno pede claudicabat, nos recte restituimus. Reliqua egregie mecum emendavit doctissimus Piersonus in *Verisimilibus*. Nam quod vulgo legitur, mendosissimum est.

EPIGR. XI.

Εὐσθενέος τὸ μνᾶμα· φυσιγνώμων ὁ σοφιστής,
Δεινὸς ἀπ' ὀφθαλμοῦ καὶ τὸ νόημα μαθεῖν.
Εὖ μιν ἔθαψαν ἑταῖροι ἐπὶ ξείνης ξένον ὄντα·
Χ' ὑμνοθέτης αὐτοῖς δαιμονίως φίλος ἦς.
Πάντων ὧν ἐπέοικε τύχεν τεθναὼς ὁ σοφιστής,
Καίπερ ἄοικος ἐών, εἰχ' ἄρα κηδεμόνας.

Ita scribendum videtur istud Epigramma, quod elegans in primis est, ex doctissimorum virorum emendatione. Recte autem libri veteres, φίλος ἦς. Sic solent Dores. de quo nos supra ad X. 32. Locus ita vertendus: *Quin et ipsis poetis mire carus erat.* Deinde egregie Heinsius,

Καίπερ ΑΟΙΚΟΣ ἐών. —

Sed vim τοῦ Ἄοικος minus cepisse videtur vir doctissimus. Cui nec domus nec familia, is ἄοικος dicebatur. Hesiod. *Oper.* 602.

Θῆτα ΑΟΙΚΟΝ ποιεῖσθαι καὶ ἄτεκνον ἔριθον
Δίζεσθαι κέλομαι. —

Quare dicit poeta: *Sophiſtam illum, etſi non uxorem habebat nec liberos, aut propinquos, habuiſſe tamen qui exequias ſuas curarent.* Graeca ſuaviora et elegantiora ſunt. Ceterum ad Theocritum noſtrum reſpexiſſe videtur neſcio quis Epigram. Anthol. lib. III. p. 337. quod, quia huc plurimum facit, adponam.

Μηδὲ καταχθονίοις μετὰ δαίμοσιν ἄμμορος εἴης
Ἡμετέρων δώρων, ΩΝ Σ' ΕΠΕΟΙΚΕ ΤΥΧΕΙΝ,
Ἀμμία, οὕνεκα Νικόμαχος θυγάτηρ τε Διώνη
Τύμβον καὶ στήλην σὴν ἐθέμεσθα χάριν.

EPIGR. XVII.

Ἃ τε φωνὰ Δώριος, χ' ὠνὴρ ὁ τὰν κωμῳδίαν
Εὑρὼν Ἐπίχαρμος.
Ὦ Βάκχε, χάλκεόν νιν ἀντ' ἀλαθινοῦ
Τὶν ὧδ' ἀνέθηκαν
Τοὶ Συρακόσσαις ἐνίδρυνται Πελωρεῖς τᾷ πόλει,
Οἳ' ἀνδρὶ πολίτᾳ,
Σωρὸν γὰρ εἶχε χρημάτων, μεμναμένοι
Τελεῖν ἐπίχειρα.
Πολλὰ καὶ ποττὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα·
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Ita legendum et diſtinguendum eſt, praeeunte aliquantum Scaligero, iſtud Epigramma; quod elegantiſſimum ſane eſt, ſed cujus mentem nemo eruditorum perſpexit. Senſus eſt: EPICHARMI *ſtatuam aeneam Baccho dedicarunt Pelorenſes, qui in urbe Syracuſis ſedes poſuerant; idque duabus de cauſis: Primum, quod cives pecunia ſua ſublevabat; deinde, quod adoleſcentibus in vita formanda praeibat.* Quod utrumque de *Epicharmo* verum videtur. Οἳ ἐνίδρυνται Πελωρεῖς ſunt *Pelorenſes, qui in urbe Syracuſis ſedes fixerant.* SETTLED *themſelves in Syracuſe.* Iſta eſt vis verbi ἐνίδρυνται. quod omnes Interpretes fefellit. Noſter, XVII. 102.

Τοῖος ἀνὴρ πλατέεσσιν ΕΝΙΔΡΥΤΑΙ πεδίοισι,
Ξανθόκομος Πτολεμαῖος. —

Thucydides, VIII. 77. Λογίζεσθε δὲ, ὅτι αὐτοί τε πόλις εὐθὺς ἐστὲ, ὅποι ἂν καθέζοισθε, καὶ ἄλλη οὐδεμία ὑμᾶς τῶν ἐν
p 408. Σικελίᾳ οὔτ' ἂν ἐπιόντας δέξαιτο ῥᾳδίως, οὐδ' ἂν ΙΔΡΥΘΕΝΤΑΣ που ἐξαναστήσειε. *Quinetiam illud cogitate, vos ipsos, ubicunque consederitis, ibi protinus vobis ipsis esse civitatem; et fore, ut nulla alia Siciliensis civitas, aut vestrum, si eam invadatis, impetum facile sustineat; aut,* SI SEDES ALICUBI FIXERITIS, *expellat.* Atque hinc vitam *exulem* atque *erraticam*, *an unsettled life*, κακὸν ἀΐδρυτον vocat Cratinus. Hesychius: Ἀΐδρυτον κακόν. Κρατῖνος Σεριφίοις·

Ἔχουσιν οἱ φεύγοντες ΑΙΔΡΥΤΟΝ ΚΑΚΟΝ.

Ita scribendus iste locus, qui viros doctissimos frustra exercuit. οἱ φεύγοντες sunt *exules*, qui *miseràm* et *erraticam* vitam degunt. Atque hoc verum. Idem autem Συρακοῦσαι πόλις et πόλις Συρακουσῶν. Deinde σωρὸς χρημάτων est *acervus nummorum*. Interpretes aliter acceperunt, sed falluntur. Suidas: Σωρὸν χρημάτων ἀγγέλλεις. *Acervum nummorum nuntias.* Quae referenda sunt ad Aristoph. *Plut.* 268.

Ὦ χρυσὸν ΑΓΓΕΙΛΑΣ ἐπῶν, πῶς φῄς; πάλιν φράσον μοι.

Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν ΣΩΡΟΝ ἥκειν ΧΡΗΜΑΤΩΝ ἔχοντα.

Erat nimirum Epicharmus vir nobilis, et bene nummatus, et qui mercatores *Pelorenses* opibus suis juverat. Hinc statua ei pro mercede, et honoris ergo collocata. Haec mens poetae est. Quod miror neminem eorum, qui in Theocritum scripserunt, animadvertisse. Quae sequuntur, per se satis manifesta sunt.

EPIGR. XVIII.

Ἕξεῖ τὴν χάριν ἡ γυνὴ ἀντὶ τήνων
Ὧν τὸν κοῦρον ἔθρεψ'. ἔτι μὴν ἔτι χρησιμὴ καλεῖται.

Scribendum,

Ὧν τὸν κοῦρον ἔθρεψε. ΤΙ ΜΗΝ; ἔτι χρησιμὴ καλεῖται.

Suidas: Τί μήν; κατάφασιν δηλοῖ. ἀντὶ τοῦ, πῶς γὰρ οὔ; Διὰ τί γὰρ οὔ; Confer virum doctissimum ad *Corinth. de*

Dialect. p. 109. ubi de his voculis agit. Nihil verius hac emendatione.

EPIGR. XXI.

Εἰ δ' ἐσσὶ κρήνυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
Θαρσέων καθίζευ. —

Huc ſpectat auctor ἀνώνυμος in *Anthолog.* lib. III. p. 354. cujus Epigramma, quod elegans in primis eſt, hic adponam. Eſt autem in *Praxitelem* neſcio quem, ex *Andro* oriundum.

Τὴν ἱλαρὰν φωνὴν καὶ τίμιον, ὦ παριόντες,
ΤΩι ΧΡΗΣΤΩι χαίρειν εἴπατε Πραξιτέλει.
Ἣν δ' ὠνὴρ μουσῶν ἱκανὴ μέρις, ἡδὲ παρ' οἴνῳ
ΚΡΗΓΥΟΣ. ὦ χαίροις Ἄνδριε Πραξιτελες.

EPIGR. XXII.

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμι Συρακοσίων,
Υἱὸς Πραξαγόραο περικλειτῆς τε Φιλίνης·
Μοῦσαν δ' ὀθνείην οὔποτ' ἐφελκυσάμην.

Monuimus ſupra legendum, Φιλίννης. Quomodo recte exhibet Editio Florentina. Huc accedit Suidas: Θεόκριτος, ΧΙΟΣ. — Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος, Πραξαγόρου καὶ ΦΙΛΙΝΝΗΣ. Quae noſtrum Epigramma reſpicere videntur.

Ceterum laudatur etiam noſter Theocritus in *Berenice*, poematio in honorem, ut videtur, ſive potius ἀποθέωσιν *Berenices*, uxoris Ptolemaei *Soteris*, conſcripto. ex quo luculentum ſane fragmentum nobis conſervavit Athenaeus, lib. VII. p. 284. quod hic ſubjungam, ut aliquanto melius et integrius legatur. Nam viri clariſſimi, qui in hanc arenam deſcenderunt, nihil viribus ſuis dignum praeſtiterunt. Θεόκριτος δὲ ὁ Συρακούσιος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Βερενίκῃ, τὸν λεῦκον ὀνομαζόμενον ἰχθῦν, ἱερὸν καλεῖ διὰ τούτων.

Κ'αί τις ἀνὴρ αἰτεῖτ' ΕΥΑΓΡΕΣΙΗΝ τε καὶ ὄλβον,
Ἐξ ἁλὸς ὦ ΖΩΗ, τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτραι,

Σφάζων ἀκρόνυχος πάντῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθῦν,
Ὃν λεῦκον καλέουσιν, ὁ γὰρ ΦΙΑΡΩΤΑΤΟΣ ἄλλων,
Καί κε λίνα στήσαιτο καὶ ἐξερύσαιτο θαλάσσης
Ἔμπλεα. —

Si quis autem, qui ex mari victitat, et cui retia sunt pro aratro, felicem capturam et piscium copiam petit, is huic deae prima nocte sacrum piscem immolet, quem Λεῦκον *appellant, est enim omnium piscium nitidissimus, et projectam in mare sagenam plenam extrahet.* Ita scribendus est iste locus, qui elegans in primis est, sed parum hactenus intellectus. Primum Κ*αί* pro *καὶ εἰ*. Quomodo Noster ἐν Παιδικοῖς,

Κ*αί* μὲν σεῦ τὸ καλόν τις ἰδὼν ῥέθος αἰνέσαι.

Atque ita legendum, XIV. 50.

Κ*αί* μὲν ἀποστέρξαιμι. —

Deinde legendum *ζωὴ*, non *ζώει*. Ἀνὴρ ᾧ ἐξ ἁλὸς ζωὴ, est *piscator, qui ex mari victum comparat.* Hesych. Ζωὴ, ἡ πρὸς τὸ ζῆν χορηγία. Quo sensu vocem non semel usurpat Homerus. Antipater in Epigram. Anthol. lib. III. p. 571.

— ὁ δ' ἐκ πόντοιο ματεύων
ΖΩΗΝ, ἐκ πόντου καὶ μόρον εἰλκυσάμην.

Noster supra, VII. 60. de *avibus marinis*,

— Ὅσαισί περ ἐξ ἁλὸς ἄγρα.

Quod tantundem est. De voce autem Εὐαγρεσία, quae elegantissima est, vide quae nos ad Suid. V. Ἥρος. Inepte autem Reiskius, Ἀκρόνυχος, *summis unguibus.* Aliud est Ἀκρόνυχος, aliud Ἀκρώνυχος. Suidas: Ἀκρόνυξ. τὸ ἄκρον τῆς νυκτός. καὶ Ἀκρονυχία, ὁμοίως, διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἀκρώνυξ δὲ, καὶ Ἀκρωνυχία, τὸ ἄκρον τοῦ ὄνυχος, καὶ τοῦ ὄρους, διὰ τοῦ ω μεγάλου. Nicander *Theriac.* 761.

Κνώδαλα φαλάσσης ἐναλίγκια, τὴν περὶ λύχνους
ΑΚΡΟΝΥΧΟΣ δειπνηστὸς ἀπήλασε πακιφάσουσαν.

p. 409. Ubi recte Schol. Ἀκρόνυχος δὲ, ἤγουν ἑσπερινός. Confer etiam Sophocl. *Aj.* 285. et Suid. V. Ἄκρας νυκτός. qui ex Schol. ad Sophocl. corrigendus et supplendus est. Quod Kusterum non animadvertisse miror. Denique, ut ad Theo-

critum revertar, in verſu quarto vulgo legitur, ὁ γάρ θ' ἱερώτατος ἄλλων. Quam lectionem agnoſcit Euſtathius ad Homerum. Perperam id quidem et nullo judicio. Sed ſic ſolet Praeſul doctiſſimus. Quod et alibi obſervavimus. Nos veram Theocriti manum absque controverſia reſtituimus,

— ὁ γάρ ΦΙΑΡΩΤΑΤΟΣ ἄλλων.

Quod ex ſenſu loci manifeſtum eſt. Rationem enim reddit poeta, cur iſte piſcis Λεῦκος appellabatur. Heſychius: φιαρὸν, λαμπρὸν, καθαρόν. Nicander *Alexiph.* 91.

— ΦΙΑΡΗΝ δὲ ποτοῦ ἀποαίνυσο γρῆϋν.

Ubi *florem* ſive *ſpumam lactis* φιαρὴν γρῆϋν vocat Nicander. Hinc Ἀπογραΐζειν *florem lactis decerpere.* Quod verbum Scholiaſtae debemus. Sed haec obiter. Callimachus apud Etymologum Mag. V. Φιαρός.

— ΦΙΑΡΗ τῆμος ἀνέσχεν ἕως.

Theocritus, XI. 21. de *Galatea*,

— ΦΙΑΡΩΤΕΡΑ ὄμφακος ὠμᾶς.

Ubi inepte Interpres, Scholiaſtam ſecutus, *Acerbior uva immatura.* Immo, *ſplendidior.* Quod et recte animadvertit Caſaubonus. Ovid. *Metamorph.* XIII. 791. de *Galatea.*

Splendidior vitro. — —

Quod perinde eſt. Confer nos ad Suid. V. Μυιαρόν.

Atque haec ſcripſimus ad Theocriti *Idyllia* et *Epigrammata.* Nam ſi Epigrammata excipias, reliqua omnia tum Theocriti, tum Moſchi et Bionis, neſcio quomodo uno nomine Εἰδύλλια nuncupantur. de qua voce alii aliter, ut ſolent, Interpretes. Etymologus Ἠδύλλια vocat. ſed perperam. Auctor neſcio quis Προλεγομένων ad Theocritum: Εἰδύλλιον λέγεται, ὅτι εἶδός ἐστιν, ὁποῖόν ἐστι λόγος. ὑποκοριστικῶς δὲ εἴρηται Εἰδύλλιον. Ut Εἴδη Pindari, ſic Εἰδύλλια Theocriti. Adſcribam inſignem locum Pempeli *Pythagorei* apud Stobaeum, p. 681. ex quo vide an aliquid certi de hoc loco deſignari poſſit. Εἰ δέ τινα φάμα ἀμύητος (leg. ἀμύητον) ὤτων ποτὶ κώφωσιν κατίσχει τοιῶνδε λόγων, ΕΙΔΥΛΛΕΤΑΙ ὡς καὶ δαίμοσιν ἐχθρὸς πέλει καὶ ἀν-

δράσιν, τοῖς ποτὶ συνέσιος ἑρπάξασιν ἀτραπόν. Ubi notandum verbum Εἰδύλλεσθαι, et lexicographis commendandum. Nam antiquum et notae interioris est.

*** QUOD scripsi ad Idyll. XXII. 120. de Callimachi scilicet epigrammate, vellem penitus inducendum. Nulla in epigrammate Callimachi caesura est. Legendum modo τε pro το. Confer Cl. Pav. ad Quint. Calabr. VIII. 144. a Cl. Dorvillio male reprehensum Vann. Crit. p. 331.

Quinimo si fas sit ut ADDENDIS accedant ADDENDA, subtexam hic nonnulla, suo loco praeterita, ad EPIGR. IV. viz.

— — Ἀλλὰ φάλητι
Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν.

Interpres hic ineptit. Sermo est de *Priapo*, qui etsi auribus carebat, membro tamen virili non carebat. Φάλης est *ea pars qua viri sumus*. Vocem non semel usurpat Aristophanes. Sophron apud Schol. ad Aristoph. *Acharn.* 262.

Ὁ δ' αὖ ΦΑΛΗΣ καταπυπτάζει.

Quae paulo obscoeniora sunt. Sensus autem apertus est. et notandum verbum Κατακυπτάζειν. quod alibi, opinor, frustra quaesiveris. Hesychius: Φαληρίς, ὄρνις λιμναῖος. καὶ ΦΑΛΗΣ, τὸ δερματίνον καὶ ξύλινον αἰδοῖον. Ita scribendus iste locus. Suidas: Φαληρίς, ὄρνις λιμναία. ἐσχημάτισται δὲ παρὰ τὸ φάλον. Scribe, παρὰ ΤΟΝ ΦΑΛΛΟΝ. Quomodo recte legitur apud Schol. ad Aristoph. *Av.* 566. ad quem locum uterque lexicographus respexit. Quod doctissimos editores fugisse video. Idem autem φάλης et φάλλος. Atque ita etiam alibi lusit Aristophanes. Hesychius: Ἐπὶ Φαληνίου. τὸν Ἀλκιβιάδην φησὶν ὁ Ἀριστοφάνης ἐπὶ Φαληνίου γεγενῆσθαι. σκώπτων παρὰ ΤΟΝ ΦΑΛΗΤΑ. ἐπ' ἀναισχυντίᾳ γὰρ ὁ ΦΑΛΗΣ. Idem: Λόμβαι. αἱ τῇ Ἀρτέμιδι θυσιῶν ἀρχουσαι, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν παιδείαν σκευῆς. οἱ γὰρ ΦΑΛΗΤΕΣ οὕτω καλοῦνται. Qui locus foedissime corruptus est. Scribendum, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ΠΑΙΔΟΠΟΙΙΑΝ σκευῆς. *a virorum apparatu*, sive *generationis instrumentis*. Res ex sequentibus manifesta. Agathias in Epigram. Anthol. lib. VII. p. 605.

Τῶν προθύρων ἀπέχου, μὴ ΣΚΕΥΗΝ ὀλέσῃς.

de quo nos ad Suid. V. Ὄχρος. Σκεῦος vocat Antiſtius in Epigram. Anthol. lib. IV. p. 478. quod perinde eſt. Photius in Lex. MS. Σκεῦος, τὸ αἰδοῖον. Latini *vaſa*, et *bene vaſatos*. de quo Plautus in *Poenulo*, et Lampridius in *Heliogabalo*. Atque hinc titulus comoediae Ariſtophanis ΤΡΙΦΑΛΗΣ. quae vox dici videtur de eo, qui *aequo membroſior* eſt, ſive, ut ille ait, *Pulchre penſilibus* PECULIATUS. Haud neſcio quidem, Suidam vocem Τριφάλητα de *proprio viri nomine* accepiſſe. Sed hominem iſtum, qui mihi probe perſpectus eſt, non moror. Dicitur autem Τριφάλης, ut Τριγέρων, Τρικόρυζος, quae vox reſtituenda Alciphroni, I. 28. de quo nos in *Epiſt. Crit.* p. 143. Τρίπορνος, atque alia ejusdem formae ſexcenta. Hujusmodi hominem Τριόρχην vocat Polybius in Excerptis Valeſii. Quod diligenter notabunt eruditi. Ariſtophanem autem ἐν Τριφάλητι, ſive in BENE VASATO, laudant Pollux, Harpocratio, Heſychius, Photius in Lex. MS. alii. Confer Heſychium in V. Ἑρμῆς τρικέφαλος. et in V. Ἰλάων. Quae ex eodem dramate petita ſunt. Extat luculentum ejus fragmentum apud Athenaeum, lib. XII. p. 525. quod hic emendatum adſcribam. Nam Caſaubonus, dum exinde ſenſum aliquem elicere ſtudet, Senarium manifeſto jugulavit. Καὶ Ἀριστοφάνης Τριφάλητι παρακωμῳδῶν πολλοὺς τῶν Ἰώνων,

Ἔπειθ' ὅσοι παρῆσαν ἐπίσημοι ξένοι
Ἐπηκολούθουν, κηντιβόλουν προσκείμενοι,
Ὅπως ἄγων τὸν παῖδα πωλῆς εἰς Χῖον,
Ἕτερος δ' ὅπως ἐς Κλαζομένας, ἕτερος δ' ὅπως
Εἰς Ἔφεσον, οἱ δ' ἐς Ἄβυδον. ἦν δὲ πάνθ' ὁδῷ
Ἐκεῖνα. —

Addam porro, quod, a nobis praetermiſſum, ſuo loco reſtitutum velim. Theocrit. Idyll. V. 114.

— — οἱ τὰ Φιλώνδα
Σῦκα κατατρώγοντες, ὑπηνέμιοι φορέονται.

Ubi feſtive Scholiaſtes: Καὶ ὁ ἕτερος ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἀλληγορεῖ, ἐμφαίνων τοὺς περαίνοντας καὶ πορνεύοντας τὸν Κομάταν αὐτὸν ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΣΥΚΩΔΗ ΦΥΣΙΝ. Nimirum vox σῦκον in praetextatis eſt. Philippus in Epigrammate, p. 410.

— — Τἀμὰ κατέσθων
ΣΥΚΑ, δὸς εὐθύμων ΙΣΧΑΔΑ ΤΗΝ ΟΠΙΣΩ.

Hinc Συκοπρῶκτος. quam vocem male ſollicitavit doctiſſimus Heſychii editor. et Συκάζειν, cujus meminit Heſychius, et Strattis, Comicus apud Athenaeum, et Harpocrat. V. Λαγίσκα.

Καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν
Ἰδεῖν με ΣΥΚΑΖΟΥΣΑΝ εὐναίαν ἔτι
Τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν. —

Quae alii explicabunt. nam haec paulo ſuaviora et delicatiora ſunt. Confer viros doctiſſimos Mauſſacum et Valeſium ad locum. Notandum autem Λαγίσκαν εὐναῖαν. Nam Λαγίσκα eſt nomen *mulierculae.* Eſt et Λαγίσκα *lepusculus.* Hinc jocus Comici. Heſychius: Εὐναῖος λαγώς. Σοφοκλῆς Δόλοψι. Locus Sophoclis extat apud Etymologum et Photium in Lex. MS.

— — ὥσπερ ΛΑΓΩΣ
ΕΥΝΑΙΟΣ εἴη, δρεπέτιν στέγην ἔχων.

Ita legendus videtur iſte locus. Confer Heſych. V. Δρομάλος. Ceterum reſtituendus hic obiter Heſychius: Φιλωνίδας, ὑποκοριστικῶς ἀντὶ τοῦ Φιλωνίδης. Vox primaria leviter corrupta eſt. Scribendum omnino: ΦΙΛΩΝΔΑΣ. Quod ex Theocrito noſtro manifeſtum.

Dum haec denique ſcribo, ſuccurrit unus atque alter locus Scholiaſtae, de quibus nos ſupra, ſi bene memini, quorum alterum explicandum, alterum emendandum curabo. Schol. ad III. 54. Βρόχθος λέγεται τὸ ἐπίλακκον μέρος, τὸ μετὰ τὸν τράχηλον ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦν. Ubi τὸ ἐπίλακκον μέρος eſt *pars ſupra ſtomachum*, quem hic non male λάκκον vocat. Nos Angli, *the* PIT *of the ſtomach.* Nam λάκκος omnium rerum receptaculum eſt. Hinc λακκόπρωκτος et λακκοπρωκτία. Deinde Schol. ad VII. 151. Ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους, ὡς Δημήτριός φησι, πεπτωκότας οὐκ οἶδ' ὅπῃ φιλότης. Legebam, οὐκ οἶδ' ὅπῃ φιλοπότης. Sed vereor ne haec nova gloſſa ſit. Quare vide an res ita reſtitui poſſit. ἢ τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι λίθους, ὡς Δημήτριός φησι. Τοὺς πεπτωκότας οὐκ οἶδ' ὅπῃ. ΦΙΛΗΤΑΣ. In *Gloſſis* ſaepius laudatur Philetas.

Dabam S. Martini, Feb. XXVII. 1770.

J. TOUPII

CURAE POSTERIORES

SIVE

APPENDICULA

NOTARUM ATQUE EMENDATIONUM

IN

THEOCRITUM

OXONII

NUPERRIME PUBLICATUM.

Τυφλὸς δὲ τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται.

D. MATTH. XV. 14.

ILLUSTRISSIMO VIRO

F R E D E R I C O

ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI

ECCLESIAE ANGLICANAE

DECORI ET PRAESIDIO

H A S C U R A S

IN

THEOCRITUM

SUMMA QUA PAR EST OBSERVANTIA

D. D. D.

J. TOUP.

LECTORI ERUDITO

S.

Offero tibi, mi Lector, Curas nostras posteriores *in Theocritum atque ejus Scholiastam, quas* prioribus *haud paulo meliores et sapientiores esse aiunt. Quod nunc verum, nunc falsum est. Hoc vero pro certo affirmare posse videor, me plurima loca Poetae, plurima etiam Scholiastae, quae doctissimorum interpretum acumen eluserant, partim ingenio, partim auctoritate Codd. MSS. integritati suae restituisse, et nova luce perfudisse. Quod viri eruditi, et qui harum cupediarum gustum aliquem habent, facile animadvertent. Ceterum unum atque alterum locum, in quibus non ita pridem vel lapsi vel non lapsi sumus, quia bellissima occasio est, hic libet adscribere atque ad examen revocare. Nihil enim prius aut antiquius habemus, quam ut παροράματα nostra agnoscamus, et si quid a nobis peccatum est, retractemus.*

In EPISTOLA ad Cl. WARTON. p. 336. legitur locus Plutarchi in Dione. Οὗτος μὲν οὖν εὐθὺς κατελθὼν διεπεφύκει τῆς τυραννίδος. *Ubi scribebam,* διεμπεφύκει τῆς τυραννίδος. *Sed vulgatam lectionem firmare videtur Dio Cassius in* Commodo. Ὡς μέν τοι καὶ τῶν Ἑλληνικῶν τι αὐτὸν ὁ Περτίναξ, ὧν ἐκεῖνος ΔΙΕΠΕΦΥΚΕΙ, ἀνήρετο, πλεῖστον ἐσφάλη, μηδὲ συνιέναι τὸ λεγόμενον δυνηθείς. Sed cum Pertinax Graeca nonnulla ex eo quaereret, cui linguae Sextus valde addictus fuerat, lapsus est vehementer, quum ne intelligere quidem quae dicerentur posset. *Ita scribendus est iste locus, quem perperam sollicitavit Cl. Kasterus ad Suid. v.* ΣΕΞΤΟΣ. *Restituendum hoc verbum Hesychio:* Διαπεφυκέναι, διεσκέφθαι. *Scribo meo periculo,* ΔΙΑΠΕΦΥΚΕΝΑΙ, διεσκέφθαι. *Dio in* Caracalla. Τὰ δὲ δὴ στρατηγικὰ, ὧν πέρ που καὶ μαλιστα ΔΙΑΠΕΦΥΚΕΝΑΙ αὐτὸν ἐχρῆν, ἥκιστα καλῶς μεταχειριζό-

μενος. Imperatoris autem officio, quod ipſum vel maxime perſpectum habuiſſe oportebat, peſſime fungebatur. *Atque hoc rectum. et verbum notandum. nam rariſſimum eſt et lexicographis parum intellectum.*

Deinde quod legitur, IDYL. I. 5.

— — ἐς τὲ καταῤῥεῖ
Ἀ χίμαρος —

emendabam in ADDENDIS.

— — ἐς ΤΤ καταῤῥεῖ.

Quod pro more et conſuetudine Theocriti eſt. Sed obſtat neſcio quomodo Apollonius Dyscolus in Excerptis, *p.* 427. *qui ita habet:* Ἡ σὲ ὁμοίως πρὸς πάντων κοινή. Δωριεῖς διὰ τοῦ τ. Ἐς τὲ καταῤῥεῖ. Θεόκριτος. *Quare hanc litem aliis dijudicandam relinquo.*

Quod vero ſcripſimus ad XIV. 37. de verbo Ὑποκόλπιος, *VERUM eſt et HONESTUM. Sed rem pro ſingulari ſua ſagacitate minus ceperunt nonnulli Oxonienſes; qui et me ſugillare haud erubuerunt, homunculi eruditione mediocri, ingenio nullo; qui in Hebraicis per omnem fere vitam turpiter volutati, in literis elegantioribus plane hoſpites ſunt. Sed de hoc viderit Academia. Nos uberius infra et ſuo loco. Dabam S. MARTINI Mar.* 24, 1772.

CURAE

CURAE POSTERIORES

SIVE

A P P E N D I C U L A

NOTARUM ATQUE EMENDATIONUM

IN

T H E O C R I T U M.

IDYLL. I.

Ver. 2. — ἀδὺ δὲ καὶ τὺ
Συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.]

SCHOL. Ἀλλὰ σὺ ἡδέως συρίζεις, καὶ τοσοῦτον τοὺς ἄλλους νικᾷς, ὡς οὐδεὶς τὸ ἔπαθλον ἀνθαίρησεται, εἰ μὴ ἄρα ὁ Πὰν οἷον θεοῦ μόνου ἥττα. Lego et distinguo, ὡς οὐδεὶς τὸ ἔπαθλον ΑΝΑΙΡΗΣΕΤΑΙ, εἰ μὴ ἄρα ὁ Πάν. οἷον, θεοῦ μόνου ἡττᾷ. Lucian. de *Gymnasiis*. Καὶ ὁ κρατήσας ἄριστος εἶναι δοκεῖ τῶν καθ' αὑτὸν, καὶ ΑΝΑΙΡΕΙΤΑΙ ΤΑ ΑΘΛΑ. *Qui vicerit praestantissimus habetur, et praemia reportat.* Τὸ ἆθλον ἀποφέρεσθαι vocat Theocritus. Quod perinde est. Quo sensu intelligendus Aelianus apud Suid. V. Ἄμαχον. Ἰχθύων δὲ ΑΠΗΝΕΓΚΑΝΤΟ πλῆθος ἄμαχον, καὶ ἀνέστησαν τρόπαιον, καὶ βωμοὺς ὤρθωσαν. Quem locum minus ceperunt Interpretes. Deinde recte scripsimus, θεοῦ μόνου ἡττᾷ. *Deo solo minor es.* Quod de *caprario* verum et elegans est.

V. 4. Αἶκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον —] SCHOL. τὸ ΑΙΚΑ ἀντὶ τοῦ ΕΙΚΕΝ ἐστί· τὴν γὰρ εἶ δίφθογγον τρέπου-

σιν οἱ Δωριεῖς εἰς τὴν αῖ, τὸ δε ἑ ψιλὸν εἰς ἀ βραχύ. οἷον, εἶκεν αἶκα, Ἄρτεμις Ἄρταμις. Κακῶς οὖν ὁ Θεόκριτος ἐξέτεινε τὸ ἀ νῦν. Ineptit Scholiastes, nam vocula Κα, quae Dorum est, semper producitur. Noster II. 100.

Κήπεί ΚΑ νιν ἐέντα μάθοις μόνον — —

p. 2. Idem II. p. 142.

Χὤς ΚΑ τοι μὴ μακρὰ φίλα θρυλέοιμι Σελάνα.

III. 27.

ΚΑΙΚΑ μὴ ἀποθάνω. —

Ita scribendum ex Cod. *Mediceo*.

XI. 61.

ΑΙΚΑ τις σὺν ναῖ πλέων ξένος ὧδ' ἀφίκηται.

XVIII. 56.

— ἐπεί ΚΑ πρᾶτος ἀοιδὸς
Ἐξ εὐνᾶς κελαδήσῃ. —

Aristoph. *Acharn.* 736.

— Τίς δ' οὕτως ἄνους
Ὃς ὑμέ ΚΑ πρίαιτο φανερὰν ζαμίαν;

Atque haec vocula restituenda Epicharmo apud Athenaeum, lib. VI. p. 236.

Ἃς ΚΑ μ' ἄκρατος οἶνος ἀμφέπῃ φρένας.

Ita scribendus est iste versiculus. De quo nos in *Addendis ad Theocrit.* XXIX. 20. Eadem locutio occurrit in Tabula Heracleensi, p. 207. Τοὶ δὲ μισθωσάμενοι καρπεύσονται τὸν ἀεὶ χρόνον ΑΣ ΚΑ πρωγγύως ποτάγωντι. Ad quem locum consulendus Cl. Mazochius. Huc referendus etiam Pisistratides Spartanus apud Plutarchum in *Lycurgo*. Πεισιστρατίδας δὲ ὁ πρεσβεύων πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς μεθ' ἑτέρων, ἐρομένων αὐτῶν πότερον ἰδίᾳ πάρεισιν ἢ δημοσίᾳ πεμφθέντες, εἶπεν· ΑΙ ΚΑ ΤΥΧΩΜΕΣ, δημοσίᾳ· ΑΙ ΚΑ ΑΠΟΤΥΧΩΜΕΣ, ἰδίᾳ. Ita scribendus est iste locus auctoritate libri MS.

V. 22. — τῶ τε Πριήπω
Καὶ τῶν κρανιάδαν κατεναντίον —]

SCHOL. Τὸ κατέναντι τοῦ Πριήπου καὶ κρηνῶν ἐντός· εἰ μή τις νύμφας, Νύμφας Κρηναίας εἴπῃ, ὡς τὰς νύμφας ἱδρυμένας τῷ Πριήπῳ. Hic locus, qui in multis depravatus eſt, ita legendus et diſtinguendus eſt: Τὸ κατέναντι τοῦ Πριήπου καὶ τῶν κρηνῶν. ΕΚΤΟΣ εἰ μὴ τὰς νύμφας κρηναίας ΚΡΗΝΙΑΔΑΣ εἴπῃ, ὡς τὰς νύμφας ΣΥΝΙΔΡΥΜΕΝΑΣ τῷ Πριήπῳ. Ubi notanda vox Κρηνιάδες. quae *nymphae fontanae* ſunt. Νύμφας κρηναίας recte exponit Scholiaſtes. Dicitur autem Κρηνίδες et Κρηνιάδες ut Ἑλικωνίδες et Ἑλικωνιάδες. Sed haec viris doctiſſimis minus perſpecta ſunt. Illud autem ἐκτὸς εἰ μὴ Graecae abundantiae eſt. De quo p. 3
Cl. Graevius ad Luciani Soloeciſtam.

V. 53. — μέλεται δέ οἱ οὔτε τι πήρης.] SCHOL. Καλεῖται δὲ ἡ πήρη κίβυσσις καὶ οὐλάς. Scribendum Κίβισις καὶ ΘΥΛΑΣ. Antipater in Epigram. Anthol. Lib. III. p. 339.

ΘΥΛΑΣ δὲ σκίπωνι συνέμπορος —

Ita ſcribendus iſte locus. De quo nos ad Suid. III. p. 93. Dicitur autem θυλὰς et θύλαξ. Heſych. Θύλαξ, προσκεφάλαιον. Idem: Σκυτάλαι, θύλακες δερμάτινοι. Idem: Μαλακὸν περὶ κῶμα, ἁπαλὸν κοίμημα. Μαλαγας, ἄδησυς, θύλαξ. Haec admodum depravata ſunt. Repono, Μαλακὴ σάγη, δασὺς θύλαξ. Photius in Lex. inedito. Σάγη φερέσβιος, τῶν πρὸς τροφὴν παρασκευή, θύλαξ. Ita ſcribendum. De voce autem κίβισις, quae vox *Cypria* eſt, Heſychius, Etymologus, Apollodorus in Bibliotheca, alii multi.

V. 58. — — αἰγά τ' ἔδωκα
Ὤνον —]

SCHOL. Ὤνιον τὸ πρᾶγμα. Ὠνὴ ἡ εὐέργεια. Ὦνος τὸ διδόμενον τίμημα. Ἐκ δὲ τοῦ διδομένου τιμήματος καὶ Εὔωνος. Scribendum, Ὠνὴ ἡ ΕΝΕΡΓΕΙΑ. Ὠνὴ eſt *emptio* ſive *actio emendi*. Quod ἐνέργειαν vocant Graeci magiſtri. Corrigendus hac occaſione Heſychius: Ὦνον, τὸ τίμημα τῆς τιμῆς. Emendant viri docti, τὸ τίμημα τῆς τροφῆς. Sed vox excidit. Repone, Ὦνον τιμῆς, τὸ τίμημα τῆς τι-

μῆς. Respexit autem Hesychius ad Homerum in *Camino*,

Φρυχθῆναί τε καλῶς καὶ ΤΙΜΗΣ ΩΝΟΝ ἀρέσθαι.

V. 78. — τίνος ὦ γαθὲ τόσσον ἔρασσαι;] SCHOL. Ἐρῶ σοῦ καὶ Ἐρῶμαι ὑπὸ σοῦ. Ἔρασσαι δὲ παθητικὸν ὂν ἀντὶ τοῦ Ἐρῶ λαμβάνεται, καὶ ἐστὶ ποιητικόν. Καὶ Εὐριπίδης,

Πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωύξας.

Versiculus hic exstat in Euripidis *Hippolyto*, 219. ubi recte legitur, θωύξαι.

V. 116. — ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ' ἀν' ὕλαν
Οὐκέτ' ἀνὰ δρυμὼς, οὐκ ἄλσεα — —]

SCHOL. Δρυμὸς τὸ πλῆθος τῶν δρυμῶν πεπυκνωμένον ὄντων, καὶ μὴ ἐπί τινι θεῷ ἀνειμένων. Ἄλσος δὲ τὸ εἰς τομὴν θεοῦ ἀποτετμημένον. Haec paulo negligentius sunt habita, atque ita rescribenda sunt: Δρυμὸς τὸ πλῆθος τῶν ΔΡΥΩΝ
p. 4. πεπυκνωμένων ὄντων, καὶ μὴ ἐπί τινι θεῷ ἀνειμένων. Ἄλσος δὲ τὸ εἰς ΤΙΜΗΝ θεοῦ ἀποτετμημένον. Aliud est δρυμὸς, aliud ἄλσος. Hoc Deo alicui consecratum, illud non item. Noster II. 67.

Ἄλσος ἐπ' Ἀρτέμιδος —

Quocum facit Diotimus in Epigrammate, quod integrum dedimus ad Suid. II. p. 28.

Ἄλσος δ', Ἄρτεμι τοῦτο, καὶ ἂν χαρίτεσσι θεούσαις
Εἴη ἐπ' ἀνθεμίδων ΣΑΜΒΑΛΑ κοῦφα βαλεῖν.

Ita scribendum est istud distichon ex libro MS. Hesych. Σάμβαλα, σάνδαλα. Confer Cl. D'Orvill. in *Sicul.* p. 196.

Adscribam porro locum elegantissimum Strabonis, qui non uno loco corruptus est, ut integrior et nitidior legatur. Est autem, lib. VIII. p. 528. Μεστὴ δέ ἐστιν ἡ γῆ πᾶσα Ἀρτεμισίων, καὶ Ἀφροδισίων, καὶ Νυμφαίων ΕΝ ΑΛΣΕΣΙΝ ΑΝΤΡΩΝ ὡς τὸ πολὺ διὰ τὴν εὐϋδρίαν. συχνὰ δὲ καὶ Ἑρμεῖα ἐν ταῖς ὁδοῖς, Ποσείδεια δὲ ἐπὶ ταῖς ἀκταῖς. Ἐν δὲ τῷ τῆς Ἀλφειονίας ἱερῷ γραφαὶ Κλεάνθους τε καὶ Ἀρήγοντος ἀνδρῶν Κορινθίων, τοῦ μὲν Τροίας ἅλωσις, καὶ Ἀθηνᾶς γοναὶ, τοῦ δὲ Ἄρτεμις ἀνακφερομένη ἐπὶ γρυπὸς, σφόδρα

ΕΥΔΟΚΙΜΟΙ. Ita ſcribendus iſte locus, qui maximorum virorum ingenium eluſit. Ἀρτεμίσιον eſt *templum Dianae*, ut Ἀφροδίσιον *templum Veneris*. Utramque vocem uſurpat Dio Caſſius. Confer Schol. ad Ariſtoph. *Pac.* 144. et Harpocrat. v. Ἀρτεμίσιον. Deinde recte ſcripſimus, Νυμφαίων ἄντρων. Vulgo inepte legitur Νυμφαίων ἀνθέων. *Antrum Nympharum* vel ex Porphyrio ſatis notum eſt. Meminit, ut alios taceam, et Theocritus noſter VII. 137.

— τὸ δ' ἐγγύθεν ἱερὸν ὕδωρ
ΝΥΜΦΩΝ ΕΞ ΑΝΤΡΟΙΟ κατειβόμενον κελάρυσδεν.

Quod huc in primis facit. Denique recte exhibet liber MS. εὐδόκιμοι, non εὐδοκίμου. Γραφαὶ σφόδρα εὐδόκιμοι ſunt *picturae valde inſignes*. Quales ſummorum artificum, Aregontis et Cleanthis. Poteris etiam legere, σφόδρα εὐδοκιμοῦσι. Sed illud, opinor, verius.

V. 126. — ὁ καὶ μακάρεσσιν ἀγαστόν.] MSS. alii ἀγητόν, alii ἀγατόν. Nihil intereſt. Recte Schol. ὃ καὶ τοῖς θεοῖς ἐστι θαυμαζόμενον. Heſych. Ἀγαστός, θαυμαστός. Suid. Ἀγαστὸς, θαυμαστός. Ἀγαστεῦ θανάτου. Ita ſcribendus iſte locus, de quo nos in *Epiſt. Crit.* p. 12. He- p. 5.
ſych. Ἀγαστὰ, ἃ ἄν τις ἀγάσαιτο. Quod verbum reſtituendum Alcaeo apud Apollonium Dyscol. in Excerptis *Voſſii*, p. 432. Καὶ παρ' Αἰολεῦσιν Ἀλκαῖος. ἕνα τόδ' ἔργον ἀγήσατο τέα κόρα. Primum ſcribendum Ἀλκαῖος ἐν α'. *Alcaeus in libro primo*. Deinde legendum, Τόδ' ἔργον ΑΓΑΣΑΤΟ τέα κόρα. Oppian. Hal. II. 628.

Δελφίνων κἀκεῖνο πανέξοχον ΕΡΓΟΝ ἀκούων
ΗΓΑΣΑΜΗΝ —

V. 136. — καὶ τὼς κύνας ὤλαφος ἕλκοι.] Inepte interpres, *Jam cervus canes trahat captivos*. Immo *Cervus canes dilaceret*. Quod contra naturam eſt. Idem ἕλκειν, ἑλκεῖν, et ἑλκύειν. Quod *canum* eſt. Plato de Republ. lib. VII. p. 539. Χαίροντες, ὥσπερ ΣΚΥΛΑΚΙΑ, τῷ ΕΛΚΕΙΝ ΚΑΙ ΣΠΑΡΑΤΤΕΙΝ τοὺς πλησίον ἀεί. Homer. Il. X. 335.

— σὲ μὲν ΚΥΝΕΣ ἠδ' οἰωνοὶ
ΕΛΚΗΣΟΥΣ' ἀϊκῶς — —

Ubi libri nonnulli, Ἑλκύσουσ' ἀϊκῶς. Quod juxta eſt. Hinc Ἕλκυσμα. Manetho *Apotel.* IV. 200.

Οἰωνῶν κατάδειπνα, ΚΥΝΩΝ Θ' ΕΛΚΥΣΜΑΤΑ δεινά.

(Niceph. Gregor. *Orat. funeb.* in Theodor. Metochitam. Αἱ πᾶσαι τῶν συμφορῶν ἀλγηδόνες ἀθρόαι δραμοῦσαι, καὶ τὴν ἐμὴν μετὰ τῆς μνήμης καρδίαν συνειληφυῖαι, καθάπερ τινὲς ΚΥΝΕΣ ἄγριοι σῶμα πεπτωκὸς ἔνθεν κἀκεῖθεν πικρῶς ΠΕΡΙΕΛΚΟΥΣΙ. *Ex Indice.*) Ceterum quod ſcribit Scholiaſtes, Καὶ τὼς κύνας ὥλαφος ἕλκοι. Ἀντὶ τοῦ, καὶ τοὺς μαστοὺς τῶν κυνῶν ὁ ἔλαφος ἕλκοι, longe ineptiſſimum et ridiculoſiſſimum eſt.

V. 147. — ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις.] SCHOL. Αἴγιλος, δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἀπό τινος φυλῆς ἥρως Αἰγίλου. ὅτι δὲ αἱ Ἀττικαὶ ἰσχάδες ἡδεῖαι, καὶ Δίων μαρτυρεῖ. Legendum, ἀπό τινος ἥρως Αἰγίλου. Athenaeus, lib. XIV. p. 652. Φιλήμων δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων Αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. Αἴγιλα δὲ εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς ΑΠΟ ΑΙΓΙΛΟΥ ΤΙΝΟΣ ΗΡΩΟΣ ὠνομασμένον. Quod Philemon Αἴγιλα, Stephanus et Harpocration Αἰγιλίαν vocant. Sed hoc perinde eſt. Deinde ſcribendum, καὶ Δείνων μαρτυρεῖ. Quod et monuimus in *Epiſtola ad Cl. Wartonum.* Locum ipſum Dinonis, qui exſtat apud Athenaeum, Lib. XIV. p. 652. hic apponam. Nam elegantiſſimus eſt, et Scholiaſtem noſtrum mire illuſtrat. Σφόδρα τῶν ἰσχάδων ἐθαυμάζοντο αἱ Ἀττικαί. ΔΕΙΝΩΝ γοῦν ἐν τοῖς Περσικοῖς φησιν, Παρετίθεντο δὲ ἐπὶ
p. 6. τῆς τραπέζης τῆς βασιλέως ὅσα ἡ γῆ βρώματα φέρει, ἧς ἄρχει βασιλεὺς, ἀφ' ἑκάστου ὅσαν ἀπαρχήν. ξενικῷ δὲ οὐδενὶ οὔτε βρώματι οὔτε ποτῷ ᾤετο δεῖν ὁ ἐξ ἀρχῆς τοὺς βασιλεῖς χρῆσθαι, ὅθεν καὶ νόμος τις ὕστερον ἐγένετο. εἰσενέγκαντος γάρ ποτε τῶν εὐνούχων τινὸς ἐν τοῖς λοιποῖς τραγήμασιν ἰσχάδας Ἀττικὰς, ἐρωτῆσαι ποδαπαὶ εἶεν. ἐπεὶ δὲ ἐπύθετο, ἐξ Ἀθηνῶν, τοῖς ἀγορασταῖς ἐκέλευεν ὠνεῖσθαι, ἕως ἂν ἐξουσία γένηται αὐτῷ λαμβάνειν ὅταν ἐθέλῃ καὶ μὴ ἀγοράζειν. λέγεται δὲ τὸν εὐνοῦχον ἐπίτηδες τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα αὐτὸν ὑπομνήσῃ τῆς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας στρατείας. Hactenus Dinon.

Scribendum autem videtur ὁ ἐξ ἀρχῆς ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΣ τοὺς βασιλεῖς χρῆσθαι. Quod plenum et planum eſt. ὁ ἐξ ἀρχῆς βασιλεύσας eſt, *Qui primus regnavit.* Et ſic ſolent Graeci. Aelian. Var. Hiſt. XIII. 1. Ταύτην οἱ κυνηγέται παρεφύλαττον, ΟΙ ΕΞ ΑΡΧΗΣ ΕΠΙΒΟΥΛΕΥΣΑΝΤΕΣ τῷ θηρίῳ. Ita legendus iſte locus.

IDYLL. II.

V. 2. Στέψον τὰν κελέβαν —] SCHOL. Εὐφορίων ἐν Ποτηριογλύπτῃ,

Ὅστις ἐμὴν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνον ἀπηύρα.

Scribendum, Εὐφορίων ἐν Ποτηριοκλέπτῃ. Quod et agnoſcunt Gloſſae Vaticanae. Stephanus Byzant. Ἀλύβη. Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς ἢ Ποτηριοκλέπτῃ,

Ὅστις μευ κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνος ἀπηύρα.

Τουτέστι τὴν ἀργυρᾶν διὰ τὰ μέταλλα. Nam Alybe *argenti venis* abundabat, quod ex Homero notum. Quare plena inſcriptio fuerit, Ἀραὶ ἢ Ποτηριοκλέπτης. Quod et Caſaubono et Joanni Meurſio viſum. Recte autem Scholiaſtes noſter, μοῦνον ἀπηύρα. *Quod mihi* unicum *erat argenteum poculum, furto abſtulit.* Hinc titulus carminis, et DIRAE in hominem, qui poculum ſubduxerat.

V. 3. Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρὺν εὖντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα.] SCHOL. Καταθύσομαι, ἀντὶ τοῦ κατ' ἐκείνου θύματα ποιήσω. Γράφεται καὶ Καταμαγεύσω, δεσμεύειν γάρ φασιν αἱ φαρμακίδες, ὅταν πρὸς κατοχήν τινα παρ' αὐταῖς καταμαγεύσωσιν. Scribendum, Γράφεται καὶ ΚΑΤΑΔΗΣΟΜΑΙ. Quod ex ſequentibus, ut metrum taceam, manifeſtum eſt. Suidas: Καταδεδέσθαι. ἀντὶ τοῦ πεφαρμακεῦσθαι. δεδέσθαι φαρμάκῳ. ad quem locum conſulendus Kuſterus. Huc facit Orpheus de *Lapid.* XV. 79.

Φάρμακα δ' ὅσσα πέλονται ἀτάσθαλα καὶ ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΙ.

Item Syneſius Epiſt. 121. Ἀλλ' ἐγώ τοι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα, καὶ p. 7-

ΚΑΤΑΔΕΣΜΟΥΣ, καὶ ἐρωτικὰς κατανάγκας, αἷς οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὴν Γαλατείαν.

V. 10. — ἀλλὰ Σελάνα
Φαῖνε καλόν —]

SCHOL. Τὰς ἔρωτι κατεχομένας τὴν Σελήνην μετακαλεῖσθαι σύνηθες. ὡς καὶ Εὐριπίδης ποιεῖ Φαίδραν πράττουσαν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππολύτῳ. Libri Vaticani, ἐν τῷ κατακαλυπτομένῳ Ἱππολυτῳ. Recte. Ejus fabulae meminit Pollux IX. 50. De ea agit Cl. Bentleius in *Epist. ad Millium* et doctissimus Valckenarius ad *Euripidis Hippolytum*. Sed veram *tituli* rationem neuter adsecutus est. Ut Ἱππόλυτος στεφανηφόρος *caput redimitus*, sic Ἱππόλυτος κατακαλυπτόμενος *caput obvolutus*. Quod de Hippolyto *pudore suffuso* haud absimile est. (Notum illud Psalmographi, *Shame hath COVERED my face.* Quod de *Hippolyto* non minus verum. Hinc dramatis titulus. *Ex ind.*) Idem autem Κατακαλυπτόμενος et ἐγκαλυπτόμενος. Quo titulo fabulam suam insignivit Anthippus, Comicus apud Athenaeum, Lib. IX. p. 403. Haec est mea de hoc loco sententia. Alia aliis placebat. Sed nostra verior et ad rem ipsam accommodatior.

V. 12. Τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ —]

SCHOL. Ἑκάτη χθονία καὶ σελήνη αὐτή ἐστι. Χθονία μὲν ὡς γινομένη ὑπὸ ἡμισφαίριον, Σελήνη δὲ, ὡς τὸ ὑπεράνω λάμπουσα. Ὅθεν καὶ οἱ παλαιοὶ τρίμορφον ἔγραφον χρυσέουσαν δαλὸν, καὶ λευχείμονα, καὶ μήκωνας ταῖς χερσὶν ἔχουσαν καὶ λαμπάδας ἡμμένας. Haec non unius vitii manifesta sunt. Primum legendum Ἑκάτη χθονία καὶ σελήνη ἡ αὐτή ἐστι. *Eadem est Hecate et Luna.* Deinde vox χρυσέουσαν ne Graeca quidem videtur. Scribendum sine dubio, Ὅθεν καὶ οἱ παλαιοὶ τρίμορφον ἔγραφον, ΧΡΥΣΕΟΣΑΝΔΑΛΟΝ καὶ λευχείμονα. Quae insignis emendatio. Eurip. *Iphig. Aul.* 1042.

Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον αἱ καλλιπλόκαμοι
Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν
ΧΡΥΣΕΟΣΑΝΔΑΛΟΝ ἴχνος

Ἐν γᾷ κρούουσαι
Πηλέως εἰς γάμον ἦλθον.

V. 40. — κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.] SCHOL. Οἷον μαίνουσαν ἐποίησεν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀπάρθενον. Vox μαίνεσαν corrupta est. Legendum videtur, ἐγκυΜΟΝΟΥΣΑΝ ἐποίησεν. *Me virginem vitiavit et gravidam fecit.* Idem ἐγκυμονοῦσαν ποιῆσαι et ἐγκύμονα ποιῆσαι. Athenaeus p. 8.
Lib. I. p. 31. Θεόφραστος δὲ ἐν τῇ περὶ Φυτῶν ἱστορίᾳ φησὶν, ἐν Ἡραίᾳ τῆς Ἀρκαδίας γίνεσθαι οἶνον, ὃς τοὺς μὲν ἄνδρας πινόμενος ἐξίστησι, τὰς δὲ γυναῖκας ΤΕΚΝΟΥΣΑΣ ΠΟΙΕΙ. *Theophrastus in libris de Historia plantarum scribit, in Heraea, Arcadiae oppido, vinum fieri, quod viros insanos,* FOEMINAS GRAVIDAS FACIAT. Qui locus notandus. Eadem ratio est τοῦ ΠΑΙΔΟΥΣΑ. de quo nonnulla nos ad Suid. III. p. 20. Sed haec minus nota sunt.

V. 48. Ἱπομανὲς φυτόν ἐστι παρ' Ἀρκάσι —] SCHOL. Ἴσως φυτὸν αὐτὸ ἔφη ὁ Θεόκριτος, οἱονεὶ φῦμα ἀπὸ τοῦ φύεσθαι ἐν τοῖς πώλοις, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. λέγει γὰρ καὶ Ἀρχίλοχος τὸ φῦμα φυτόν. Ἐσθλὴν γὰρ ἄλλην οἶδα τοιούτου φυτοῦ εἴκασιν. ἀντὶ τοῦ φύματος. Vox εἴκασιν ne Graeca quidem videtur. Archilochi autem locus ita scribendus est,

Ἐσθλὴν γὰρ ἄλλην οἶδα τοιούτου φυτοῦ
ΊΑΣΙΝ — —

Aliud etiam novi, quod ad hoc tuberculum tollendum apprime faciat. Nicander *Ther.* 541.

ΕΣΘΛΗΝ δ' ἀλκιβίου ἔχιος περιφράζεο ῥίζαν.

Ubi Schol. Ἐσθλὴν, ἀντὶ τοῦ θεραπευτικήν.

V. 74. Καμφιστειλαμένα τὰν ξυστίδα τὰν Κλεαρίστας] SCHOL Ξυστὶς γυναικεῖόν τι ἔνδυμα πεποικιλμένον. ἦν δὲ καὶ ἀνδρῶν. Ἀριστοφάνης. μὴ ἐλαύνεις ἐπὶ πόλιν ξυστίδ' ἔχων. Respexit Scholiastes ad Aristoph. *Nub.* 69. ubi ita legitur,

Ὅταν σὺ μέγας ὢν ἅρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν
Ὥσπερ Μεγακλέης ξυστίδ' ἔχων —

Confer Harpocration in v. ξυστίς. ubi Antiphanis Comici locus ita corrigendus et numeris ſuis reſtituendus eſt,

— ὥσπερ ξυστίδα
Τὸ ποικίλον μὲν ἔνδυμ' ἠμφιεσμένῳ.

V. 95. — χαλεπᾶς νόσω εὗρέ τι μᾶχος.] SCHOL. Τινὰ μηχανὴν ἐξεῦρε ἕνεκα τῆς χαλεπῆς μου καὶ βαρείας νόσου. Imperite noſter Graeculus. Dicitur μῆχος νόσου, ut μῆχος κακοῦ. Herodotus II. 181. Τοῦτο γάρ οἱ ΚΑΚΟΥ εἶναι ΜΗΧΟΣ. Huc facit Homerus, Il. B. 342.

— Οὐδέ ΤΙ ΜΗΧΟΣ
ΕΥΡΕΜΕΝΑΙ δυνάμεσθα — —

p. 9. Idem Il. I. 249.

— Οὐδέ ΤΙ ΜΗΧΟΣ
Ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος ΕΥΡΕΙΝ —

Ad hunc vel illum locum reſpexit Theocritus.

V. 129. Εὖδον δ' εἶπε μόνον τὸ καλὸν στόμα τεῦ ἐφίλασα.] Scribe, ΑΙΚΕ μόνον. quod Dorum eſt. Deinde lege, στόμα ΤΕΥΣ ἐφίλασα. Noſter V. 39.

Καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ ΤΕΥΣ τι μαθὼν —

Ad quem locum vide quae adnotamus.

V. 151. Οὐκ ἔφατ' ἀτρεκὲς ἴδμεν —] Scribe, ἀτρεχές. Orion Thebanus in *Etymol. MS.* apud Cl. Ruhnkenium, Ἀτρεκὲς, ὃ μηδεὶς παρατρέχει. ὅθεν οἱ Δωριεῖς ΑΤΡΕΧΕΣ λέγουσι. Sed haec ſusque deque habuerunt librarii.

IDYLL. III.

V. 4. Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε —] SCHOL. Οὐκ ἔλαττον τῆς τροφῆς ὀνίνησι τὰ θρέμματα τὸ πιεῖν. Ὅμηρος. Πιόμεν ἐκ βοτανῶν. Reſpexit ad Homer. Il. N. 493. ubi recte legitur,

— μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πίομεν' ἐκ βοτάνης —

Idem mendum apud Athenaeum Lib. X. p. 446. Πίομαι δὲ ἄνευ τοῦ ὑ λεκτέον, ἐκτείνοντας δὲ τὸ ἰ. οὕτω γὰρ ἔχει καὶ τὸ Ὁμηρικὸν, Πίομεν ἐκ βοτάνης. Corrige ut ſupra.

V. 5. Τὸν Λιβυκὸν Κνάκωνα φυλάσσεο —] SCHOL. Κνάκωνα, τὸν Λευκὸν τράγον. ἀπὸ τῆς κνήκης τοῦ σπέρματος λευκοῦ ὄντος. Quod Scholiaſtes κνήκην, alii κνῆκον ſive κνίκον vocant. Quod perinde eſt. Ceterum huc reſpexit Porphyrius in ἀποσπασματίῳ MS. cujus meminit Cl. Bentleius in *Epiſtola ad Millium*, et ante eum doctiſſimus Galeus in *Diſſert. de Script. Mythologicis.* Κνὰξ μὲν γάρ ἐστιν ὁ τράγος. ΚΝΑΚΩΝ γὰρ καλεῖται· ὡς καὶ Θεόκριτος ἐν Βουκόλοις λέγει. Corrigebat vir magnus, Θεόκριτος ἐν Βουκολικοῖς. Sed nihil muto. Laudatur Theocritus ἐν Βκόλοις, ut Apollonius Rhodius ἐν Ἀργοναύταις. de quo nos alibi. Dicitur autem caper Κνάκων, a colore ſcilicet. quod et recte obſervat Scholiaſtes. Κνακὸν τράγον vocat Agathias in Epigrammate. p. 10.

Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς
ΚΝΑΚΟΝ ὑπηνήτην τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.

Hinc *lupus* κνηκίας dictus, et *equus* κνακίας. de quo Babrius apud Suidam et Pauſanias in Eliacis. CNECI autem tum *flore* tum *ſemine* uſi ſunt veteres ad rem *medicam* et *culinariam.* de quo Dioſcorides, lib. 4. cap. 190. et Anaxandrides comicus apud Athenaeum, lib. 4. p. 131. Atque hinc Sopater φλυακογράφος, cujus meminit Athenaeus, lib. 14. p. 649. Τίς δ' ἀναρίθμου μήκωνος εὗρε κοπτὰς, ἢ ΚΝΗΚΟΠΥΡΟΥΣ ἡδονὰς τραγημάτων ἔμιξεν; Quem locum non intellexerunt Interpretes. Κνηκοπύρους ἡδονὰς ſunt *bellaria ex Cneco et polline confecta*, ſive *Cneci colorem referentia. Saffron cakes.* Notanda autem vox κοπτή. quae in placentis eſt. hinc κοπτάρια apud Dioſcoridem loco ſupra laudato. Vocem uſurpat Strato in Epigrammate inedito, quod hic integrum et emendatum in gratiam lectoris eruditi ſubjiciam.

ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ.

Αἴ αἴ μοι τί πάλιν δεδακρυμένον, ἢ τί κατηφὲς
Παιδίον; εἶπον ἁπλῶς. μή σ' ὀδυνῶ; τί θέλεις;

Τὴν χέρα μοι κοίλην προσενήνοχας, ὡς ἀπόλωλα!
Μισθὸν ἴσως αἰτεῖς, τοῦτ' ἔμαθες δὲ πόθεν;
Οὐκ ἔτι σοι ΚΟΠΤΗΣ φιλίαι πλάκες, οὐδὲ μελιχρὰ
Σήσαμα, καὶ καρύων παίγνιος εὐστοχίη·
Ἀλλ' ἤδη πρὸς κέρδος ἔχεις φρένας. ὡς ὁ διδάξας
Τεθνάτω, οἷον μὲν παιδίον ἠφάνικεν!

(Confer Artemidor. I. 74. ubi legend. Κοπταὶ δὲ καὶ σησαμίδες καὶ πυραμοὶ ἀγαθαὶ πᾶσι. *Ex Indice.*)

V. 7. Πορκύπτοισα καλεῖς τὸν ἐρωτύλον —] SCHOL. Ἐρωτύλον, τὸν ἐραστὴν, τὸν ἐρωτικὸν, ὑποκοριστικῶς, οὐχ ὡς τινες κύριον. παροξύνονται δὲ τὰ τοιαῦτα πλὴν τοῦ ὄξυνος καὶ τοῦ ἴτυλος. Παῖδ' ὀλοφυρομένην ἴτυλον. Scribe, ὄξυλος. Hesych. Ὄξυλον, ὅμοιον, ἰσόξυλον. Dicitur autem ὀξυλος, ut ὄθρυος, ὄπατρος, atque alia τούτου τοῦ κόμματος. de quibus nos in *Epistola Critica* p. 90. Deinde scribe,

Παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον —

Quod desumptum est ex Homer. Odyss. T. 522.

p. 11. V. 52. — τὶν δ' οὐ μέλει.] SCHOL. Σοὶ δὲ οὐ φροντίς ἐστι τούτου δηλονότι. μέλει μοι τοῦδε, καὶ μέλει μοι τόδε, ποιητικῶς, ἀφ' οὗ σημαινομένου καὶ πρῶτον ἔχει πρόσωπον, καὶ δεύτερον ὡς ἐν τούτοις. Οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω ὅσσον ἔρωτι. Versiculus iste est pars Epigrammatis, quod exstat Anthol. lib. VI. p. 560. Carmen ipsum, quod haud inelegans est, hic apponam.

ΑΓΑΘΙΟΥ.

Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθίου ἐννεάς εἰμι,
Ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετό σοι, Παφίη.
Οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω ὅσσον ἔρωτι,
Ὀργια τοσσατίων ἀμφιέπουσα πόθων.
Αἴτει δ' ἀντὶ πόνων ἵνα οἱ διὰ σεῖο παρείη
Ἢ τινα μὴ φιλέειν, ἢ ταχὺ πειθομένην.

V. 54. Ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο.] SCHOL. Βρόχθος λέγεται τὸ ἐπίλακκον μέρος, τὸ μετὰ τὸν τράχηλον ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦν. Quae ad hunc lo-

cum leguntur in *Animadverſionibus noſtris*, ſpuria ſunt et inepta. Τὸ ἐπίλακκον μέρος eſt *pars illa concava*, *quae collo ſubjacet*. Τὸ μετὰ τὸν τράχηλον recte exponit Scholiaſtes. *Jugulum* vocant Latini. Graeci antiquiores Σφαγήν. Hypatus ſive Georgius Sanginaticius de *Part. Corp. Human.* p. 148. Σφαγή, ὁ ΛΑΚΚΟΣ τοῦ τραχήλου. Qui locus notandus.

IDYLL. IV.

V. 11. Πείσαι τοι Μίλων καὶ τὼς λύκος αὐτίκα λυσσᾷν] Venuſtatem hujus loci nemo Interpretum percepit. Reſpexit poeta ad verſum praecedentem,

Κὤχετ' ἔχων σκαπάνην τε καὶ εἴκατι τουτόθε ΜΗΛΑ.

Ubi notandum illud, εἴκατι μῆλα. *viginti oves*. qui fundus ſententiae. Facit Aegon quod *lupi* facere ſolent. *Oves* dilaniat. Λυσσᾷν eſt proprie *canum*. eſt et *luporum famelicorum*. Poeta, neſcio quis de S. Theodoro, 154.

ΛΥΚΟΥ ΤΕ ΛΥΣΣΑΝ ἐξελὼν τοῦ ποιμνίου.

Atque hinc unice intelligendus noſter, cujus venerum atque elegantiarum ne centeſimam quidem partem perſpectam habemus.

V. 16. — μὴ πρῶκας σιτίζεται ὥσπερ ὁ τέττιξ.] SCHOL. p. 12. Πρῶξ ἡ πρωϊνὴ δρόσος διὰ τοῦ ὠ μεγάλου. Πρόξ δὲ, ἡ ἔλαφος, μικροῦ. Haec mutila ſunt. Scribendum, Πρὸξ δὲ ἡ ἔλαφος, διὰ τοῦ ὁ μικροῦ. Etymol. Magn. V. Πωλῶν. Ἀρτοπώλης διὰ τοῦ ὠ μεγάλου. Οἰωνοπόλος δὲ, διὰ τοῦ ὁ μικροῦ. Quae plane gemella ſunt.

IDYLL. V.

V. 19. Οὐ τεῦ τὰν σύριγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας.] Primum ſcribendum, Οὐ τεῦς. Confer nos infra ad v. 39. Deinde emendabat Cl. Reiskius,

— ΛΑΚΩΝ ἔκλεψε Κομάτας.

Sed, quod virum doctiſſimum fefellit, prima τοῦ Λάκων

ſemper Theocrito producitur. Nihil autem mutandum. Haud aliter locutus eſt Ariſtophanes *Eccleſ.* 26.

Ἢ θοιμάτια τἀνδρεῖα ΚΛΕΨΑΣΑΙΣ ΛΑΘΕΙΝ
Ἦν χαλεπὸν αὐταῖς; —
An vero veſtes virorum ſubducere
Iis difficile fuerit?

V. 25. Καὶ πῶς, ὦ κίναδ', εὖ τάδε γ' ἔσσεται ἐξ ἴσου ἄμμιν;] Libri Vaticani,

Καὶ πῶς, ὦ κίναδε, τάδε γ' ἔσσεται —

Non male. Vulgatam autem lectionem agnoſcit Scholiaſtes. Καὶ πῶς, ὦ πανοῦργε, ΚΑΛΩΣ ταῦτα ἔσται ἐξ ἴσου μέτρου ἡμῖν; Dicitur autem εὖ ἐξ ἴσου ut εὖ κατὰ κόσμον et ſimilia. Quod Graecae abundantiae eſt.

V. 39. Καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ τεῦ τι μαθὼν —] Scribe,

— παρὰ ΤΕΥΣ τι μαθών.

Apollonius Dyscolus in *Excerptis Voſſii*, p. 424. Τεῦς. αὕτη σύζυγος τῆς Μεῦς. Καὶ πόκ' ἐγὼν παρὰ ΤΕΥΣ τι μαθών. Θεόκριτος. Sed librarii in hisce plurimum peccant.

V. 84. — διδυματόκος αἴγας ἀμέλγω.] SCHOL. Διδυματόκος Αἰολικῆς διαλέκτου. Διδυματόκους, καὶ ἐκβολῆ
p. 13. τοῦ ὑ διδυματόκος, ὡς Πίνδαρος· Ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακηγόρος. Locus Pindari exſtat Olymp. I. 84. ubi tamen legitur κακαγόρως.

V. 93. — τῶν ἄνδηρα παρ' αἱμασιαῖσι πεφύκει.] SCHOL. Ἄνδηρα τὸν ἔνυγρον τόπον, καὶ τὰ τῶν ποταμῶν ἀναχωρήματα γίνωσκε. Scribendum, τὰ τῶν ποταμῶν ΑΝΑΧΩΜΑΤΑ. Quod et vidit vir doctiſſimus Joannes Koehlerus. Nicand. *Theriac.* 576.

— μάλα δ' ἂν καὶ ἀμάρακος εἴη
Χραισμήεις, πρασιῆς τε καὶ ΑΝΔΗΡΟΙΣΙ χλόαζων.

Ubi Schol. Πάνυ δὲ καὶ ὁ ἀμάρακός ἐστι βοηθητικὸς, ὅταν ἐν τοῖς ΑΝΔΗΡΟΙΣ καὶ ταῖς πρασιαῖς, ἤγουν τοῖς κήποις καὶ ΤΑΙΣ ΑΝΑΧΩΣΕΣΙ ΤΩΝ ΠΟΤΑΜΩΝ ἀνθῇ καὶ φυτεύηται.

IDYLL. VI.

V. 1. Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βωκόλος —] SCHOL. Ἐναντίως ἔχει τοῦτο τῷ λεγομένῳ Ἀλκμανικῷ σχήματι. Ἐνταῦθα γὰρ ἑνικὸν ἐπάγεται ἐπὶ τοῖς δυσίν· ἐκεῖ δὲ πληθυντικὸν λέγεται μετὰ τοῦ ἑν. (lege, μετὰ τοῦ ἑνικοῦ) Οἷον, Εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων. Λύεται δὲ ἐκεῖνο μὲν ὑπερβάτῳ. Οἷον, εἰ δέ κ' Ἄρης καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων ἄρχωσι. Τοῦτο δὲ ἀπὸ κοινοῦ λαμβάνομεν τὸ ὁ βουκόλος. Vox βουκόλος tam ad *Damoetam* quam ad *Daphnin* referenda est. Quod et recte docet Scholiastes. Idem monuit Schol. ad Pindar. Olymp. IV. p. 147. Ἔχει δ' ὁμοιως τὸ, ΔΑΜΟΙΤΑΣ ΚΑΙ ΔΑΦΝΙΣ Ο ΒΟΥΚΟΛΟΣ. πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν τὸ βουκόλος ἀπὸ κοινοῦ λεγόμενον, ἀρκοῦν ἦν ἐντελῆ ποιῆσαι τὸν λόγον. Ceterum hexameter iste

Εἰ δέ κ' Ἄρης ἄρχωσι μάχης ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων

legitur apud Homer. Il. Υ. 138. ad quem locum vide Barnesium.

IDYLL. VII.

V. 19. — καί μ' ἀτρέμας εἶπε σεσαρώς.] SCHOL. Σεσαρὼς, ἀντὶ τοῦ ἠρέμα ἐγέλα, διεστηκὼς τὰ χείλη, καὶ μειδιῶν. οὐκέτι δὲ κέχρηται τῇ λέξει. Hic locus insignis est. Notanda verba, Οὐκέτι δὲ κέχρηται τῇ λέξει. Atqui vox σεσαρὸς occurrit in Βουκολίσκῳ, sive *Idyll.* XX. 14. Atque hinc constat, quod viri docti suspicati fuerant, poematium illud Theocrito nostro abjudicandum esse. Quod et stilus suadet. Sed de hoc viderint eruditi. p. 14.

V. 24. Ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι; —] SCHOL. Ἢ ἐπὶ εὐωχίαν κεκλημένος σπεύδεις, ἢ ἐπὶ ληνόν τινος ἀπὸ τῶν πολιτῶν ἀπέρχῃ· οἱ γὰρ κεκλημένοι σπεύδουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν βραδυνόντων παροιμία, ὅστις ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς ὄψε ἔρχεται, ἢ χωλός ἐστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς. Haec membra sunt poetae disjecti. Repone,

